NOΘET'Ω, *nothum reddo*, *adultero.* Sap. XIV, 24. νοθεύων, *adulterium committendo* contristat.

NO'ΘOΣ, *nothus*, *adulterinus.* Sap. IV, 3.

**NO'ΘΩΣ*, *spurie*, *non vere ac sincere*, *falso.* 3 Macc. III, 17. verbis quidem summam de mea praesentia simulabant laetitiam, τῷ δὲ πράγματι νόθως, sed non sincerum fuisse gaudium re ipsa et factis demonstrabant. *Hesych.* νόθως, ψευδῶς. Huic opponitur ἀνόθως, h. e. genuine, γνησίως, interprete *Hesychio.*

NOMA'Σ, *pascuus*, *pascualis*, *in pascuis degens cum reliquo armento.* אָבוּס part. Pah. *saginatus.* 1 Reg. IV, 23. - מַרְבֵּק, *saginarium.* 1 Sam. XXVIII, 24. *Vulg.* *vitulus pascualis.* - נָהָר, *fluentum.* Iob. XX, 17. μὴ ἴδοι ἀμέλξιν νομάδων. Videtur נַחַל, *vallis*, legisse. Vide infra s. v. νομή. - צֹאן, *grex*, *oves.* Iob. XXX, 1. - רֹעֶה partic. *pascens.* 1 Paral. XXVII, 29. - רְעִי, *pascuum.* 1 Reg. IV, 23. βόες νομάδες, boves *libere per deserta pascentes.* *Hesych.* νομάδες, βοσκόμεναι ἀγέλαι. Legitur praeterea Iob. I, 3. ubi νομάδες est glossema superfluum, vel ideo additum, quia asinae illae gregatim

pascebant libere per campos, nullis stabulis inclusae. Apud *Dioscoridem* quoque *βοῦς νόμὰς* dicitur bos cum reliquo armento in pascuis degens. 2 Macc. XII, 11. *νομάδες* dicuntur populi in Arabia, qui Latinis *Nomades* audiunt.

NOMEY'Σ, *pastor.* מִרְעֶה, *pascuum.* 1 Par. IV, 41. Hic legisse videntur מַרְעֶה part. Hiph. aut, quod praeferendum censeo, loco *νομεὺς* reponendum *νομαὶ*, ut libri nonnulli h. l. habent. - רֹעֶה partic. *pascens.* *Aqu.* Amos. I, 2. *νομεὺς προβάτων.* Idem Mich. V, 5. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *νομεὺς*, *ποιμήν.*

NOME'Ω, *consequor, accipio, quasi in distributione.* Sir. XXIX, 24. *πολλοὶ ὡς εὕρεμα ἐνόμησαν δάνος*, multi, tanquam invenirent aliquid, *acceperunt* lucrum. Ita in Lex. *Pasoris.* Sed pro *ἐνόμησαν* Sir. l. c. legendum videtur *ἐνόμισαν*, ut procul dubio etiam legit *Vulgatus*, qui verba illa ita reddit: *multi quasi inventionem aestimaverunt foenus.* - Vide quoque supra s. v. *κλῆρος.*

NOMH', *pascuum.* *חֶבֶל, *portus.* Soph. II, 6. Significat vox hebr. quoque *tractum terrae*, cuius divisio per funes fiebat. - מַרְבֵּץ: מִרְבָּץ, *cubile.* Ezech. XXV, 5. Soph. III, 1. - מִרְעֶה. Genes. XLVII, 4. 1 Paral. IV, 39. 40. Iob. XXXIX, 8. et alibi aliquoties. *Symm.* Hos. XIII, 6. - מַרְעִית. Psalm. LXXIII, 1. LXXIII, 14. Ies. XLIX, 9. - נָוֶה in singulari (*Symm.* 2 Sam. VII, 8.), in plur. נְאוֹת, *pascua.* Prov. XXIV, 15. Ierem. XXIII, 3. 10. L, 17. et alibi. *Inc.* Psalm. LXIV, 13. *Symm.* Ioel. II, 22. - נַחַל, *torrens.* Iob. XX, 17. *μηδὲ νομὰς* (ubi *Symmachus* *ῥεῖθρα* habet) *μέλιτος καὶ βουτύρου.* Forte legerunt נַהֵל, a נָהַל, *aquatum duxit gregem*, *pavit.* Sed נַחַל quoque *vallem* cum torrente notat, ubi sunt pascua. - רְעוּת. *Aqu. Theod.* Cohel. I, 4. VI, 9. Legitur praeterea in reliquiis *Symmachi* Psalm. XCIX, 3. ubi עַמּוֹ reddidit *λαὸς νομῆς αὐτοῦ.* Videtur *Symmachus* illud *νομῆς* de suo addidisse, ut membra aequalia redderet. Fortasse autem e sequentibus huc irrepsit, ut adeo pertineat ad מַרְעִיתוֹ, quod apud *Symmachum* per *χειρὸς* redditum legitur. Ex mea sententia ordo verborum est h. l. perturbatus, ac ita restituendus: *ὑμεῖς δὲ λαὸς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ.* *Λαὸς χειρὸς* est *populus*, *quem manu sua leniter ac benigne duxit.* Sirac. XIII, 21. ubi *νομὴ* est *pabulum*, *praeda.* *Hesychio* teste est i. q. *τροφή.* V. s. v. *κυνήγιον.* Adde Dan. IV, 29. sec. cod. *Chis.* *ἀπὸ τῆς χλόης τῆς γῆς ἔσται ἡ νομή σου*, ubi nihil in textu Chald. legitur. 2 Macc. V, 14. *ἐν χειρῶν νομαῖς.* *Arias Montanus* vertit *in manuum captivitate.* Verbum vel participium dissimulatur. Est autem sermo de mancipatione, qua in servitutem reducti captae urbis incolae. Quod Graecis est *ἐν χερσὶ νέμειν*, id Latini dicunt *mancupio dare*, vel *mancupio datum possidere.* Ita de h. l. in

Lex. *Pasoris. Hesych.* νομὴ, τροφὴ, βοσκὴ, ποίνη (lege ποίμνη), μερὶς ὕδατος. Idem: νομαὶ, βοσκήματα, βοσκαί.

ΝΟΜΙ'ΖΩ, existimo, puto. דָּמָה Pih. *cogito, imaginor. Symm.* Psalm. XLIX, 21. - דִּמְיוֹן, *similitudo. Symm.* Psalm. XVI, 13. ἐνόμισας. - *הָיָה sequ. ל. Iob. XIII, 5. וּתְהִי לָכֶם לְחָכְמָה, *et esset vobis ad sapientiam. Symm.* καὶ νομισθήσεσθε φρόνιμοι. *Vulg. ut putaremini esse sapientes. Νομίζεσθαι* etiam quandoque pro εἶναι ponitur, v. c. apud *Eurip. Androm.* v. 13. Vide et Sap. XIII, 2. 2 Macc. XIV, 4. προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν καὶ φοίνικα, πρὸς δὲ τούτοις τῶν νομιζομένων θαλλῶν τοῦ ἱεροῦ, sc. τινὰς, afferens illi coronam auream et palmam, et praeterea *solemnes* quosdam ramos templi. Eodem sensu verbum νομίζεσθαι alias etiam usurpatur, v. c. apud *Thucyd.* VI, 69. σφάγια τὰ νομιζόμενα. Vide *Salmasium* de *usuris* p. 438. Confer et *Wolfium* ad Act. XVI, 13. p. 1237.

ΝΟ'ΜΙΜΟΣ, lege institutus, legitimus, legalis. 2 Macc. IV, 11. τὰς νομίμους μὲν καταλύων πολιτείας. 4 Macc. V, 36. νόμιμος βίος, vita *legi Mosaicae conveniens.*

ΝΟ'ΜΙΜΟΝ, ius, lex, lege institutum. דָּת chald. *lex.* Dan. VI, 5. - חֹק. Exod. XXIX, 28. XXX, 21. Lev. VI, 18. et alibi. *Theod.* Lev. XXIII, 41. - חֻקָּה. Exod. XII, 24. 25. XXVII, 21. et alibi. - תּוֹרָה, *lex.* Gen. XXVI, 5. Prov. XIII, 1. 3 Maccab. I, 4. τὰ νόμιμα, *lex et religio Mosaica.* 1 Macc. I, 14. gymnasium Hierosolymis exstruxerunt κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν, gentilium *more.* Significat hic νόμιμον *ritum, morem,* quia hi saepius eadem, qua leges, sunt vi, et interdum in leges abeunt. *Dio Cass.* XL. p. 253. ed. *Reim.* τὰ περὶ τὰς ταφὰς νόμιμα. *Polyb.* IV. c. 64, 4. τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη καὶ νόμιμα. Vide quoque infra s. νόμος. Caeterum confer de voce ipsa *Aelian. V. H.* XII, 4. XIII, 8. XIV, 34.

**ΝΟΜΙ'ΜΩΣ, convenienter legi,* speciatim *Mosaicae.* 4 Macc. VI, 18.

ΝΟ'ΜΙΣΜΑ, numisma, it. *lege sancitum, statutum, edictum.* גֵּרָה, *gerah, rumen,* it. *obolus. Symm.* Num. III, 47. - דַּרְכְּמוֹן, *drachma.* Neh. VII, 71. - דָּת, *lex.* Esdr. VIII, 35. ἔδωκαν τὸ νόμισμα τοῦ βασιλέως διοικηταῖς, dabant *edictum* regis procuratoribus. 1 Maccab. XV, 6. Sirac. XIX, 24. sec. ed. *Compl.* παραβαίνοντος νόμισμα ὑψίστου, ubi reliqui libri νόμον habent.

ΝΟΜΙΣΤΕ'ΟΝ, existimandum, a νομίζω. Ep. Ierem. v. 35. 38. 53.

ΝΟΜΟΔΟ'ΤΗΣ, legislator. מוֹרָא, *terribilis. Symm.* Ps. LXXV, 13. Permutasse vocem hebr. videtur *Symmachus* cum מוֹרֶה, *doctor.*

ΝΟΜΟΘΕΣΙ'Α, legislatio, lex. 2 Macc. VI, 23. τὰς ἁγίας καὶ θεοκτίστους νομοθεσίας.

ΝΟΜΟΘΕ'ΣΜΩΣ, legaliter, legitime. תּוֹרָה, *lex. Al.* Prov. XXXI, 26. νομοθέσμως, q. d. κατὰ θεσμὸν τοῦ νόμου.

ΝΟΜΟΘΕΤΕ'Ω, legem fero, it. *doceo.* הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo, instituo.* Exod. XXIV, 12. τὰς ἐντολὰς, ἃς ἔγραψα, νομοθετῆσαι αὐτοῖς, praecepta, quae scripsi, ut *doceas* illos s. *inculces* illis. Vide et Deut. XVII, 10. Psalm. XXIV, 9. νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ, *docebit* peccantes in via. Vide et Psalm. XXVI, 17. Psalm. CXVIII, 33. νομοθέτησόν με, κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, *doce* me, Domine, viam statutorum tuorum. - מוֹרֶה, *pluvia tempestiva.* Ps. LXXXIII, 7. Sc. vox hebr. non solum *pluviam primam* seu *autumnalem*, sed etiam *doctorem* notat, ut sit part. Hiph. a יָרָה, *doceo.* 2 Macc. III, 15. *Hesych.* νομοθετεῖ, νομοποιεῖ. *Suidas:* νομοθετῶ. δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ.

ΝΟΜΟΘΕ'ΤΗΣ, legislator. מוֹרָה (ה pro א), *metus.* Ps. IX, 21. LXX νομοθέτην, *Vulg. legislatorem:* h. e. institue eos, ut sciant, quod homines sint. Legerunt מוֹרֶה a יָרָה. *Arabs* legisse videtur νόμου θέτησιν. Vide quoque infra s. v. νόμος.

**ΝΟΜΟΦΑΓΙ'Α.* 4 Macc. I, 27. Sed est hoc vocabulum nihili, ac sine dubio reponendum μονοφαγία.

ΝΟ'ΜΟΣ, lex, mandatum, praeceptum, it. *canticum, regio, praefectura* (Conf. *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 92.), *tractus, provincia.* דָּבָר, *verbum.* Psalm. CXVIII, 59. et 104. - דָּת. Esth. I, 8. 15. III, 8. Dan. VII, 25. - חֹק. Ios. XXIV, 25. Ierem. XXXI, 38. - חֻקָּה. Exod. XII, 43. XIII, 10. Levit. XIX, 19. et alibi. - *יָרֵא, *reverenter colo, timeo. Symm.* et LXX editt. nonnullae Psalm. CXXX, 4. ἕνεκα τοῦ νόμου σου, pro hebr. לְמַעַן תִּוָּרֵא, *ut reverenter colaris.* Legerunt nempe תּוֹרָא, et acceperunt pro תּוֹרָה. Conf. *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 528. ac ad h. l. *Montfauconium.* - מוּסָר, *castigatio.* Prov. I, 8. νόμους. Alii παιδείαν. Sed νόμους, quippe elegantior, est vera lectio. - מוֹרָה (ה pro א), *metus. Symm.* Psalm. IX, 21. quasi legisset תּוֹרָה. Fortasse quoque scribendum est νομοθέτην, ut habent LXX, qui מוֹרֶה legerunt. - מַמְלָכָה, *regnum.* Ies. XIX, 2. πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νόμος ἐπὶ νόμον, civitas adversus civitatem, et *regio* adversus *regionem.* Vide tamen notata in fine huius articuli ac *Epiphanii Haeres.* 24. *Basilidian.* §. 1. - מִצְוָה, *praeceptum.* Prov. VI, 20. - מִשְׁפָּט, *iudicium.* Ierem. XLIX, 11. οἷς οὐκ ἦν νόμος πιεῖν τὸ ποτήριον, ubi νόμος notat *id, quod secundum strictum ius fieri debet.* - נוֹרָא Niph. a יָרֵא, *metuor. Symm.* Psalm. CXXIX, 4. Transtulerunt, quasi esset a יָרָה. Vide supra s. νομοθέτης. - עַם, *populus.* Psalm. LVIII, 11. μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. Ita quoque

Arabs Psalter. Rom. et *Vetus*, *Hilarius* ac *Augustinus* habent. Sed vera et antiquissima scriptura fuit τοῦ λαοῦ μου. *Vulg. populi mei.* Conf. *Starck. carmina Davidis* Vol. I. p. 189. et *Mittenzwey Diss. Antiblanchinianam* p. 22. Verba τοῦ νόμου σου post ὁ λαός σου apud *Symmachum* sensus causa addita sunt, nec illis aliquid respondet in textu hebraico. – *עֵת, *tempus.* Ies. XXXIII, 6. ἐν νόμῳ. Legerunt עֵדָה vel עֵדוּת. – פֶּה, *os.* Prov. XXIV, 7. Iudice *Doederleinio* in *Bibl. Theol.* T. II. p. 542. ἐκ νόμου emendandum h. l. est in ἐκ στόματος κυρίου, ubi non cogitasse videtur, eos sensum potius h. l. ac quidem non male expressisse, et פֶּה haud raro notare per metonymiam *id, quod ore profertur*, adeoque etiam *legem, mandatum.* – פִּתְגָם, *decretum.* Esth. I, 20. – *רָשָׁע, *impius. Aqu. Theod.* Prov. XIX, 28. ubi tamen pro νόμων legendum ἀνόμων. Vide ad h. l. *Montfauconium.* – שִׁירָה, *canticum.* Deut. XXXII, 46. ἐλάλησε πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου τούτου, loquebatur omnia verba huius cantici. *Photius:* Νόμος ὁ κιθαρῳδικὸς, τρόπος τῆς μελῳδίας ἁρμονίαν ἔχων ταύτην καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. Confer etiam *Suidam* ac *Phavorinum* s. h. v. Sic etiam *Schol. Aristoph. in Equit.* v. 9. testatur, quod hymni in Deos νόμοι dicti sint. Νόμοι δὲ καλοῦνται, inquit, οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι. Etiam ex *Aristotele* discimus, quod cantilenae olim νόμοι dictae sint. Nam *Problem.* XIX, 28. quaerit: διὰ τί νόμοι καλοῦνται (sc. ὕμνοι), οὓς ᾄδουσιν, et respondet: ἢ ὅτι, πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι. Καὶ τῶν ὑστέρων οὖν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὰ αὐτὰ ἐκάλεσαν, ὅπερ τὰς πρώτας. Vide *Spanhem.* ad *Callimach.* p. 510. et *Ilgenium* ad Σκόλια p. XL. Vnde luculenter apparet, errasse *Tychsenium*, qui LXX התּוֹרָה legisse statuit. – שֵׁם, *nomen.* Ierem. XXIII, 27. Plerique fere, quos consului, critici recentiores in opinione versantur, pro νόμου h. l. reponendum esse ὀνόματος, coll. Psalm. CXXIX, 4. et Ies. XLII, 5. Sed mihi ideo secus videtur, quia *nomen Dei* commode h. l. de *legibus divinis* explicari potest atque adeo debet. – *תּוֹדָה, *gratiarum actio.* Amos. IV, 5. ubi indubie legerunt תּוֹרָה. – תּוֹרָה. Exod. XII, 49. Psalm. XVIII, 8. Ies. II, 3. Hagg. II, 11. νόμον, *de lege* seu *quaestionem legis.* Mal. II, 6. et alibi saepissime. Sap. VI, 4. νόμον. *Vulg.* bene: *legem iustitiae.* Sirac. XXXV, 24. νόμος, *dictamen conscientiae.* Sirac. XXX, 17. νόμῳ ὑψίστου, qui lenitatem in corripiendo proximo praecipit. 1 Macc. X, 30. ἀπὸ τῶν τριῶν νόμων τῶν προστιθεμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ Γαλιλαίας, a tribus *praefecturis*, quae additae sunt illi (sc. Iudaeae) ex Samaria et Galilaea. Vide et v. 38. *Syrus* ibi per *portionem*, *vectigal* interpretatus est, quam notionem quoque habere potest a νέμεσθαι, *dividere, partiri.* 1 Macc. XI, 34. 57. et conf. *Ioseph. Antiqu.* L. XIII.

c. 4. p. 644. et L. XIII. c. 5. p. 646. *Hesych.* νόμος, θεσμὸς, συνήθεια, νομὴ, τόπος καὶ λόγος. *Suidas:* νομος καὶ χώρα, διὰ τὸ ἕκαστον ἔθνος ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι. Caeterum cum νόμος *regionem* vel *praefecturam* significat, in editionibus, quae Romanam sequuntur, locis e libb. Maccab. citatis (quibus adde 3 Macc. IV, 3.) rectius scribitur cum accentu in ultima. Nam νομὸς *pascuum, pabulum,* et in universum *sedem, mansionem,* et speciatim *regionem, praefecturam, provinciam,* praesertim in Aegypto, notat. Et sic etiam apud alios auctores Graecos occurrit. *Diod. Sic.* Lib. I. p. 66. Τῆς Αἰγύπτου δὲ πάσης εἰς πλείω μέρη διῃρημένης (ὧν ἕκαστον κατὰ τὴν ἑλληνικὴν διάλεκτον ὀνομάζεται νομὸς), ἐφ' ἑκάστῳ τέτακται νομάρχης. Vide et *Herodoti* et *Strabonis* loca observata *Raphelio annott. Herodot. in SS.* p. 46. ubi etiam Ies. XIX, 2. νομὸς ἐπὶ νομὸν pro νόμος ἐπὶ νόμον scribendum iudicat. Conf. et *Marshami Can. Chron.* p. 559. *Tittmannum ad Zonarae Lex.* 1404. ac *H. Stephani Thes. l. Gr.* (ed. *Lond.*) T. I. Vol. 2. p. 244. sequ. 3 Macc. VII, 5. νόμου Σκυθῶν ἀγριωτέρα ὠμότης, crudelitas saevior Scytharum *moribus.* 3 Esdr. IX, 39. ubi νόμος *volumen, librum legis* notat, hebr. סֵפֶר תּוֹרָה. Nehem. VIII, 1. 3 Esdr. VIII, 21. ubi est *mandatum, lex.* Chald. טְעֵם Esdr. VII, 23.

*ΝΟΜΟΦΥΛΑΞ, *custos legis.* 4 Macc. XV, 32. Vide *Photii Lex.* col. 221. sub νομοφύλακες.

ΝΟΣΕΡΟΣ, *morbosus, morbidus, non sanus.* Vide supra s. v. θάνατος.

ΝΟΣΕΩ, *morbo laboro, aegroto.* חָלָה, idem. *Symm.* Gen. XLVIII, 1. et 1 Sam. XXX, 13. Sap. XVII, 19. ψυχὴ νοσοῦσα, animus *timore plenus,* et paulo post ἐνόσουν, *terrore percellebantur.* Apud Graecos quoque νόσος de *vitiis animi* dicitur. Vid. *Victor. V. L.* I, 14. et *Triller. Obss. Crit.* p. 377. *Grammaticus Sangerm. MS.* (apud *Valckenar.* ad *Eurip. Fragm.* p. 180.) νόσον ἔχειν ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἔθος ἔχειν. Conf. quoque *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΝΟΣΟΣ, *morbus, aegritudo.* דֶּרֶךְ, *via.* Iob. XXIV, 23. N. L. - חוֹלָה. *Symm.* Cohel. V, 12. - חֳלִי. Deut. XXVIII, 59. 2 Paral. XXI, 19. *Symm.* Ies. I, 5. - מַדְוֶה, *languor.* Deut. VII, 15. - מַחֲלָה. Exod. XV, 26. 2 Par. XXI. 15. - תַּחֲלוּאִים plur. Deut. XXIX, 22. Ps. CII, 3. Adde Dan. XIII, 57. sec. cod. *Chis.*

ΝΟΣΣΕΥΩ, *nidifico, it. struo.* קָנַן Pih. Ies. XXXIV, 15. Ierem. XLVIII, 28. περιστεραὶ νοσσεύουσαι, columbae *nidificantes.* *Hesych.* νοσσεύουσαι, γεννῶσαι. Vide et Ezech. XXXI, 6. et Dan. IV, 9. sec. cod. *Chis.* - *קָנָה, *possideo.* Prov. VIII, 22. ubi *Epiphanius haeres.* 69. habet ἐνόσσευσε, *velut pullum exclusit me.* Legit aliis punctis subiectis קִנְּנִי, *nidificavit me,* vel *in nido ut pullum exclusit me,* h. e. *genuit*

et generavit me. Sirac. I, 16. *θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσε*, fundamentum aeternum *quasi nidum* quendam *sibi paravit et construxit*, h. e. sedem et domum aeternam sibi elegit. Vide ad h. l. *Baduellum.*

ΝΟΣΣΙΆ, *nidus*, *mansiuncula.* חֹר, *caverna.* Nahum. II, 12. - *קַיִן nom. propr. *Cain.* Num. XXIV, 22. Legerunt קֵן. - קֵן. Gen. VI, 14. ubi *Schol. τὰς εἰς νεοττοτροφίαν ἐπιτηδείως ἐχούσας καταλύσεις.* Num. XXIV, 21. Deut. XXII, 6. et alibi saepius. Adde *Symm.* Iob. XXIX, 18. *Aqu.* Ies. XV, 2. - *קְנֹה et קְנוֹת infin. a קָנָה, *acquirere.* Prov. XVI, 17. *νοσσιαὶ σοφίας, νοσσιαὶ αἰσθήσεως.* Duxerunt a nomine קֵן, *nidus.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* Sir. XXXVI, 26. *sedes fixa*, *perpetua.*

ΝΟΣΣΙ'ΟΝ, *pullus.* אֶפְרֹחִים plur. Psalm. LXXXIII, 5. Conf. Matth. XXIV, 37. et ad h. l. *Alberti* p. 138.

ΝΟΣΣΟΠΟΙΕ'Ω, *nidum facio*, *nidifico.* עֹנֶג, *voluptas.* Ies. XIII, 22. *νοσσοποιήσουσιν*, non male quoad sensum, nam עֹנֶג h. l. de *habitatione* s. *mansione eaque amoena* explicandum est. Eodem modo et *νοσσοποιέομαι* usurpatur 4 Macc. XIV, 16.

ΝΟΣΣΟ'Σ, contr. ex *νεοσσὸς*, *pullus.* *אֲרֻבּוֹת, *columbaria.* Ies. LX, 8. *σὺν νοσσοῖς.* Admodum inepte pro אֶל אֲרֻבֹּתֵיהֶם, *ad columbaria sua*, legerunt אֶל אֶפְרֹחֵיהֶם. - בֵּן, *filius.* *Al.* Lev. XII, 8. XIV, 22. XV, 14. Confer *Sturz.* de *dial. Maced.* pag. 185.

ΝΟΣΦΙ'ΖΟΜΑΙ, *suffuror*, *in usus meos aufero*, *ad me averto.* Ios. VII, 1. *ἐνοσφίσαντο* (sc. τὶ) *ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος*, *averterunt* aliquid *ad se* de anathemate. *Latinus* vertit: *usurpaverunt* de *anathemate.* In textu hebr. pro hoc verbo *κατὰ τὸ ῥητὸν* nihil legitur. Repetierunt ex antecedentibus לָקַח. Similiter Act. V, 2. *ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς*, ex illo pretio aliquid *ad se avertit.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. 2 Macc. IV, 32. *χρυσώματα τινὰ τῶν τοῦ ἱεροῦ νοσφισάμενος ἐχαρίσατο τῷ Ἀνδρονίκῳ*, aurea vasa quaedam templi *suffuratus* donabat Andronico. *Hesych. νοσφίζεται, ἰδιοποιεῖ, κλέπτει, ἀποστερεῖ, ἀφαιρεῖ, χωρίζει. Lex. Cyrilli MS. Brem. νοσφίζεται, ἀφαιρεῖται, ὑποκρύπτει, ἀποκλέπτει. Gloss. Gr. Lat. νοσφίζομαι, peculor, usurpo.* Confer *Alberti* not. in *Gloss. Graec. in N. T.* pag. 65.

ΝΌΤΙΟΝ, *auster*, *Africus.* תֵּימָן, *auster*, *plaga australis.* *Theod.* Hab. III, 3.

**ΝΌΤΙΟΣ*, *humidus*, *uvidus*, *australis.* *Ed. Quinta* Ps. LXXIV, 8. ubi verba *ἀνατολῶν ἔρημα*, *ὄρη δὲ νότια καὶ βόρεια τμήματα*, nihil aliud continent, quam merum scholion commentatoris, quod ad explicationem verborum *ἐρήμων ὀρέων* in *Hexapla* irrepsit. Vide ad h. l. *Montfauconium.* *Zonaras Lex.* col. 1405. *νοτίου*, *θαλασσίου. νοτίου θηρός. λέγει*

δὲ τὸ κῆτος. Eadem leguntur apud *Phavorinum*. Apud *Etymol. M.* 607, 55. occurrit *νότιος ἱδρώς*.

ΝΟ'ΤΟΣ, *auster*, *meridies*, it. *oriens*, etiam *omnis ventus calidior*. Solebant nempe veteres duos ventos distinguere, frigidiorem, quem Aquiloni tribuerunt, et calidiorem, quem Austro, ut satis probatur ex *Aristotelis Polit.* IV, 3. ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δὲ νότια, τὰ δ' ἄλλα τούτων παρεκβάσεις. דָּרוֹם, *meridies*. Iob. XXXVII, 17. Cohel. I, 5. XI, 3. et alibi saepius. – כָּתֵף, *latus*. Ios. XV, 8. 10. – נֶגֶב. Exod. XXVII, 9. XL, 22. Num. XIII, 30. et alibi. – צָפוֹן, *aquilo*. Exod. XXVI, 20. – קָדִים, *oriens*. Exod. X, 13. XIV, 21. Iob. XXXVIII, 24. Conf. *Keuchenium* ad Luc. XII, 55. p. 139. – קֶדֶם, idem. Num. XXXIV, 15. – תֵּימָן. Exod. XXVI, 35. Num. II, 10. X, 6. et alibi. Hab. III, 3. ἀπὸ νότου. *Gregor. Magnus* lib. XXXIII. *morall.* c. 1. *a Libano*. Recte suspicatur *Ribera* in *Comment.* ad h. l. in aliquibus codd. scriptum fuisse ἀπὸ λιβονότου, *a libonoto*, qui ventus est inter Libem et Notum. Hinc ab exscriptoribus, quid esset *Libonotus* s. *Libanotus*, ignorantibus scriptum est *a Libano*.

ΝΟΤΟ'ΝΔΕ, *ad austrum*. הַנֶּגְבָּה. *Aqu.* Gen. XII, 9. ubi *Symm.* εἰς νότον, ac Codex *Mosqu.* vitiose habet: νότον δέ. *Aqu.* 1 Sam. XX, 41.

ΝΟΥΘΕΣΙ'Α, *admonitio*. Iudith. VIII, 23. Sap. XVI, 6. *Gloss. Brem.* νουθεσία, ἡ τὸν νοῦν διαιτῶσα.

ΝΟΥΘΕΤΕ'Ω, *admoneo*, *commonefacio*. בִּינָה, *intellegentia*. Iob. XXXIV, 16. – הִתְבּוֹנֵן Hithp. a בִּין, *intellego*. Iob. XXXVIII, 18. – יִסֵּר Pih. *erudio*. Iob. IV, 3. – כִּהָה Pih. *rugas contraho*. 1 Sam. III, 13. οὐκ ἐνουθέτει αὐτούς, non severe et graviter eos admonuit. Bene quoad sensum. *Vulg. non corripuerit eos*. Vide et Sap. XI, 11. XII, 2. 26. μὴ νουθετηθέντες, non *correcti*, *emendati*.

ΝΟΥΘΕ'ΤΗΜΑ, i. q. νουθεσία, *admonitio*. מוּסָר, *castigatio*. Iob. V, 17. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* νουθέτημα, συμβουλία.

ΝΟΥΘΕ'ΤΗΣΙΣ, idem. Prov. II, 2. ubi in textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Vide ad h. l. *Iaegerum*. Iudith. VIII, 27. εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ: ubi νουθέτησις est *emendatio*, *quae admonitione vel castigatione efficitur*. *Ald.* et *Compl.* habent ibi νουθεσίαν. Νουθέτησις attice magis, quam νουθεσία, iudice quidem *Thom. Mag.* p. 630. Conf. *Pierson.* ad *Moer. Attic.* p. 270.

ΝΟΥΜΗΝΙ'Α. Vide supra νεομηνία.

ΝΟΥ'Σ, *mens*, *animus*, *spiritus*. אֹזֶן, *auris*, etiam metaph. *facultas intellegendi*. Iob. XXXIII, 16. Ita cod. *Alex.* et alii libri veteres, teste *Chrysostomo*. Sed cod. *Vat.* οὖς habet, quod etiam praefert *Patricius Iunius*. – לֵב, *cor*,

it. *animus*. Exod. VII, 23. Iob. VII, 17. - לֵבָב, idem. Ios. XIV, 7. Ies. X, 7. - רוּחַ, *spiritus*. Ies. XL, 13. τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; quis novit *mentem* Domini? Conf. 1 Cor. II, 16. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; quis *decreta et consilia* Dei novit? Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Sap. IX, 15. Iudith. VIII, 14. ubi est *absconditum mentis consilium*, i. q. βάθος καρδίας. Ἐγείρειν τὸν νοῦν 3 Esdr. II, 9. est i. q. v. 8. ἐγείρειν τὸ πνεῦμα, h. e. *promptum et alacrem reddere*.

*ΝΥΓΜΟ'Σ, *compunctio*. פּוּקָה, *vacillatio*, metonymice *id, quo quis ad vacillandum compellitur, offendiculum*. *Al.* 1 Sam. XXV, 31.

ΝΥΚΤΕΡΕΥ'Ω, *pernocto*. הִתְלוֹנֵן Hithp. a לוּן, *continuo et indesinenter commoror*. *Symm.* Ps. XC, 1.

ΝΥΚΤΕΡΙΝΟ'Σ, *nocturnus*. לַיִל: לַיְלָה, *nox*. Iob. IV, 13. XX, 8. Ps. XC, 5. Prov. VII, 9. *Aqu. Symm.* Cant. V, 2.

ΝΥΚΤΕΡΙ'Σ, *vespertilio*. עֲטַלֵּף, idem. Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18. Ies. II, 20. *Hesych.* νυκτερὶς, πετεινὸν νυκτερινόν.

ΝΥΚΤΙΚΟ'ΡΑΞ, *nycticorax*, *corvus nocturnus*. כּוֹס, *bubo*. Lev. XI, 17. Ps. CI, 7. - קֹרֵא, *perdix*. 1 Sam. XXVI, 20. Iudice *Bocharto Hieroz.* P. II. p. 636. ed. *Rosenm.* legerunt קֹדֵא, *Daleth* pro *Resch*. - שָׁלָךְ, *mergus*. Deut. XIV, 16. *Suidas*: νυκτικόραξ, εἶδος ὀρνέου ἐρημικοῦ, ὃ τὰς οἰκουμένας φεῦγον τῶν οἰκιῶν, ταῖς ἐρήμοις καὶ καταλελυμέναις προστρέχει. τὰ γὰρ οἰκόπεδα ἐρείπια φασίν. οὕτω καὶ τὸ στρουθίον, δειλὸν ὄρνεον ὄν, ὑπὸ ἀγωνίας ἐλαύνει τὸν ὕπνον. Confer quoque *Theodoret.* ad Psalm. CI, 7. ac *Munckerum* ad *Antonin. Liber. Metam.* c. 15.

ΝΥΚΤΟΠΟ'ΤΙΟΝ, *poculum nocturnum*. צַפַּחַת, *scyphus*. *Symm.* 1 Sam. XXVI, 11.

ΝΥ'ΚΤΩΡ, *noctu*, *de nocte*. Sir. XXXVIII, 30. 2 Macc. XII, 6. XIII, 15. 3 Macc. I, 3. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* νύκτωρ, νυκτός. Ita etiam apud *Hesychium*, nisi quod vitiose apud illum legatur νύκτορ. Apud *Suidam* exponitur: διὰ τῆς νυκτός. Videatur *Boissonade* ad *Marini vitam Procli* p. 68 sequ.

ΝΥΜΦΑΓΩΓΟ'Σ, *sponsae dux, qui sponsam e paternis aedibus deducit ac sponso adducit, pronubus*. מֵרֵעַ, *amicus*. Gen. XXVI, 26. Iud. XIV, 20. ubi *Vat.* pro νυμφαγωγῷ habet ἑνὶ τῶν φίλων αὐτοῦ. *Hesych.* νυμφαγωγὸς, ὁ μετερχόμενος ἑτέρῳ νύμφην, καὶ ἄγων ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας, ᾧ πρότερον γεγαμηκότι οὐκ ἔξεστι μετελθεῖν. διὸ στέλλουσι τῶν φίλων τινάς. διαφέρει γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς τοῦ παρόχου. καλεῖται γὰρ πάροχος τῶν φίλων τις ὁ ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἅμα τῇ νύμφῃ καὶ τῷ νυμφίῳ ὀχούμενος, οἷον παράνυμφος. *Pollux Onom.* lib. III. c. 5. segm. 41. ὁ δὲ ἄγων τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας νυμφαγωγὸς, ὁπότε

μὴ ὁ νυμφίος μετῄει. Conf. *Bonfrerium* ad Iud. l. c. et *Lampium* in Ps. XLV. p. 522. et in Ioh. III, 29. p. 672.

ΝΥΜΦΕΥΣΙΣ, *desponsatio, elocatio.* חֲתֻנָּה, idem. Cant. III, 11.

ΝΥΜΦΕΥΤΗ'Σ, ad literam *pronubus*, sed *Aquila* intellexit *socerum.* Exod. III, 1. XVIII, 1. 5. ubi hebr. חֹתֵן respondet.

ΝΥΜΦΕΥ'Ω, *gener efficior.* הִתְחַתֵּן Hithp. *affinitatem ineo. Aqu.* 1 Sam. XVIII, 22.

ΝΥ'ΜΦΗ, *sponsa*, it. *filii sponsa*, *nurus*, *socrus.* בְּתוּלָה, *virgo.* Ioel. I, 8. - חֹתֶנֶת, *socrus. Aqu.* Deut. XXVII, 23. - כַּלָּה. Gen. XI, 31. τὴν Σάῤῥαν, τὴν νύμφην αὐτοῦ, Saram, *nurum* suam. Vide et Gen. XXXVIII, 24. (ad quem locum vid. *Bonfrerius* p. 290.) Lev. XVIII, 15. Mich. VII, 6. Tob. XII, 12. et conf. Matth. X, 35. Luc. XII, 53. Sap. VIII, 2. 1 Macc. IX, 37.

ΝΥΜΦΙ'ΟΣ, *sponsus*, it. *gener.* חָתָן, idem. Iud. XIX, 5. Neh. XIII, 28. ubi al. γαμβρὸν, et γαμβρὸς, pro νυμφίον et νυμφίου. Adde var. lect. Iud. XV, 6.

ΝΥΜΦΩ'Ν, *thalamus*, *cubiculum nuptiale.* חֶדֶר, *cubile.* Ioel. II, 16. Tob. VI, 13. 17.

ΝΥ͂Ν, *nunc*, *iam*, *hoc tempore.* אֵיפוֹא: אֵפוֹא. Iud. IX, 38. Ies. XIX, 12. XXII, 1. - *בָּזָא, *diripio.* Ies. XVIII, 2. 7. ubi בָּזְאוּ acceperunt, quasi idem esset, quod בָּזוֹ, *in hoc tempore.* - הַפַּעַם, *hac vice.* Gen. II, 23. Exod. IX, 28. - *עוֹד, *adhuc.* Hos. XII, 1. Legerunt עַתָּ. - עֵת, *tempus.* 2 Sam. V, 26. Ezech. XVI, 56. XXVII, 34. Hos. XIII, 13. In omnibus his locis legisse nonnullis videntur עַתָּ. - עַתָּה. Gen. III, 22. et alibi saepius. Pro νῦν apud LXX sec. ed. *Compl.* 1 Sam. VIII, 6. reponendum est ἦν. *Hesych.* νῦν, ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἐνίοτε δὲ ἀντὶ τοῦ δὴ παραπληρωματικοῦ, καὶ ἐπίῤῥημα χρόνου ἐνεστῶτος. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀρτίως.

'ΑΠΟ' ΤΟΥ͂ ΝΥ͂Ν, *a nunc*, h. e. *ab hoc tempore.* הַפַּעַם, *hac vice.* Gen. XLVI, 31. - מֵעַתָּה. Ies. IX, 7. Dan. X, 17. Mich. IV, 7. Sir. XI, 23-25. notat *nunc*, *hoc tempore* simpliciter, ita ut vis praepositionis ἀπὸ evanescat.

ΝΥ͂Ν ἜΤΙ, *adhuc nunc*, *nunc adhuc.* הַפַּעַם, *hac vice.* Gen. XXIX, 34.

ἜΤΙ ΝΥ͂Ν, idem. אַךְ הַפַּעַם, *tantum hac vice.* Exod. X, 17.

ἝΩΣ ΤΟΥ͂ ΝΥ͂Ν, *usque nunc.* עֶדְנָה, *voluptas.* Gen. XVIII, 12. ubi legerunt עֲדֶנָה, pro עַד הֵנָּה, *hucusque*, hoc sensu: cum nondum hucusque pepererim, an iam incipiam parere? Fortasse etiam hanc vocem compositam esse putarunt ex עַד et נָה legentes עַד־נָה. - עַד עַתָּה. Gen. XXXII, 4. XLVI, 35. Deut. XII, 9. Ez. IV, 14. - עַד־הַיָּמִים הָהֵם, *usque ad hosce dies.* 1 Reg. III, 2.

"ΕΩΣ ΝΥ͂Ν, idem. מֵעַתָּה, *a nunc. Al.* Ier. III, 4.

**ΚΑΙ᾽ ΝΥ͂Ν*, *et nunc.* אַף כִּי, *etiam quia.* 2 Sam. IV, 11.

**ΤΟ᾽ ΝΥ͂Ν*, *hucusque.* הַפַּעַם, *hac vice.* Exod. IX, 27 ubi *Schol.* ἐν καιρῷ ἕως τοῦ νῦν.

'ΩΣΕΙ᾽ ΝΥ͂Ν, *sicut nunc.* כַּיּוֹם הַזֶּה, *sicut hoc die.* Deut. XXIX, 28.

**ΟΥ͂Ν ΝΥ͂Ν.* אֵפוֹא, *nunc. Symm.* 2 Reg. X, 10. – Vide alibi ὁ νῦν καιρός.

ΝΥΝΙ᾽, idem quod νῦν, *nunc.* עַתָּה. Gen. XXXII, 10. Exod. XXXII, 33. Num. XI, 6. et alibi. – *פַּעַם, *hac vice. Inc.* 2 Sam. XVII, 7.

ΝΥ͂Ξ, *nox.* יוֹם, *dies.* Iud. XVI, 17. ὅλην τὴν νύκτα. Verba haec *Aquilae* quoque tribuuntur in Cod. *Basil.* et *Alex.*, quod ut credam, ideo a me impetrare non possum, quia, ut mihi certe videtur, continent meram ingeniosam opinionem interpretis, qui bene memor eorum, quae in antecedentibus leguntur, et ratione habita artium, quibus meretrices uti solent, tempus nocturnum loco diei posuit. Iob. III, 4. Hic quoque non aliter legerunt, sed auctor huius versionis vel scripsit ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη, vel errorem commisit facile condonandum, et quia in proxime antecedentibus noctis mentio facta erat, nec satis accurate inspexit textum hebr., νὺξ posuit pro ἡμέρα. Praeterea satis constat, *Homerum dierum* loco saepe *noctes* numerare, לַיִל et לַיְלָה quandoque *tempus* in universum notare, v. c. Ion. IV, 10. et Hos. IV, 5., ac eundem loquendi usum etiam in l. arab. obtinere, ut docuit *Koehler* in *Obss. Philol. in loca selecta Codicis sacri* p. 15. – לַיִל: לַיְלָה. 1 Sam. XXX, 12. οὐ πεπώκει ὕδωρ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, non bibit aquam tres dies et tres noctes, h. e. tria νυχθήμερα, s. *in diem tertium.* Quod enim verba ita intellegi debeant, patet ex v. 13., ubi causam homo Aegyptius exponens, cur dicto temporis spatio nihil comederit aut biberit, ita: ἠνοχλήθην ἐγὼ σήμερον τριταῖος. Confer Matth. XII, 40. Esth. IV, 16. μὴ φάγητε μηδὲ πίητε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς νύκτα καὶ ἡμέραν, ne comedatis atque bibatis ad tres dies, noctem et diem. Hic non νυχθημέρου partes, dies nempe et noctes sigillatim accipi posse, sed dies omnino civiles coniunctim, ostendit collatio cap. V, 1. ubi regina, quae ipsa ieiunium, aliis imperatum, non minore, quam caeteri, religione observaverat (quod ex cap. IV, 16. liquet), ornasse se ac ad regem introivisse dicitur ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, die tertio. Vide *Wandalinum Diatrib. ad W. Langium* c. 4. p. 289. ed. *Graev.* in *Synt. Diss. rarior.* Prov. XXXI, 15. ἐκ νυκτῶν, *nocte.* Iud. XI, 3. τὴν νύκτα pro κατὰ τὴν νύκτα, coll. *Hom. Il.* κ΄, v. 497. – לֵילְיָא Chald. Dan. II, 19. V, 32. VII, 2. – *מִבְּלִי לוֹ, *propter non ei*, h. e. *non existente in eo.* Iob.

XVIII, 15. ἐν νυκτὶ αὐτοῦ. Legerunt בְּלֵילוֹ. - נֶשֶׁף, *crepusculum.* Iob. III, 9. - *שָׁעָה et in statu emphat. שַׁעְתָּא chald. *hora.* Dan. V, 5. sec. cod. *Chis.* ἐν αὐτῇ τῇ νυκτί. Sensum expresserunt, nam noctis tempore hoc, quod narratur, factum erat.

ΝΥ'ΣΣΩ, *pungo.* Sir. XXII, 22. νύσσειν ὀφθαλμὸν, *pungere* oculum. Ibid. νύσσειν καρδίαν, *pungere mentem minando, laudando, terrendo, interrogando* etc. 3 Macc. V, 14. ubi est *vellere excitandi aliquem causa:* ἔνυξε τὸν βασιλέα, somno scilicet sopitum. Conf. Act. XII, 7. ubi idem dicitur πατάσσειν τὴν πλευράν. *Hesych.* νύσσει, παίζει, ῥήσσει.

ΝΥ'ΣΤΑΓΜΑ, *dormitatio, dormiturientium nictatio, et magna dormiendi cupiditas, in qua stantes etiam connivent et dormitant.* תְּנוּמָה, idem. Iob. XXXIII, 15.

ΝΥΣΤΑΓΜΟ'Σ, idem. *נְאֻם, *dicit.* Ier. XXIII, 31. pro וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם, *et dixere (dicunt) dicit,* καὶ νυστάζοντας νυσταγμὸν αὐτῶν. Derivarunt non a נָאַם, *dicere*, sed a נוּם, quod νυστάζειν notat. Fortasse tamen sensum expresserunt, ita ut νυσταγμὸς h. l. notet *oracula falsa*, quae v. 32. diserte vocantur חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר, *somnia falsitatis* s. *mendacii*, et νυστάζειν sit *proferre somnia.* - תְּנוּמָה, *dormitatio.* Ps. CXXXI, 4. εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, si dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Eodem modo ὕπνος πολὺς et νυσταγμὸς coniunguntur Dan. IV, 32. sec. cod. *Chis.* ubi nihil ei respondet in textu hebr. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Psalm. CXXXI, 4. *Symm. Theod.* Prov. VI, 4. Vide et Sir. XXXI, 2. *Hesych.* νυσταγμὸς, ὕπνος.

ΝΥΣΤΑ'ΖΩ, *dormito.* דָּלַף, *stillo.* Psalm. CXVIII, 28. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας (*Vulg. dormitavit*): ubi tamen pro ἐνύσταξεν alii rectius, iudice *Bielio*, ἔσταξεν habent. Alii legere malunt ἐστέναξεν. Vide infra s. στάζω. Confer quoque *Starck. carmina Davidis* Vol. I. p. 185. - *נָאַם, *dico.* Ierem. XXXIII, 31. Vide supra s. v. νυσταγμός. - נוּם. Ps. CXX, 3. 4. Ies. V, 27. Nahum. III, 18. - נִרְדַּם Niph. *somno obruor.* Ps. LXXV, 6. - שֵׁנָה, *somnus.* Prov. XXIV, 33. - תְּנוּמָה, *dormitatio.* Prov. VI, 10. *Inc.* Prov. XXIV, 33. ubi aut duae coaluerunt versiones, aut alterutra referenda est ad praecedens שֵׁנוֹת. Praeterea legitur 2 Sam. IV, 6. καὶ ἰδοὺ ἡ θυρωρὸς τοῦ οἴκου - ἐνύσταξε καὶ ἐκάθευδε, ubi nihil quidem legitur in textu hebraico, a *Iosepho* tamen (*A. I.* VII, 2, 1.) diserte exprimitur. Sir. XXII, 8. νυστάζοντι, *somnolento.*

ΝΩΘΡΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *tardus corde, qui ignavo et segni est corde, tardus ad ratiocinationem.* נַעֲוֵה לֵב part. Niph. *perversus corde.* Prov. XII, 8. νωθροκάρδιος δὲ μυκτηρίζεται, *tardus vero ad ratiocinationem* illuditur. *Plutarch.* de solert.

animal. p. 965. de tali homine: *εἰ νωθρότερον φροντῖ καὶ κάκιον διανοεῖται.* *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* νωθροκάρδιος, βραδὺς κατὰ λογισμόν. *Zonaras Lex.* 1410. νωθροκάρδιος, ὁ κατὰ λογισμὸν βαρὺς καὶ ῥάθυμος.

ΝΩΘΡΟ'Σ, tardus, segnis, ignavus, infirmus, imbecillis. חֲשֻׁכִּים plur. *obscuri, ignobiles.* Prov. XXII, 29. *Vulg. ignobiles.* Reddiderunt per νωθροὺς propter oppositionem, aut legerunt per *Sin* חֲשֻׂכִּים. Sirac. IV, 34. *νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις, segnis* et remissus in operibus. Sirac. XI, 13. *ἔστι νωθρὸς προςδεόμενος ἀντιλήψει*, est *imbecillis*, qui auxilio indiget. *Vulg. marcidus. Hesych.* νωθρὸν, βραδὺ, νωχελὲς, ἀσθενές. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* νωθρὸν, ἀσθενῆ, βραδὺν, δυσκίνητον. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.*

**ΝΩΘΡΟ'ΤΗΣ, tarditas, segnities, imbecillitas.* 3 Macc. IV, 5. *τὴν ἐκ τοῦ γήρως νωθρότητα ποδῶν*, ob *tarditatem s. imbecillitatem* pedum, quae ex aetate erat. *Hippocr. praedict.* p. 70. B. *Diod. Sic. Bibl.* p. 94, 10. *ἀφροσύνῃ καὶ νωθρότητι ψυχῆς. Suidas:* νωθρότης, ἡ βραδύτης.

ΝΩΚΗ'Δ. Ipsa vox hebr. נֹקֵד, *pecuarius.* 2 Reg. III, 4. iuxta ed. *Rom. Gloss. in lib. IV. Reg. Fabric. edit.* Μωαβινοκὶμ (repone Μωὰβ ἦν νωκὴδ), ἦν τρέφων βοσκήματα. In *Cod. MS. Barocc.* pariter corrupte: Μωαβινοκὶθ, ἦν τρ. β.

ΝΩΤΟΚΟΠΕ'Ω, dorsum seu *tergum ferio, decervico, cervicem amputo.* עָרַף, *cervicem frango. Theod.* Exod. XIII, 13. νωτοκοπήσεις.

ΝΩ˜ΤΟΣ et *ΝΩ˜ΤΟΝ, dorsum, tergum.* Apud LXX late patet haec vox, et non modo *illam corporis partem, qua onera sustinentur, dorsum* proprie sic dictum, sed *tergum totum* notat, *in quo et ipsi lumbi continentur.* גַּב. 1 Reg. VII, 32. Iob. XV, 26. Ps. CXXVIII, 3. – גֵּו. Ies. L, 6. *Symm.* Ies. LI, 23. *Theod.* Prov. X, 14. – כָּתֵף: כָּתֵף. Ex. XXXVIII, 14. 15. Num. XXXIV, 11. Ios. XVIII, 12. – מַפְרֶקֶת, *cervix.* 1 Sam. IV, 19. – מָתְנַיִם, *lumbi* (etiam *dorsum*, ut 1 Reg. XX, 31. nam dorsi late sumti pars est lumbus). Ps. LXV, 10. et LXVIII, 18. *Aqu. Theod.* Prov. XXXI, 17. *Aqu. Theod.* Prov. XXX, 31. ἀλεκτρυὼν νώτῳ, gallus dorso. Conf. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. V. c. 11. pag. 650. – עֹרֶף, *cervix.* Gen. XLIX, 8. Ierem. II, 27. XVIII, 17. et alibi. – שָׁאוֹן, *strepitus.* Ies. XVII, 12. Sed ibi *νῶτος* est lectio aperte vitiosa. Scribendum est *ἦχος*, ut exhibet ed. *Complut.* – שְׁכֶם, *humerus.* Gen. IX, 23. Ps. XX, 13. LXXX, 5. Iudith. I, 9. *ἐπὶ νῶτα τάνεως καὶ μέμφεως*, in oppida Tanis et Memphis, ubi *νῶτα* (si nempe sana est haec lectio, quam ed. *Complut.* exhibet: nam in reliquis libris legitur: *ἐπάνω τάνεως κ. μ.*) pleonastice ponitur, quemadmodum et apud Graecos scriptores exteros *τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης* haud raro *mare ipsum* notat.

**ΚΑΤΑ΄ ΝΩ΄ΤΟΥ.* אַחֲרֵי, *post.* *Ed. Quinta* Hos. V, 8. κατὰ νώτου σου, pro אַחֲרֶיךָ. *Vulg. post tergum tuum.* Sed auctor huius versionis νώτου de suo adiecisse videtur.

ΝΩΤΟΦΟ΄ΡΟΣ, dorso vel humeris portans. סַבָּל, *baiulus.* 2 Par. II, 2. 11. XXXIV, 15. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* νωτοφόρος, ὁ τῷ νώτῳ τὰ ἄχθη, τουτέστιν τὰ βάρη, φέρων.

ΝΩΧΕΛΕΥ΄ΟΜΑΙ, piger, tardus, et segnis sum in opere. הִתְרַפָּה Hithp. *remisse me gero.* *Aqu.* Prov. XVIII, 9. et XXIV, 10. νωχελευόμενος. — עֻפְּל Pyh. *effero me.* *Aqu.* Hab. II, 4. ubi pro νωχελευομένου rescribendum puto νωχελευόμενος. Legit עָפֵל, ut *Vulg. qui incredulus est.* *Hesych.* νωχελὴς, ὁμαλὸς, βραδὺς, ἄχρηστος.

Ξ.

ΞΑΝΘΙ΄ΖΩ, flavum reddo, etiam *flavesco*, it. *fulvum* seu *rutilum* vel etiam *rufum reddo.* צָהֹב, *fulvus.* Lev. XIII, 32. 36. ubi ξανθίζουσα est i. q. ξανθή. — שָׁחֹר, *niger.* Lev. XIII, 31. ubi non aliter legerunt, sed putarunt, ita ob v. 30. et 32. h. l. vertendum esse. Ideo tamen non mutanda erit lectio impressa cod. hebr.: nam sec. *Camusum* سحر dicitur *albedo, quae nigredinem superscandit* s. etiam *paulatim vincit.*

ΞΑΝΘΙΚΟ΄Σ, nomen mensis apud Macedonas, qui Aprili respondet. Esther. I, 1. sec. *Vet. Arund.* μηνὸς Ἀδαρνισὰν, ὅς ἐστι Δύστρος, ξανθικός. 2 Macc. XI, 30. 33. 38. *Ioseph. A. I.* lib. I. p. 13, 9. f. et de *Bell. Iud.* lib. VII. p. 432. §. 1. ult. *Suidas:* ξανθικὸς, ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἀπρίλλιος. Confer *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 32. ubi monet, rectius ξαιδικὸς scribi.

ΞΑΝΘΟ΄Σ, flavus, rufus, vel *ex flavedine ruber, rutilus.* צָהֹב, *fulvus.* *Al.* Lev. XIII, 36. — שְׂרֻקִּים plur. *nigri.* *Aqu.* Zach. I, 8. ξανθοὶ, quam vocem *Montf.* referre mavult ad proxime antecedens אֲדֻמִּים, quod *Vulg.* vertit *rufi.* LXX πυῤῥοί. Sed potest eodem iure etiam ad sequens לְבָנִים, *albi*, referri.

ΞΕΙ΄ΝΟΣ, hospes, peregrinus. נָכְרִי, idem. *Aqu.* Deut. XIV, 21.

**ΞΕΝΗΤΙ΄Α.* Sap. XVIII, 3. secundum cod. *Alex.* ubi reliqui libri ξενιτείας habent.

ΞΕΝΙ΄ΖΩ, hospitio excipio, it. *peregrinus, novus, inusitatus sum.* Sir. XXIX, 28. ξενιεῖς, *hospitio excipies:* 2 Macc. IX, 6. ξενιζούσαις συμφοραῖς, *novis* vel *inusitatis cruciatibus.* Sic Act. XVII, 20. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, *nova* enim quaedam infers auribus nostris. *Hesych.*

ξενίζουσα, ἀλλόφυλος, ἀήθης, καινή. Idem: ξενίζουσαν, νεαράν. Sic et ξένος aliquando *novum* significat. Vide infra in h. v. et vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 440.

ΞΕ'ΝΙΟΝ, *xenium*, proprie *munus*, *quod hospiti datur*, deinde *quodcunque munus*. מִגְדָּנוֹת plur. *res pretiosae*. Esdr. I, 6. – מִנְחָה. Hos. X, 6 ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ, *afferebant munera* regi. 2 Sam. VIII, 2. 6. Sir. XX, 29. 1 Macc. X, 36. (*Syrus* ibi ܦܘܣܩܢܐ Bene: nam ξένιον ibi est *merces militum*, *stipendium*, *quod militibus constituitur*, i. q. alibi μισθοφορὰ s. ὀψώνιον, coll. III,28.) Ib. XI,24. *Hesych.* ξενία, ὑποδοχή, φιλοτιμία, φιλία, δῶρα, κατάλυμα, ἢ καταγώγιον. Hic vox δῶρα non vocem ξενία, sed ξένια manifeste interpretatur, et ex margine, ni fallor, ab indocto librario inserta est, in quo cum v. ξενία primo posita fuisse videtur: adeoque ita apud *Hesychium* legendum: ξενία, ὑποδοχή, φιλοτιμία, φιλία, κατάλυμα, ἢ καταγώγιον. Ξένια, δῶρα.

ΞΕ'ΝΙΟΣ, *hospitalis*, *ad hospites seu peregrinos pertinens.* 2 Macc. VI, 2. Διὸς ξενίου, *Iovis hospitalis.* Vide de illo *Dilherrum Disp. Acad.* p. 173. sequ. *Michaelis* in *Supplem.* p. 1857. coniicit legendum ξένου. Sed vide ipsum.

ΞΕΝΙΣΜΟ'Σ, *hospitalitas*. אֲרֻחָה, *viaticum*. Prov. XV, 18.

ΞΕΝΙΤΕΙ'Α, *peregrinatio*, *absentia a patria.* Sap. XVIII, 3.

ΞΕΝΟΛΟΓΕ'Ω, *peregrinos aut externos milites colligo*, *vel cogo*, *conscribo exercitum mercenarium*, etiam in universum *copias colligo*, aut *colligo*. 1 Macc. XV, 4. ἐξενολόγησα τὸ πλῆθος τῶν δυνάμεων. *Vulgatus*: *electam feci multitudinem exercitus*. *Syrus*: ܟܢܫܬ, *collegi*. 1 Macc. XI, 38. dimisit copias πλὴν τῶν ξένων δυνάμεων, ὧν ἐξενολόγησεν ἀπὸ τῶν νήσων τῶν ἐθνῶν. Sic quoque apud *Lucian.* T. II. p. 741. ed. *Reitz. Hesych.* ξενολόγος, ξένους στρατιώτας συλλέγων.

ΞΕ'ΝΟΣ, *peregrinus*, *hospes*, *novus*. אֹרֵחַ, *viator*. 2 Sam. XII, 4. – גֵּר. Iob XXXI, 32. – הֵלֶךְ, *viator*. *Symm.* 2 Sam. XII. 4. ξένος, *peregrinus quidam viator*. – זָר, *alienus*. *Symm.* Ps. LXXX, 10. – מָגוֹר, nomen proprium, quod pr. *formidinem* notat *Vulg. pavor*. *Aqu.* sec. edit. secundam Ierem. XX, 3. *Vulg.* ubi cum *Theodot.* et LXX, qui μέτοικος habent, deduxit a גּוּר, quod inter alia quoque *peregrinari* notat. – *מְרוּט, *expilata*. Ies. XVIII, 2. ubi pro ξένον forte legendum est ξεστὸν, vel ξυρὸν pro ξυρόμενον, quae est propria vocis מרט significatio. – נָכְרִי, *alienus*. Ruth. II, 10. 2 Sam. XV, 19. Psalm. LXVIII, 11. et alibi. *Theod.* Prov. XXIII, 27. *Aqu. Theod.* Iob. XIX, 15. – נָכְרִיָּה. *Aqu.* Exod. II, 22. *Symm.* Prov II, 16. ξένη. *Symm. Theod.* Prov. VI, 24. ἀπὸ λειογλώσσου ξένης, a peregrina laevem linguam ha-

bente, h. e. meretrice. Sic *Terentius Andr.* III, 1, 11. *Adeon' es demens ex peregrina.* Nam olim meretrices fere peregrinae erant. Vide *Drusium* in *Fragm. vet. Int. Graec.* p. 1107. - קְרוּאָ part. Pah. *vocatus.* 1 Sam. IX, 13. *οἱ ξένοι, invitati ad coenam hospites.* Sap. XIX, 5. *ἐκεῖνοι δὲ ξένον εὕρωσι θάνατον,* illi autem *novam,* h. e. *inusitatam* et *inauditam,* inveniant mortem. Vide et Sap. XVI, 2. 3. 16. ac conf. *ξενίζω,* et *Lex. N. T.* s. h. v. 2 Macc. IX, 28. *ἐπὶ ξένης,* sc. *γῆς,* in terra *peregrina.*

ΞΕΝΟΤΡΟΦΕ'Ω, peregrinos vel *externos milites alo,* etiam *externos milites conduco.* 2 Macc. X, 14.

ΞΕ'ΣΤΗΣ, sextarius, quem LXX *κοτύλην* vocant. לֹג, *nomen mensurae liquidorum. Inc.* sec. *Coisl.* Lev. XIV, 10.

ΞΕΣΤΟ'Σ, rasus, dolatus, scalptus, vel etiam *laevis, radendo, scalpendo, dolando expolitus.* גָּזִית, *caesura. Al.* 1 Par. XXII, 2. Amos. V, 11. *ξεστούς. Gloss. MS. in Prophet. Ξεστοὺς, ἐνταῦθα γλυπτοὺς θεούς.* In iisdem sequitur: *ξεστοὺς, γλυπτοὺς λίθους.* Vide et 1 Macc. XIII, 27. *Hesych. ξεστὴν, ἐξεσμένην.* (*Hom. Od. η.* v. 174.) *παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.* - *Λέγει δὲ καὶ συνθέτως εὐξέστησεν, ἐλάτησεν.* Lege: *εὐξέστησιν, ἐλάτησιν.* Idem: *ξεστὸν, γλυπτὸν, λεῖον ποιητόν.* Sic enim sine distinctione legendum pro *λεῖον, ποιητόν.* Idem post v. *ξενίζουσα· Ξεστὸς, ὡμαλισμένος, ἐξεσμένος.*

ΞΗΡΑΙ'ΝΩ, arefacio, et *Ξηραίνομαι, arefio, exaresco, evanesco.* בָּאַשׁ, *putresco.* Ies. L, 2. *ξηρανθήσονται οἱ ἰχθύες,* ubi forte legerunt יָבֵשׁ. - *הֵבִישׁ Hiph. a בּוֹשׁ, *pudefacio.* Ioel. I, 11. *ἐξηράνθησαν.* Deduxerunt a יָבֵשׁ. Conf. ad h. l. *Pocockium* in *Comment.* p. 47. sequ. - *הִשְׁמִיד Hiph. a שָׁמַד, *perire facio, perdo.* Amos. II, 9. *ἐξήρανα.* Ita et *Itala* atque *Arabs.* Sed vel est mendum antiquum pro *ἐξῆρα,* quod habent exemplar *Complut.* et *Plantin.* coll. v. 8., vel legerunt אַצְמִיק. - *אֶתְעֲקַר chald. *Ithpeh.* ab עֲקַר, *eradicor, avellor.* Dan. VII, 8. sec. cod. *Chis. τρία τῶν κεράτων τῶν πρώτων ἐξηράνθησαν δι' αὐτοῦ,* ubi *Scharfenbergius* coniicit legendum *ἐξήρθησαν, sublata sunt,* contra quem tamen non male disputavit *Segaarius* in *anim.* ad h. l. p. 52. - חָרַב, *exsiccor.* Ps. CV, 10. Ies. XIX, 6. - חָתַת וָבוֹשׁ, *frangor et erubesco.* Ies. XXXVII, 21. Forte legerunt יָבֵשׁ. - יָבֵשׁ: יִבֵּשׁ: הוֹבִישׁ, Kal, Pih. Hiph. Iob. XII, 16. *ξηρανεῖ τὴν γῆν, exsiccabit* terram. Psalm. XXI, 16. *ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, exsiccatum* est, tanquam testa, robur meum. Psalm. CI, 12. *ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην,* tanquam gramen *exarui.* Psalm. CI, 5. *ἐξηράνθη ἡ καρδία μου,* exaruit cor meum. Prov. XVII, 23. *ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ ξηραίνεται ὀστᾶ,* hominis autem tristis exarescunt ossa. Thren. IV, 8. *ἐπάγη δέρμα αὐτῶν ἐπὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν, ἐξηράνθησαν, ἐγενήθησαν ὥσπερ ξύλον,* consolidata est pellis illorum super ossa illorum, exaruerunt, facti sunt tanquam lignum. Conf.

Marc. IX, 18. - נָסַע, *proficiscor.* Zach. X, 2. ἐξηράνθησαν ὡς πρόβατα. evanuerunt ut oves. Sed omnino legendum ἐξήρθησαν, *ablati sunt*, ut legitur in ed. *Complut. translati sunt sicut oves*, h. e. quam facile grex ovium ab uno pascuo in aliud traducitur et transfertur, tam facile illi a patria sua in Babylonem propter ipsorum peccata translati sunt. נָסַע notat *auferri, loco suo moveri.* Vide supra s. הִשְׁמִיד et אֶחְסַר. - נָשַׁת, *deficio.* Ies. XLI, 17. ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Bene quoad sensum. - נִתַּן Niph. *reddor, ponor.* Ies. LI, 12. οἳ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθησαν. Bene quoad sensum. - שָׁאַף, *haurio.* Ies. XLII, 14. ubi loco ξηρανῶ legendum ξηρανθῶ. Bene autem ξηραίνεσθαι mulieri parturienti tribui potest, quemadmodum etiam שָׁאַף h. l. notat: *anhelantem spiritum trahere.* - שָׁעָה, *diripio.* Hos. XIII, 15. Praeterea quoque legitur Iob. IV, 21. ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐξηράνθησαν, ubi in textu hebr. legitur הֲלֹא־נִסַּע יִתְרָם בָּם, *nonne profecta s. translata est dignitas eorum in eis*, ac liberius vertentes usi sunt imagine desumta sine dubio ex Ies. XL, 24. ἐπνευσεν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐξηράνθησαν. Fuerunt tamen, qui statuerent, eos legisse וְחָרָם, quia חָרָה et חָרַר *ardere, aestuare* et *siccari* notat.

ΞΗΡΑΣΙ'Α, *ariditas, siccitas, vel ipsa siccandi et arefaciendi actio.* חֹרֶב, *siccitas.* Iud. VI, 37. - יָבֵשׁ, *siccus.* Nahum. I, 10. - יָבוֹשׁ infin. *siccando.* Ezech. XVII, 10. - יַבָּשָׁה. Nehem. IX, 11. - כָּלְאוּ שָׁמַיִם, *clauserunt se coeli*, ne sc. pluviam aut rorem demitterent, unde siccitas oritur. Oἱ λοιποὶ sec. cod *Barber.* Hagg. I, 10. Sed fortasse ξηρασία etiam ad חֹרֶב v. 11. referendum est.

ΞΗΡΟ'Σ, *aridus, siccus.* חָצִיר, *foenum.* Ies. XXXVII, 27. - יָבֵשׁ. Ies. LVI, 3. Ezech. XVII, 24. XXXVII, 2. 4. - צֹמֵק part. *flaccescens.* Hos. IX, 17. Sap. XIX, 7. Sirac. VI, 4.

ΞΗΡΑ', *arida*, simpliciter saepe subintellecto γῆ, *terra*, dicitur. חָרָבָה. Genes. VII, 22. Exod. XIV, 21. Ios. III, 17. et alibi. - יַבָּשָׁה et יַבֶּשֶׁת. Gen. I, 9. 10. Ion. I, 9. ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, fecit mare et *terram.* Vide et Psalm. LXV, 5. XCIV, 5. - יַבֶּשְׁתָּא chald. Dan. II, 10. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΞΗΡΟ'Ν, *aridum*, simpliciter subintellecto πέδον, *solum* vel *terra* dicitur. יַבָּשָׁה et יַבֶּשֶׁת. Exod. IV, 9. ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρὸν, effundes in *solum*, vel in *terram.* Sic *Aristoteles* de *mirab.* p. 878. de piscibus quibusdam in India: ἐν τῷ ξηρῷ πλανᾶται, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς ποταμόν. Quod hic ξηρὸν vocat *Aristoteles*, γῆν dicit *Theophrastus* apud *Athenaeum* Lib. VIII. c. 2. ubi de iisdem piscibus sermo est. Exod. XIV, 16. 22. κατὰ τὸ ξηρὸν, in *solo.* Additur πέδον in illo versu apud

Athenaeum lib. III. c. 25. *κυρταὶ δ' ὁμοῦ καρῖδες ἐν ξηρῷ πέδῳ.* Conf. *Hor. Vitringae anim.* ad *Vorstium* p. 215.

ΞΗΡΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *aridus fio.* יָבֵשׁ, *aresco.* Ios. IX, 5. Ezech. XXXVII, 11. - Vide quoque supra s. v. *ἄγρωστις*.

**ΞΗΡΟ'ΤΗΣ*, *ariditas, siccitas.* Hinc *ξηρότης καύσωνος*, proprie *siccitas aestus*, notat *loca a sole exusta* apud *Symmachum* Ps. LXVII, 7. ubi hebr. צְחִיחָה, h. e. *loca arida et siticulosa*, respondet.

**ΞΙΦΗΦΟ'ΡΟΣ*, *gladium gestans, ense armatus, ensifer.* 4 Macc. XVI, 20. *Suidas: ξιφηφορία, τὸ φέρειν τὰ ξίφη. καὶ ξιφηφόρος. Zonaras Lex.* col. 1417. *ξιφήρης καὶ ξιφηφόρος, ὁ κατέχων ξίφος. Photius Lex.* col. 226. *ξιφήρης, ξίφος ἔχων.* - *ξιφηφόρος, ξιφήρης. Etym. M.* 140, 24.

ΞΙ'ΦΟΣ, *gladius.* חֶרֶב, *gladius.* Ios. X, 28. XI, 11. 12. 14. Ezech. XVI, 39. - *חָרְבָּה, *vastitas.* Iob. III, 14. Legerunt חֲרָבוֹת, a חֶרֶב, *gladius.* Conf. ib. XXXIX, 23. et cum textu hebr. vers. Alex.

ΞΥΛΑ'ΡΙΟΝ, *lignum parvum.* עֵץ, *lignum.* 1 Reg. XVII, 12.

ΞΥ'ΛΙΝΟΣ, *ligneus.* אָע: אָעָא chald. Esdr. VI, 4. Dan. V, 4. 24. - עֵץ, *lignum.* Lev. XI, 32. XV, 12. Num. XXXI, 20. - מֵעֵץ, *ex ligno. Symm.* Hab. II, 11. - Sirac. XXII, 19. *ἱμάντωσις ξυλίνη. Syrus: sicut vestis e lino s. lana. Ξύλινον* enim et *ligneum* significat, et *lineum* vel *laneum*, puta *gossypinum. Ξύλον* enim est *gossypium* sive *bombax* aut *bombasum.* 1 Macc. X, 30. *τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου*, h. e. *fructuum arborum. Hesych. ξύλινον καρπὸν, τῶν δένδρων.* 1 Maccab. XIV, 8. *τὰ ξύλινα*, *arbores.* - Vide quoque infra s. v. *χειροποίητος.*

ΞΥΛΟΚΟ'ΠΟΣ, *lignorum caesor, lignator.* חֹטֵב עֵץ, *caedens lignum.* Deut. XXIX, 11. Ios. IX, 23. 27. - חֹטֵב עֵצִים, *caedens ligna. Al.* Ios. IX, 21. *ξυλοκόποι.*

ΞΥ'ΛΟΝ, *lignum, arbor*, it. *cippus, nervus, s. lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur.* אָע chald. Esdr. V, 8. - אֶרֶז, *cedrus.* 1 Reg. V, 6. - אֶרֶץ, *terra.* 2 Par. VII, 13. Sermo ibi est de locustis terram, spec. arbores vastantibus. - *בַּעַל, *dominus, maritus.* Prov. XII, 4. Verba *ἐν ξύλῳ Montfauconius* male retulit ad בַּעְלָהּ, *mariti sui*, cum potius pertineant ad בְּעַצְמוֹתָיו, *in ossibus eius*, ubi mihi non legisse videntur בְּעֵצִים, sed vocem hebr. deduxerunt ab עָצוּם, *validus, firmus*, ut per *ξύλον* intellexerint *murum ligneum munitionis causa exstructum*, unde *Schol. ed. Rom.* habet: *ἐν ὀχυρώματι.* - בְּרוֹשׁ, *abies, cupressus.* Ies. XIV, 8. - גַּן, *hortus.* Ier. XXXI, 12. Posuerunt partem pro toto, aut speciem pro genere. - זָנָב, *cauda.* Ies. VII, 4. ubi *cauda extremum titionum* notat. - סַד, *cippus.* Iob. XXXIII, 11. *ἔθετο δὲ ἐν ξύλῳ μου*

τὸν πόδα. *Latinus* vertit: *posuit in nervo pedes meos. Syris* ܩܘܠܪܐ est *nervus*, ut pro ξύλον ponitur Act. XVI, 24. Sic et Athenienses lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur, ξύλον vocabant. Vide *Grotium* et *Elsnerum* ad Act. XVI, 24. Idem *lignum* antea ποδοκάκη dicebatur. *Lysias Orat.* IX. p. 128. ἡ ποδοκάκη αὕτη ἐστὶν, ὦ Θεόμνηστε, ὃ νῦν καλεῖ ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Conf. et vocem ποδοκάκη infra. Dicitur graecis V. T. Intt. etiam καταράκτη, κώλυμα, ξυλοπέδη, στρεβλωτήριον. Vide has voces alibi s. l. *Plauto* (*Poen.* III, 6, 28.) *lignea custodia* vocatur. – *עָלַץ, *exulto.* 1 Par. XVI, 32. ξύλον ἀγροῦ sec. *Vat.* quasi in textu legissent עֵץ. Videtur tamen ξύλον e sequenti commate huc irrepsisse, ubi τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ commemorantur. Magis ad textum hebr. habet ed. *Complut.* ἀγαλλιάσθω ὁ ἀγρός. – עֵץ, *lignum*, *arbor*, etiam *crux*, *patibulum*, ut Esth. V, 14. Gen. I, 29. πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν, omnes *arbores* frugiferae. Gen. II, 9. ξύλον τῆς ζωῆς, *arborem* vitae. Cohel. II, 5. ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρποῦ, plantavi in illis (hortis) *arbores* omnis generis fructiferas. Sic apud graecos scriptores ξύλον saepius pro *arbore* sumitur. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Eodem sensu *lignum* usurpatur *Horatio* lib. II. Od. 13. v. 11. *agro qui statuit meo te triste lignum, te caducum in domini caput immerentis.* 2 Sam. XXIII, 7. ubi pro ξύλον repone ξύλων, ut habet ed. *Complut.* ac series orationis postulat. Ierem. XI, 19. ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, ubi ξύλον est *lignum toxicum*. *Chald.* bene habet סַמָּא דְמוֹתָא, *aroma mortiferum*, *venenum*. Arab. عطا et عطي inter alia notat *nocuit*, maxime *veneno*. – עֵצָה foemin. Ierem. VI, 6. – עֶצֶם, *os.* Prov. XII, 4. Vide supra s. v. בַּעַל. – צֵלָע, *trabs.* 1 Reg. VI, 15. – *צַעֲצֻעִים, *pueri.* 2 Par. III, 10. ἐκ ξύλου. *Vulg. opere statuario.* Ita verterunt e coniectura, et, transposito literarum ordine, ad עֵץ referentes, ut עֲצֻעִים vel potius מֵעֵצִים legendum censerent. Mercerus ad *Pagnini Lex.* h. v. coniectat, eos שְׁמִים legisse, vel intellexisse. – רֹתֶם, *iuniperus.* Iob. XXX, 5. ῥίζαν ξύλων, radicem arborum. Perperam hic *radices gossypii* intellegit *Is. Vossius* de *LXX Intt.* p. 63. De *trunco* seu potius *idolo ex trunco s. ligno caeso* legitur Sap. XIV, 1. De *navigio* usurpatum reperitur Sap. XIV, 7. coll. v. 5. quo sensu etiam de *arca Noae* dicitur Sap. X, 4. De *Deo ligneo s. tutelari numine in navibus posito*, quod παράσημον dicitur, legitur Sap. XIV, 1. coll. Ion. I, 5.

*ΞΥ'ΛΟΝ *ἌΓΡΙΟΝ. רֹתֶם, *iuniperus.* *Symm.* Iob. XXX, 4. Versio haec ex ignorantia mihi orta esse videtur. Quia nempe veram significationem vocis רֹתֶם (de qua est

etiam inter recentiores interpretes magnus dissensus) ignorabat *Symmachus*, genus posuit *arbores agrestes*, aut *arbusta agrestia*.

***ΞΥ'ΛΟΝ "ΑΚΑΡΠΟΝ.** עֲרְעָר, *iuniperus. Symmachus* Ierem. XVII, 6. Respexit etymologiam: nam radici עָרַר notionem *sterilitatis* tribuunt, sicut עור et עָרָה notat *nudus fuit*.

***ΞΥ'ΛΟΝ ΕΙ'ΡΚΤΗ'Σ**, *lignum carceris.* סַד, *cippus, pedica, nervus. Symm.* Iob. XIII, 27. Potest quidem *pedica, nervus* commode ξύλον εἱρκτῆς dici, et hac ratione certe nihil haberet haec versio, quod emendatione egere videretur. Nihilo minus tamen, quia *Symmachum* linguam graecam bene callentem nullo modo latere potuit, *instrumentum detentionis*, quod hebr. סַד, ac graece ποδοκάκη dicitur, etiam simpliciter ξύλον vocari (vide supra s. ξύλον), ac, si lectio impressa retineretur, vox antecedens וְתָשֵׂם a *Symmacho* omissa esset, pro εἱρκτῆς reponere mallem εἴρξεις, ab εἴργω, *coerceo: sub ligno seu compede coercebis pedem meum.* שׂוּם enim in hac orationis serie est i. q. כָּלָא.

ΞΥ'ΛΑ ΚΕΙ'ΜΕΝΑ, *ligna iacentia.* מְדוּרָה, *pyra, rogus.* Ies. XXX, 33.

(nam *perturbatio*, quae commemoratur, est h. l. de *infelicitate* explicanda), vel legerunt עָקַר, quod est *radicitus evellere, exstirpare.* Huc referendus quoque est locus Prov. XV, 5. coll. v. 6. Vide quoque supra s. v. ἀπόλλυμι. - רָצָה Pih. *gratificor.* Iob. XX, 10. τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ὀλέσαισαν ἥττονες. Derivarunt sine dubio a רָצַץ, *confringere, contundere, vexare,* (coll. v. 19. et Hos. V, 11.) hoc sensu: *liberi eius proculcarunt miseros:* contradicente tamen parallelismo sententiarum. Fortasse tamen apud LXX legendum erit: *οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὀλέσαισαν ἥττονας*, aut, quod mihi adhuc praeferendum videtur, *θλάσειαν* (unde vitiosum *θλάσιαν* in cod. *Alex.* ortum est), nam et alibi LXX רָצַץ per *θλάω* reddiderunt. - שָׁדַד, *vasto.* Ierem. XLVIII, 1. 15. 18. 20. XLIX, 3. 9. - שָׂרִיד, *superstes.* Ierem. XXXI, 2. μετὰ ὀλωλότων, cum iis, qui perierunt. Cogitant hic plerique Critici de varia lectione. Alii nempe putant, eos שְׁמִידֵי legisse, alii vero, ut *Trommius,* שָׁדַד. Sed omnis apparens differentia facile tolli potest, modo μετὰ ὀλωλότων vertatur: *cum iis, qui in fugam versi huc et illuc errant ac discursitant;* quam significationem quoque ἀπόλλυμι habet. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Arab. شرد, *fugit a gladio*, et شارد, *fugiens, fugax.* *Hesych.* ὀλλύει, ἀπολλύει, φονεύει.

ὍΛΜΟΣ et ὉΛΜΟ'Σ, *cavitas, mortarium.* מַכְתֵּשׁ, *mortarium, in quo contunditur.* Οἱ λοιποὶ Iud. XV, 19. ἤνοιξεν ὁ θεὸς τὸν ὁλμὸν τῆς σιαγόνος, aperiebat Deus cavitatem maxillae. *Gloss. in Octateuch.* Τὸν ὁλμὸν τῆς σιαγόνος, τὸ κοῖλον τῆς σιαγόνος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁλμὸς, εἶδος ἰγδύου, τὸ κοῖλον τῆς σιαγόνος. *Aqu.* Soph. I, 2. ὁλμόν. *Aqu. Theod.* Prov. XXVII, 22. *Hesych.* ὅλμος, περιφερὴς λίθος βάρβαρυς (*Palmer.* legit βαρύς. *Bielius* mavult καὶ βαρύς.), ἐν ᾧ τὰς βοτάνας τρίβουσι. Confer *Spanhemii Obss. in Callimach.* pag. 389.

ὈΛΟ'ΘΡΕΥΣΙΣ, *perditio, pernicies.* הוֹרִישׁ infin. Hiph. a יָרַשׁ, *possessione expellendo.* Ios. XVII, 13. sec. *Ald.* ubi ὀλόθρευσις s. ὀλέθρευσις, ut in *Alex.* legitur, per *exterminationem* reddendum est. Rectius tamen in *Compl.* ἐξολοθρεύσει legi videtur.

ὈΛΟΘΡΕΥ'Ω, *perdo, perniciem affero.* הוֹרִישׁ Hiph. a יָרַשׁ, *possessione expello.* Ios. III, 10. - הִכְרִית Hiph. Num. IV, 18. Iud. VI, 25. sec. cod. *Vatic.* Adde *Aquilam* Ies. IX, 14. - הִשְׁחִית Hiph. Exod. XII, 23. Ierem. II, 30. XXII, 7. - הִשְׁמִיד Hiph. Hagg. II, 23. - כְּרֵתִים, *Cretenses.* *Symm.* Soph. II, 5. ὀλοθρευόμενον. Vide supra s. ὀλεθρία. - עָכַר, *perturbo.* Ios. VII, 25. - שָׁדַד, *vasto.* Ierem. IV, 30. XXV, 36. Sap. XVIII, 25. Adde *Philon.* lib. II. de *legg. alleg.*

T. I. Opp. p. 73, 2. *Schol. Eurip. Hippol.* v. 535. *Suidas:* ὀλέσκει, ὀλοθρεύει. *Etymol. M.* pag. 622, 37. ὀλλύειν, ὅ ἐστι ὀλοθρεύειν.

'ΟΛΟΚΑΡΠΟ'Ω, *in holocaustum offero*, s. *totum offero* seu *adoleo*. Sir. XLV, 17. θυσίαι αὐτοῦ ὁλοκαρπωθήσονται, victimae eius *totae offerentur*, seu *adolebuntur*. *Hesych.* ὁλοκαρπούμενον, ὅλον προσφερόμενον.

'ΟΛΟΚΑ'ΡΠΩΜΑ, *integra* seu *perfecta oblatio sacrificii*, *holocaustum*. Dicitur ὁλοκάρπωμα ut ὁλοκαύτωμα. Secundum *Baduellum* ad Sap. l. l. utrumque quidem notat *perfectam sacrificii oblationem*, sed hoc, *cum fruges offerebantur*, illud vero, *cum pecudes vel bestiae*, quae igne plane consumebantur. Sed contrarium e locis allatis apparet. Certe Levit. XVI, 24. ὁλοκαρπώματα et ὁλοκαυτώματα in codd. permutantur. Vide quoque sub ὁλοκάρπωσις. אִשֶּׁה, *igne consumendum sacrificium*. *Inc.* Exod. XXX, 20. - עֹלָה. Lev. I, 14. XVI, 24. Vide et Sap. III, 6.

'ΟΛΟΚΑ'ΡΠΩΣΙΣ, idem. עֹלָה. Gen. XXII, 2. 3. Lev. IV, 7. IX, 3. et alibi. Gen. VIII, 20. permutatur in codd. cum ὁλοκαύτωσις.

'ΟΛΟ'ΚΑΥΤΟΣ, i. q. ὁλόκαυστος, *totus combustus*. כָּלִיל, *totum*, *integrum*. Levit. VI, 23.

'ΟΛΟΚΑΥ'ΤΩΜΑ, *holocaustum*, *victima tota comburenda*, quum in aliis sacrificiis exta tantum arae imposita flammis adolerentur. אִשֶּׁה, *igne consumendum sacrificium*. Exod. XXX, 20. Levit. IV, 35. V, 12. et alibi. - זֶבַח, *sacrificium*. Exod. X, 25. Ezech. XLIV, 11. *Suidas:* ὁλοκαύτωμα, ἡ θυσία. *Gloss. in Octat.* ὁλοκαυτώματα, ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου καιόμενα. - כָּלִיל, *totum*, *integrum*. Ps. L, 20. - עֹלָה. Exod. XVIII, 12. XX, 24. XXIV, 5. et alibi saepius. - עֹלָה אִשֶּׁה, iunctim. Num. XXIX, 36. - עֹלָה, *gradus*. Ezech. XL, 21. Legerunt, ut omni dubio caret, עֹלָה. - עֲלִיָּה, *ascensus*. 2 Par. IX, 4. ubi עֲלִיָּה acceperunt de eo, quod in altari, ad quod per gradus ascendebatur, offertur. *Hesych.* ὁλοκαύτωμα, ὅλον πυρὶ καθαγιαζόμενον, ὁλόκληρον.

'ΟΛΟΚΑΥ'ΤΩΣΙΣ, idem. עֹלָה. Exod. XXIX, 25. Lev. IV, 34. VI, 9. et alibi saepius. - עֲלָוָן chald. plur. ex עֹלָה. Esdr. VI, 9.

'ΟΛΟΚΛΗΡΙ'Α, *integritas sortis*, *integritas valetudinis*, *sanitas*. מְתֹם, *integritas*, *perfectio*. Ies. I, 6. ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, a pedibus usque ad caput non est in illo sanitas. Conf. Act. III, 16. ubi *Latinus* ὁλοκληρίαν *integram sanitatem* interpretatur. Sic apud *Ciceronem* lib. V. de *Fin.* c. 40. *integritas corporis* pro *valetudine* dicitur. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Apud *Hesychium* ὁλοκληρία exponitur ἕνωσις. *Gloss. Labb.* ὁλοκληρία, *intergratio*. Lege: *integratio*.

ʼΟΛΌΚΛΗΡΟΣ, *cui totum illud inest, quod sorte illi obtigit, omnibus partibus suis constans, integer, perfectus, sanus.* בָּהֶם, *in ipsis, sc. sunt s. continentur. Symm.* Psalm. LXXXIX, 10. ὁλόκληροι. *Hieronymus* ad *Cyprianum* scribens, *Pro eo,* inquit, *quod nos posuimus* in ipsis, *et in Ebraeo habetur* בהם, *Symmachus significantius transtulit* ὁλόκληροι, *quod magis ad sensum quam ad verbum transferre possumus,* universi. Vide *Drusium in Fragm. Vet. Int. Graec.* p. 961. – *גּוֹרָל, *sors.* 1 Par. XXIV, 7. sec. cod. *Alex.* ubi necessario legendum est ὁ κλῆρος, ut reliqui libri habent. Ibid. XXV, 9. – נִצָּב part. Niph. a יָצַב, *consistens.* Zach. XI, 16. τὸ συντετριμμένον οὐ μὴ ἰάσεται, καὶ τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, confractum non sanet, et *sanum* non sustentet. *Hesych.* ὁλόκληρον, σῶον. Apud *Pollucem* lib. I. segm. 29. ὁλόκληρος coniungitur cum voce ὑγιὴς, et de sacrificiis usurpari dicitur, utpote quibus sua constare debebat integritas. Quemadmodum etiam de illis apud *Philonem, Plutarchum* aliosque passim reperitur. – שָׁלֵם. Deut. XXVII, 16. Ios. VIII, 31. ἐκ λίθων ὁλοκλήρων, ex lapidibus *integris.* Conf. 1 Macc. IV, 47. Adde 1 Reg. VI, 7. sec. ed. *Complut.* – תָּמִים. Lev. XXIII, 15. ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους ἀριθμήσεις, septem integras septimanas numerabis. Ezech. XV, 5. ἔτι αὐτοῦ ὄντος ὁλοκλήρου, cum illud (lignum) adhuc esset integrum. Sic *Alciphron* lib. III. Ep. 22. p. 324. ἐπεὶ ἐπολέμουν, τὰς σταφυλὰς, καὶ οὐ μόνον τὰς ῥάγας ἔκοπτον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὁλοκλήρους ἀπέτεμνον τῶν οἰνάρων τοὺς βότρους. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Praeterea legitur apud *Symmachum* sec. *Catenam PP. GG.* T. II. p. 127. Psalm. LVII, 10. ὡς ὁλόξηρον ὁλόκληρον, ubi in textu hebr. tantum חָרוֹן legitur, ac ὁλόκληρος vel est interpretatio ad proxime antecedens vocabulum חַי pertinens, vel varia lectio, quae ex ignorantia significationis vocis ὁλόξηρον ortum suum traxit. Sap. XV, 3. ὁλόκληρος δικαιοσύνη. *Latinus* vertit: *consummata iustitia est.*

*ʼΟΛΌΛΥΓΜΑ, *eiulatus,* i. q. ὀλολυγμός. יְלָלָה, idem. Ies. XV, 8. sec. ed. *Ald.* Legitur praeterea apud *Orpheum Hymn. in Rheam* v. 5. et *Eurip. Heracl.* v. 782.

ʼΟΛΟΛΥΓΜΌΣ, *eiulatio, ululatus.* יְלָלָה, idem. Ies. XV, 8. Soph. I, 11. – יְלֵל, *ululatus. Aqu.* Deut. XXX, 10. *Hesych.* ὀλολυγμὸς, θρῆνος, κλαυθμός. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὀλολυγμὸς, θρῆνος μετὰ κραυγῆς. Conf. *Casaubon.* in *Theophr. Char.* c. 21. p. 395.

ʼΟΛΟΛΥ'ΖΩ, *eiulo, ululo.* *הָאֱלִיל, *vanitatis.* Ies. X, 10. ὀλολύξατε. Legerunt הֵילִילוּ vel הָאֵלִיל, quod acceperunt pro הֵילִיל. – הֵילִיל Hiph. a יָלַל. Ies. XIII, 6. XIV, 31. XV, 2. et alibi saepius. Adde Amos. VIII, 3. ubi ὀλολύζειν (quod de *quovis sono iniucundo* adhibetur) *Vulgatus* ob sequens τὰ φατνώματα per *stridere* interpretatus est. – מְשָׂרֶכֶת *part. Pih.*

foem. plicans, q. d. *corrigians*. Ierem. II, 23. Num legerunt מְשָׂרֶדֶת a שָׂרַד, vel potius שָׁרָה, arab. شَدَى, *altiore et canora voce cecinit*, unde שִׁירָה, *cantus?* Secundum *Cappellum* in *nott. critt.* ad h. l. p. 520. מְשָׂרֶכֶת acceperunt, ac si esset a שָׂרַק, vel quasi idem significaret, quod שָׁרַק, *sibilare*. *Spohnio* ὀλολύζειν habere videtur significatum alibi praeter Hos. VII, 14. vix obvium, *obscoenos sermones iactitare*. - צְוָחָה, *vociferatio*. Ies. XXIV, 11. *Gloss. Brem.* ὀλολύζειν, θρηνεῖν. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ʽΟΛΟ'ΞΗΡΟΣ, *penitus siccus*. חָרוֹן. *Symm.* Psalm. LVII, 10.

ʽΟΛΟΠΟ'ΡΦΥΡΟΣ, *totus purpureus*, *totus ex purpura*. אַרְגָּמָן, *purpura*. Num. IV, 13. - תְּכֵלֶת, *hyacinthus*. Num. IV, 7.

*ʽΟΛΟΡΙΖΕΙ', *radice*, *radicitus*. Esther. III, 13. sec. edit. *Origen.*

*ʽΟΛΟΡΙΖΙ', idem. Esth. III, 13. sec. cod. *Vat.*

ʽΟΛΟ'ΡΙΖΟΣ, *radicitus*, *cum tota radice*. Iob. IV, 17. ὁλόῤῥιζοι ἀπώλοντο, *radicitus* perierunt. Vide et Prov. XV, 5. In Hebr. textu utrobique nihil est pro hac voce. In posteriore tamen loco mihi ὁλόῤῥιζοι hebr. בִּתְבוּאַת, *in proventu*, respondere videtur, ut sit quasi *una cum subolescente propagine*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁλόῤῥιζοι (MS. habet ὁλοῤῥιζεὶ), σὺν ὅλῃ τῇ ῥίζῃ, ἢ τῷ γένει.

*ʽΟΛΟ'ΡῬΙΖΟΣ, *radicitus*, *cum tota radice*. *Additam.* Esther. XIII, 4. ἀπολέσθαι ὁλοῤῥίζους, *plane*, *prorsus* perire.

*ʽΟΛΟῬΡΙ'ΖΩΣ, idem. Esth. III, 13. sec. ed. *Compl.*

"ΟΛΟΣ, *totus*. אָרַח, *iter facio*. Iob. XXXIV, 8. ubi tamen pro ὅλος legendum videtur ὁδός. - כֹּל, *omnis*. Gen. XXV, 25. Exod. X, 13. Deut. VI, 5. et alibi saepius. *Inc.* Cohel. XII, 13. "Ολος saepe pro πᾶς ponitur. Conf. *Schrader.* ad *Musaeum* p. 336. et *Iacobs.* in *Anthol. Gr.* Tom. XI. p. 244. - כֻּלּוֹ, *omnis ille*. Prov. XXIV, 31. - כָּלִיל, *perfectus*. Ex. XXVIII, 27. XXXIX, 21. Num. IV, 6. - תָּמִים, *perfectus, integer*. Lev. XXV, 30. ἐνιαυτὸς ὅλος.

ʽΟΛΟΣΦΥ'ΡΑΤΟΣ vel ʽΟΛΟΣΦΥ'ΡΗΤΟΣ, *totus malleo ductus* sive *fabricatus*, *solidus*. Sirac. L, 10. σκεῦος χρυσίου ὁλοσφύρατον. Occurrit quoque haec vox apud *Hesychium* s. v. ναστός. Idem: ὁλόσφυροι, ὁλοσφύρατοι, ubi vid. *Intt.*

*ʽΟΛΟΣΧΕΡΗ'Σ, proprie notat *quod integrum est*, *et omnes suas partes habet*, i. q. ὁλοτελής, deinde vero omnino *perfectum*, *summum*, et aliis adiectivis additum superlativi locum tenet. 3 Macc. V, 31. ὁλοσχερῆ βεβαίαν πίστιν, *maxime* firmam fidem. *Hesych.* ὁλοσχερής, διόλου, διαμπὰξ, τέλειος, ὁλόκληρος, δυσχερής, ἐξ ὁλοκλήρου. Apud *Polybium* ὁλοσχερής

κίνδυνος, *summum periculum.* Vide *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v. Caeterum amant Graevi adiectiva ex ὅλος composita, v. c. ὁλομερής, *qui integra membra habet*, apud *Diodor. Sic.* pag. 212. et apud eundem p. 215. ὁλοσίδηρος, *qui totus ex ferro est.*

ΌΛΟΣΧΕΡΩ͂Σ, *penitus, prorsus, plane, consummate, perfecte.* בְּפֶרַע, *in fractura.* Ezech. XXII, 30. ubi libere verterunt. Vide et 3 Esdr. VI, 28. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁλοσχερῶς, τελείως, ἐξ ὁλοκλήρου. *Suidas* ὁλοσχερῶς, ὁλοτελῶς.

ΌΛΟΤΕΛΩ͂Σ, *penitus.* כָּלִיל, *totus. Aqu.* Deut. XIII, 16.

*ΌΛΟΦΥ'ΡΟΜΑΙ, *lamentor, eiulo, fleo, lugeo.* 3 Macc. IV, 2. ὀλοφυρόμενοι τὴν ἀπροσδόκητον ἐξαίφνης ἐπικριθεῖσαν αὐτοῖς ὀλεθρίαν, lugebant de improvisa sibi decreta pernicie. 4 Macc. XVI, 5. *Homer. Iliad.* XVI, 17. *Hesych.* ὀλοφύρεται, ὀδύρεται, κλαίει, θρηνεῖ, κοπτεῖ. Idem tradit *Suidas.*

ΌΛΥ'ΜΠΙΟΣ, *Olympius, Olympum incolens, coelestis*, ab Ὄλυμπος, mons altissimus Thessaliae vel Macedoniae, quo, quia vertex eius coelum attingere videbatur, passim ipsum coelum denotatur. Confer *Aristotelem* de *mundo* cap. 6. 2 Macc. VI, 2. Διὸς Ὀλυμπίου, *Iovis Olympii.* Vide de illo *Dilherrum Disp. academ.* p. 171. *Hesych.* Ὀλύμπιος, οὐράνιος.

ὌΛΥΝΘΟΣ, *grossus, ficus immatura.* פַּגִּים plur. Cant. II, 13. – בִּכּוּרִים plur. *primitiae. Al.* Nah. III, 12. *Hesych.* ὄλυνθος, τὸ μὴ πεπεμμένον σῦκον.

ΌΛΥ'ΡΑ, *olyra* (species seminis mediae inter frumentum et hordeum naturae), *arinca, spelta, far.* כֻּסֶּמֶת, *zea, spelta.* Exod. IX, 33. ὁ δὲ πυρὸς καὶ ἡ ὀλύρα οὐκ ἐπλήγη, triticum autem et olyra non percutiebatur. Vide et Ezech. IV, 9. ubi conferendus *Montfauc.* Scribitur alias ὄλυρα. Variae autem de illa, quid sit, sunt sententiae. *Hieronymus* ad *Ezech.* l. c. *Quam nos viciam interpretati sumus, LXX Theodotioque posuerunt* ὄλυραν, *quam alii avenam, alii secalem putant. Hesych.* ὄλυρα, εἶδος σπέρματος, ἢ βρῶμά τι, — μεταξὺ σίτου καὶ κριθῆς, οἱ δὲ αὐτὴν τὴν κριθήν. Ἄλλοι καρπόν τινα σιτικὸν, ζειὰν, τινὲς ζέαν. *Gloss. in Octateuch.* ὀλύραι, οἱ τῶν ζεῶν κόκκοι. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὄλυρα, ζειά. Conf. quae notata sunt supra in v. Ζέα. *Etymologicum MS.* ὀλύρα, ἡ κριθὴ, καὶ ὀλυρίτης ἄρτος, ὁ τῶν κριθῶν. Idem: ὀλύρα, εἶδος κριθώδους καρποῦ, ζειά· ἡ γὰρ κριθὴ ἑξάστιχος, ὁ σῖτος τετράστιχος, ἡ δὲ ὀλύρα δίστιχος καὶ ὄψιμος. *Dioscorides* lib. II. c. 13. τὴν ὀλύραν esse scribit ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῆς ζειᾶς, ἀτροφωτέραν δὲ κατὰ ποσὸν ἐκείνης. *Plinius H. N.* XVIII, 10. *Ex arinca dulcissimus panis, ipsa spissior quam far, et maior spica, eadem et ponderosior. Raro modius grani non XVI libras implet. Exteritur in Graecia difficulter, ob id*

iumentis dari ab Homero dicta. Haec enim est, quam olyram *vocat. Eadem in Aegypto facilis fertilisque.* Confer eundem lib. XVIII. c. 7. et XXII, 25. Inter has autem sententias praeferenda videtur posterior, qua vox de *zea, spelta, arinca* exponitur. Conf. *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 99 sequ. ac *Intt. Hesychii* s. h. v.

'ΟΛΥΡΙ'ΤΗΣ, *panis ex olyra factus, subcineritius, siligineus.* עֻגָה, *panis coctus, placenta.* 1 Reg. XIX, 6. ἐγκρυφίας ὀλυρίτης. Admodum errat *Bochartus* (*Hieroz.* P. I. p. 337.), qui ὀλυρίτης ad רְצָפִים referens pro ὀλυρίτης ideo κολλυρίτης legendum censet, quia ὀλύρα Hebraeis non sit רְצָפָה, sed כֻּסֶּמֶת; nam ὀλυρίτης est h. l. necessario ad עֻגָה, ac ἐγκρυφίας ad רִצְפָּה referendum, ut facta sit h. l. verborum transpositio, ut alias saepe. Caeterum τὸν ἐξ ὀλυρῶν, scil. ἄρτον, memorat etiam *Athenaeus Deipnos.* lib. III. c. 74. Vide et quae modo ante notata sunt ex *Plinio* in Ὄλυρα.

'ΟΜΑΛΗ'Σ, *planus, aequalis.* עֲרָבָה, *campestris locus. Aqu.* 1 Sam. XXIII, 24. ἐν ταῖς ὁμαλέσι, sc. χώραις, in locis planis.

*'ΟΜΑΛΗ', *planities*, ita ut omissa sit vox χώρα. עֲרָבָה, *locus campestris. Aqu.* Ies. XXV, 1. ubi *Symmachus* πεδινὴ habet.

'ΟΜΑΛΙ'ΖΩ, *adaequo, planum reddo, complano, laevigo.* דַּהֲרוֹת plur. *plausus.* Iud. V, 22. ὁμαλιεῖ sec. *Ald.* Ita *Bielius* ex *Trommio.* Sed ὁμαλιεῖ ibi potius ad הָלְמוּ, *contusi sunt*, referendum videtur. - יִשֵּׁר Pih. Ies. XLV, 2. Adde *Symm.* Psalm. V, 9. - שִׁוָּה Pih. Ies. XXVIII, 25. - שָׂדַד, *vasto. Symm.* Iob. XXXIX, 10. ὁμαλίσει, Sirac. XXI, 11. ὁδὸς ἁμαρτωλῶν ὡμαλισμένη ἐκ λίθων, via peccatorum est lapidibus planis strata, h. e. initio videtur concinna, pulcra, amoena et iucunda.

'ΟΜΑΛΙΣΜΟ'Σ, *complanatio.* Mich. VII, 12. εἰς ὁμαλισμὸν sec. cod. *Vat. Hieronymus* legit συγκλεισμόν. Reddit enim: *in conclusionem.* Est glossema ex alia translatione, ubi interpres loco מִנִּי מָצוֹר, *ab ipsa munitione*, legit מְנִי אֲשׁוּר, *portio gressus.* Cum enim urbes sunt complanatae, liberum est super earum ruinas gradiri. Adde Baruch. V, 6. et *Aristoph. Ran.* 490. *Schol. Plut.* 414. *Schol.* ubi vid. *Küsterus* pag. 8.

'ΟΜΑΛΟ'Σ, *planus, laevis, aequalis, aequabilis.* מִישׁוֹר. *Symm.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. III, 10. τοῦ ὁμαλοῦ τῆς ὑπτίας, ubi duae versiones coaluerunt. *Symm.* Psalm. XXV, 15. *Aqu.* Psalm. CXLII, 10. et Ezech. XLVII, 8. - עֲרָבָה, *locus campestris. Aqu. et Symm.* Deut. I, 1. ἐν τῇ ὁμαλῇ, sc. χώρᾳ, in *planitie.* In *Cod. Paul. Lips.* legitur ἐνομαλεῖ pro ἐν ὁμαλεῖ, seu ἐν ὁμαλῇ. Vide ad h. l. *Scharfenbergium. Aqu.* Deut. XXXIV, 1. ἀπὸ ὁμαλῶν, *a planitie*, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς

πεδιάδος, interprete *Procopio Cat. Nic.* p. 1671. qui hic verba *Symmachi* sua fecit, ut recte observavit *Scharfenbergius. Aqu.* Num. XXII, 1. Amos. VI, 14. et Iob. XXXIX, 6. *Hesych.* ὁμαλὸν, λεῖον, ἴσον, ἰσόπεδον, εὐχερές.

'ΟΜΒΡΕ'Ω, *pluo.* הִבִּיעַ Hiph. a נָבַע, *scaturire facio, eructo. Aqu.* Ps. LXXVII, 2. ὀμβρήσω.

"ΟΜΒΡΗΜΑ, *imber, pluvia.* נֹזְלִים plur. *fluenta.* Ps. LXXVII, 49.

"ΟΜΒΡΟΣ, idem. גֶּשֶׁם, *pluvia. Aqu.* Prov. XXV, 24. ὄμβρον. *Aqu. Symm. Theod.* Zach. IV, 16. *Aqu.* Gen. VII, 12. sec. cod. *Mosqu. Aqu.* Ps. LXVII, 10. sec. *Suidam* in v. ἑκούσιος. – מָטָר, idem. *Symm.* Iob. XXXVII, 6. – שָׂעִיר, *hirsutus.* Deut. XXXII, 2. ubi שְׂעִירִים sunt *imbres*, ab arab. ثغر, *effluxit, emanavit, pluit*, mutato שׂ in ח, ut alibi. Vide et Sap. XVI, 16. Sirac. XLIX, 10. *Hesych.* ὄμβρος, χοιρίδιον ἢ ὑετός.

"ΟΜΗΡΟΝ, *obses, pignus, quod est loco obsidis.* צִיר, *legatus. Theodot.* et LXX Ies. XVIII, 1. *Aqu. Symm.* Prov. XIII, 17. Ies. LVII, 9. 1 Macc. I, 11. ὃς ἦν ὅμηρα ἐν τῇ 'Ρώμῃ, qui fuerat Romae *obses:* ubi vel positum est pro εἰς ὅμηρα, *inter obsides*, vel scribendum est ὅμηρος, ut legebat in uno codice *Drusius.* 1 Macc. IX, 53. ἔλαβε τοὺς υἱοὺς τῶν ἡγουμένων τῆς χώρας ὅμηρα, pro εἰς ὅμηρα, accepit filios principum regionis *obsides.* Vide et 1 Macc. XIII, 16. et conf. 1 Macc. XI, 62. ubi εἰς additur. *Schol. ad Thucyd.* I. p. 55. B. ed. *Wechel.* ὅμηρον, ἐνέχυρον τὸ ὑπὲρ εἰρήνης παρεχόμενον, παρὰ τοῦ ὁμοῦ εἴρειν. *Schol. Aristoph. in Acharn.* v. 526. ὅμηρα ἐκάλουν τὰ ἐπὶ συνθήκαις διδόμενα ἐνέχυρα. *Hesych.* ὅμηρα, τὰ ἐπὶ τῇ συμβιβάσει διδόμενα ἐνέχυρα.

'ΟΜΙΛΕ'Ω, *conversor, colloquor, consuetudinem habeo, stupri consuetudinem habeo cum muliere, concumbo.* *דַּבֵּר chald. Dan. I, 19. sec. cod. *Chis.* – הִתְהַלֵּךְ Hithp. *continenter ambulo.* Prov. XXIII, 30. ὁμιλεῖτε ἐν περιπάτοις: ad quem locum videndus *Iaegerus.* Mihi ὁμιλεῖν in hoc et aliis locis notare videtur *assiduum esse in aliqua re, assidue tractare,* ut legitur Sirac. XI, 19. στῆθι ἐν διαθήκῃ σου καὶ ὁμίλει ἐν αὐτῇ, ubi ὁμιλεῖν est i. q. in sequentibus παλαιοῦσθαι, *consenescere in officio.* Confer supra s. v. διαθήκη. – יָלַךְ, *eo, ambulo.* Prov. XV, 13. μετὰ δὲ σοφῶν οὐχ ὁμιλήσει, cum sapientibus autem non conversabitur. – רִוָּה Pih. *irrigo.* Prov. V, 19. ἔλαφος φιλίας καὶ πῶλος σῶν χαρίτων ὁμιλείτω σοι, cerva amoris et hinnulus tibi gratissimus *consuetudinem tecum habeat:* ubi Interpres sensum metaphoricum vocis רִוָּה non male expressit. Conf. etiam Iudith. XII, 12. Susann. v. 53. Sic de *amoris commercio* vel *concubitu* hoc verbo passim etiam usus est *Aelianus.* Vide Indicem eius, et confer, quae ex

Luciano affert *Fesselius Advers. Sacr.* Lib. II. c. 20. p. 153. Ὅμιλος quoque pro *consuetudine venerea* occurrit apud *Philostratum Heroic.* c. 19. p. 726. ubi vid. *Olearius.* Conf. et v. ὁμιλία. - *שִׂיחַ, *meditatio. Symm.* 1 Reg. XVIII, 27. Iob. XI, 8. - שִׂיחָה, idem. *Symm.* Iob. XV, 4. ὁμιλήσας. Vide et *Aqu.* Iud. XV, 10. Psalm. LXVIII, 13. *Symm.* Iob. XII, 8. *Hesych.* ὁμιλεῖ, συναναστρέφεται, μάχεται. Idem: ὁμιλεῖν, ἐπακολουθῆσαι, ἀναστρέφεσθαι, λαλεῖν. τίθεται δὲ καὶ ἀντὶ φιλίας καὶ διαλέξεως. Idem: ὁμιλέομεν, διαλεγόμεθα. Idem: ὅμιλος, ἄθροισμα, ὄχλος, θόρυβος, δῆμος, πλῆθος, μάχη, σύνοδος· ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ εἰλεῖσθαι κατ᾽ αὐτὸν ὄχλον. Sir. XI, 20. ὁμιλῖνε, *versari. Ioseph. A. I.* XIX, 3. p. 938. ed. *Hav.* ὁμιλεῖν κινδύνοις.

ʻΟΜΙΛΕ´Ω ʼΑΝΘΡΩ´ΠΟΙΣ, *conversor cum hominibus.* הִתְאַדָּם, *rubesco.* Prov. XXIII, 30. ὁμιλεῖτε ἀνθρώποις δικαίοις, conversamini cum hominibus iustis. Hic significationem deduxerunt ex voce אָדָם, *homo.* Ita *Bielius.* Sed ex collatione utriusque textus apparet, verbis graecis adductis nihil respondere in textu hebraico, sed esse aliunde annexa. - Vide alibi πανούργως.

ʻΟΜΙΛΙ´Α, *conversatio, colloquium, sermo, congressus, concubitus.* לַחַשׁ, *mussitatio. Symm.* Ies. III, 3. ὁμιλία μυστική. - לֶקַח, *doctrina.* Prov. VII, 21. ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, seduxit autem illum multo sermone. Scil. vox לֶקַח h. l. *artes* notat, *quibus quis capitur* (ex notione *capiendi,* quam radix לָקַח habet), inter quas est ὁμιλία. - סוֹד, *arcanum,* it. *consilium. Symm.* Iob. XV, 8. Psalm. XXIV, 15. Ezech. XIII, 9. Ierem. XXIII, 18. In priore loco ὁμιλία *colloquium familiare de rebus secretis* notat. - עוֹנָה, *debitum coniugale,* ab arab. عان, *marito iuncta est,* aut potius غني, *uxorem duxit, cohabitavit.* Eodem sensu ענה quoque apud *Syros* usurpatur. Exod. XXI, 10. τὴν ὁμιλίαν αὐτῆς οὐκ ἀποστερήσει, *concubitu* illam non privabit. Eodem sensu vocem usurpavit *Aelianus* plus vice simplici, et *Antonin. Lib. Fab.* 6. p. 44. *Moeris Atticista:* ὁμιλίαν, οὐ τὴν διάλεξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν συνουσίαν πρὸς γυναῖκας, Ἀττικῶς. λαλιὰν Ἑλληνικῶς. Conf. *Alberti* ad 1 Cor. XV, 33. p. 357. et v. ὁμιλέω supra. - *עוֹת seu עֵתָּה, *tempestive loquor. Symm.* Ies. L, 4. ubi ὁμιλία sensu bono *alloquium* seu *colloquium tempestivum* notat. - שִׂיחַ, *meditatio. Aqu.* Amos. IV, 13. - שִׂיחַ, idem. *Aqu.* 1 Reg. XVIII, 27. Ps. LIV, 3. Ps. CIII, 35. ὁμιλία, ubi LXX διαλογὴ habent, vox autem hebr. de *carmine in laudem Dei* seu *hymno* explicanda est. Adde *Aquilam* Amos. IV, 13. Scilicet שִׂיחַ etiam *loqui, eloqui* notat. Sap. VIII, 18. ἐν συγγυμνασίᾳ ὁμιλίας αὐτῆς φρόνησις, in certamine *colloquii* eius prudentia.

"ΟΜΙΛΟΣ, *coetus, conventus.* לַהֲקַת, idem. 1 Reg. XIX, 20. – עֵדָה, idem. *Symm.* Psalm. I, 5. *Suidas:* ὅμιλος, ἄθροισμα, ὄχλος, πλῆθος. Idem verba *Homeri* subiungit, quibus vox eo sensu legitur.

'ΟΜΙ'ΧΛΗ, *nebula.* כְּפוֹר, *pruina.* Psalm. CXLVII, 5. – עֵיפָה, *obscuritas.* Amos. IV, 13. – *עָנָן. *Aqu.* Deut. IV, 11. Ita legitur quidem in *Hexaplis.* Sed pertinet potius ad עֲרָפֶל, et tribuendum *Symmacho.* – עֲרָפֶל, *caligo.* Iob. XXXVIII, 9. Ioel. II, 2. Soph. I, 16. Vide et Sap. II, 4. Sirac. XXIV, 3. (ὡς ὁμίχλη, *sicut nebula.* Intellegit tenebras primigenias, quae secundum Gen. I, 2. erant super faciem abyssi: in qua comparatione per se non satis apta tantum *universalitatis* notio spectanda est. Nisi ὁμίχλην de *aere circumiecto* explicare malis.) XLIII, 27. *Hesych.* 'Ομίχλη ἢ ὁμίχλα, ἀὴρ παχὺς, σκοτεινὸς, ἀχλὺς, ὑδατώδης σκοτία. *Suidas:* ὁμίχλη, ἀορασία ἢ παχὺς ἀήρ. Idem: ὁμίχλη, ὁ τεθολωμένος ἀὴρ, καὶ μὴ διαυγὴς, μηδὲ λαμπρός. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁμίχλη, ὁ παχὺς καὶ ὑγρότατος ἀήρ.

'ΟΜΙΧΛΟ'Ω, *obnubilo, nebula tego, obscuro.* רָעַף, *stillo. Inc.* Ps. LXIV, 13. ὁμιχλωθήσονται. Secundum *Heracleotam* in *Comment.* ad h. l. T. II. *Catenae PP. GG.* p. 264. *Incertus* hic interpres est *Symmachus*, cui in *Hexaplis* γνοφωθήσεται tribuitur, quod secundum eundem est *Aquilae.* Caeterum uterque legit יַעַרְפוּ, nam עֲרָפֶל sunt *tenebrae.*

"ΟΜΜΑ, *oculus, aspectus.* עַיִן, *oculus.* Prov. VI, 4. VII, 3. X, 27. et alibi saepius. Adde Sap. V, 15.

'ΟΜΝΥ'Ω vel "ΟΜΝΥΜΙ, *iuro.* נִשְׁבַּע Niph. Ps. LXII, 10. ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ, iurans per illum. Vide et Ierem. V, 7. et conf. Matth. V, 34. Apoc. X, 6. Similiter *Plato* Lib. XI. de *Legg.* p. 966. θεοὺς παρακαλῶν ἐπόμνυσιν ἐν τοῖς τῶν ἀγορανόμων νόμοισι, deos invocans per leges res venales curantium iurat. Ps. CI, 9. κατ' ἐμοῦ ὤμνυον, per me iurabant. Vide et Ies. XLV, 23. Amos. IV, 2. VIII, 14. Sic *Demosthenes* contra *Conon.* p. 732. sub fin. ἀξιοπιστότερος τοῦ κατὰ τῶν παίδων ὀμνύοντος καὶ διὰ τοῦ πυρός. Et de *falsa legat.* p. 259. κατὰ τῶν παίδων ὤμνυες. Ies. XIX, 18. ὀμνύοντες (ἐπὶ) τῷ ὀνόματι κυρίου Σαβαώθ. Vide et Ies. XLVIII, 1. Ierem. XII, 16. Zach. V, 4. et conf. Deut. VI, 13. X, 20. ubi ἐπὶ additur et ὀμῇ est i. q. ὀμνύσεις. Num. XIV, 16. ὤμοσεν. *Theodor.* ἐπηγγείλατο. Hos. IV, 16. μὴ ὀμνύετε ζῶντα κύριον, ne iurate per viventem Dominum. Conf. Iac. V, 12. Sic passim etiam apud profanos scriptores construitur cum casu quarto. Vide *Vorstii Philolog. Sacr.* c. 56. – *נִשְׁבַּר, *frangor.* Ezech. VI, 9. Interpres videtur נִשְׁבַּעְתִּי pro נִשְׁבַּרְתִּי male audivisse. – *נָתַן, *do. Inc.* Gen. XXXV, 12. Scilicet נָתַן h. l. notat *promittere aliquid et quidem iureiurando interposito.* Conf. *Lex. N. T.* s. v. δίδωμι. – Verba: καὶ ὄμουμαι Deut. XXXII, 40. continent

F 2

glossam e margine in textum translatam ad verba *ἄρω τὴν χεῖρά μου*. Sap. XIV, 31. *οἱ ὀμνυόμενοι* sunt *ii, per quos aliquis iurat, numina iurata,* aut etiam vocis mediae tanquam activum verti potest *iurantes*.

*'ΟΜΟΓΝΩ'ΜΩΝ, *qui eiusdem est sententiae, unanimis, concors, amicus.* עֵצָה, *consilium, decretum. Symm.* Ps. CXVIII, 24. *ἄνδρες ὁμογνώμονές μοι,* h. e. *mihi carissimi*, seu, ut *Hieronymus* vertit: *viri amicissimi mihi*. In hoc sensu occurrit quoque apud *Xenoph. de Republ. Laced.* VIII, 1. *Suidas: ὁμογνώμονος, ὁμοφώνου.*

'ΟΜΟΕΘΝΗ'Σ, *eiusdem gentis* seu *nationis, gentilis, popularis.* 2 Macc. IV, 2. V, 6. *Herodot.* I. p. 38, 27. Adiectivum *ὁμόεθνος* legitur apud *Iosephum* c. *Apion.* pag. 455, 12. f.

*'ΟΜΟΖΗΛΙ'Α, *par studium.* 4 Macc. XIII, 24.

'ΟΜΟΘΥΜΑΔΟ'Ν, *unanimiter, una, simul, coniunctim.* כְּאֶחָד, *sicut unus.* Esdr. III, 9. – *כְּאִישׁ אֶחָד. *Inc.* 1 Sam. XI, 7. – יַחַד, *una, simul.* Iob. XVI, 10. *ὁμοθυμαδὸν δὲ κατέδραμον ἐπ' ἐμέ*, coniunctim autem decurrebant ad me. Vide et Iob. XVII, 16. XXI, 26. XXIV, 15. et conf. Act. XIX, 29. – יַחְדָּו, idem. Exod. XIX, 8. Iob. II, 11. XLVI, 21. et alibi saepius. – מִשְׁטָר, *gubernatio.* Iob. XXXVIII, 33. ubi *ὁμοθυμαδὸν* notare videtur *secundum ordinem naturae.* – עֲדֵי constr. ex עַד, *usque ad.* Num. XXIV, 24. 3 Esdr. V, 47. hebr. כְּאִישׁ אֶחָד, Esdr. III, 1. *Hesych. ὁμοθυμαδὸν, ὁμοῦ, ὁμοψύχως. Lex. Vet. ὁμοθυμαδὸν, universi, una, pariter, gregatim, simul.*

'ΟΜΟΙΟΠΑΘΗ'Σ, *similibus affectionibus obnoxius, similiter affectus, similes proprietates habens.* Sap. VII, 3. *ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσα γῆν*, in terram *similibus affectionibus obnoxiam* decidi. *Vulgatus* reddit: *similiter factam.* 4 Macc. XII, 14.

"ΟΜΟΙΟΣ, *similis.* *אֶחָד, *unus. Symm.* Cohel. III, 19. – *בַּבֶּטֶן, *in utero.* Iob. XXXI, 15. *Symm. ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ.* Ita legitur in *Hexaplis.* Sed non recte, si quid video. Pertinent potius haec verba ad בְּרֶחֶם אֶחָד, *in uno utero*, quae bene *Symmachus* ita transtulit. Non enim Deus omnes in uno formavit utero, sed (ac hoc voluit Iobus dicere) omnes pariter in utero matris formavit, nos omnes communi ortu gaudemus. Verba *ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ Olympiodorus* quoque retulit ad verba *ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ*, non vero ad *ἐν γαστρί.* Fortasse autem haec versio *Symmachi* tantum ad אֶחָד pertinet, quod h. l. est *pariter. Semlero* ad *ὡς* pertinere videtur. – דָּמָה, *similis sum.* Ezech. XXXI, 8. – דְּמָה: דָּמְיָה, part. Kal chald. masc. et foem. Dan. III, 26. VII, 6. – דְּמוּת, *similitudo.* Ies. XIII, 4. – *דֳּמִי, *silentium.* Ies. LXII, 7. *οὐκ ἔστι γὰρ ὑμῖν ὅμοιος.* In mente habuerunt notionem *assimilandi*, quam

habet דָּמָה cum derivatis. - *כַּדָּבָר הַגָּדוֹל הַזֶּה, *sicut verbum magnum istud.* Οἱ λοιποὶ sec. cod. 108. *Holm.* Deut. IV, 32. ὅμοιον αὐτῷ. Sed, ut equidem puto, verba haec sunt potius referenda ad כָּמֹהוּ in fine commatis. - *כַּמַּיִם, *sicut aquae.* Prov. XXVII, 19. οὐχ ὅμοια. *Iaegerus* existimat, interpreti obversatum esse כְּמִין. Mihi autem legisse videntur כְּמוֹ, ad quod autem ὥσπερ pertinet, ita ut οὐχ ὅμοια sensus explendi causa de suo addiderint. - *כֵּן, *ita. Inc.* Ps. CXLVII, 20. ὅμοια. - כְּמוֹ, *sicut. Theod.* Iud. VIII, 18. - כְּנֶגֶד, *velut e regione.* Gen. II, 20. - מִין, *species.* Lev. XI, 14. 15. καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ, לְמִינוֹ. Sensum expresserunt. Deut. XIV, 15. Sir. VII, 18. μηδὲ φίλῳ τὸ ὅμοιον ποίει, neque, quod simile est, amico factites: ubi non opus est, ut cum *Grotio* ἄμητον, cum *Lindio* ἄνομον, aut cum aliis ὁμοίϊον, *utrique parti perniciosum* (*Il.* ν, 358.) loco ὅμοιον legatur. *Hesych.* ὅμοιος, ἐν ταυτῷ συνεστώς. Sap. XVI, 1. δι' ὁμοίων, per animalia his, quae coluerunt, similia.

*ΑΛΛΟΣ *ΟΜΟΙΟΣ, *alius similis.* שַׂגִּיא, *amplus.* Iob. XXXVII, 23. Vox hebr. h. l. commode redditur per *aeque magnus* seu *excellens.*

*ΟΜΟΙΟΣ *ΟΜΟΙΟΣ, *similis similis.* אֶחָד, *unus.* Iud. VIII, 18.

*ΟΜΟΙΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *similis fio.* דּוּם, *sileo.* Ies. XXIII, 2. Permutarunt fortasse דּוּם cum דָּמָה. - הָיָה כ, *sum sicut.* Ezech. XXXI, 8. - שָׁוָה, *aequalis sum.* Prov. XXVI, 4.

*ΟΜΟΙΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *similis sum.* דָּמָה: הִדַּמָּה, Kal et Hithp. Cant. II, 9. Ies. XIV, 14. - נָתַן דֳּמִי, *do silentium.* Ies. LXII, 6. - מָשַׁל, *comparo.* Iob. XLI, 25.

ΟΜΟΙΟ'ΤΗΣ, *similitudo.* מִין, *species.* Gen. I, 11. 12. Adde Sap. XIV, 19. ubi *imaginem*, *effigiem* notat.

ΟΜΟΙΟ'ΤΡΟΠΟΣ, *similis moribus.* כְּעֶרְכִּי, *iuxta aestimationem meam. Symm.* Psalm. LIV, 14. ὁμοιότροπος. Ita certe *Montfauconius* edi iussit. Sed sec. *Eusebium Comment. in Psalm.* p. 229. *Symmachus* scripserat ὁμότροπος. Adde Sirac. XXVI, 18. sec. ed. *Compl.*

ΟΜΟΙΟ'ΨΗΦΟΣ, *cuius simile suffragium est.* 2 Macc. XIV, 20. ὁμοιοψήφου συγγνώμης sec. *Alex.* Confunditur ibi cum ὁμόψηφος.

ΟΜΟΙΟ'Ω, *assimilo, conformo, comparo, aequiparo;* et ὁμοιόομαι, *similis sum, consentio.* דָּמָה in Kal, Niph. et Pih. Psalm. XLVIII, 12. 21. Cant. I, 8. II, 17. et alibi aliquoties. *Symm.* Psalm. CXXX, 2. - דֳּמִי, *silentium.* Psalm. LXXXII, 1. In mente habuerunt דָּמָה, *assimilavit.* - יָאַת, *consentio.* Gen. XXXIV, 15. ἐν τούτῳ ὁμοιωθησόμεθα ὑμῖν, in hoc *consentiemus* vobis. Vide et v. 22. ac 25. Eadem vox hebr. 2 Reg. XII, 9. per συμφωνεῖν redditur. - *מָשַׁל, *circum-*

cido. Gen. XXXIV, 15. sed *MS. Sarr.* ὁμοιωθῆναι. Lectio aperte vitiosa, quae ex verbis antecedentibus ἵνα γένησθε ὡς ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς orta esse videtur. Reponendum est περιτμηθῆναι. - נִמְשַׁל Niph. *similis fio.* Ps. XXVII, 1. CXLII, 8. - עָרַךְ, *aestimo*, quod etiam in V. T., ut in lingua arab., *comparandi* notionem habet. Ps. XXXIX, 7. Ies. XL, 18. - שָׁוַע, *aequalis sum. Al.* Ies. XL, 25. Vide et Sap. VII, 10. XIII, 14. Sirac. XIII, 1. ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. *Vulg. induet superbiam. Syrus: induit mores eius.* Sir. XXVII, 24. καὶ οὐχ ὡμοίωσα αὐτῷ, sed nihil aeque ac talem odio habeo. Ibid. XXXVI, 12. ubi tamen pro πρωτογόνῳ ὡμοίωσας, ut legitur in Cod. *Vatic.*, cum ed. *Complut.* legere mallem πρωτόγονον ὠνόμασας. Conf. *Lex. N. T.* s. v. ἐνδύειν. 1 Macc. III, 4.

ʽΟΜΟΙʹΩΜΑ, *similitudo, imago.* דְּמוּת, idem. 2 Reg. XVI, 10. 2 Par. IV, 3. Ies. XL, 18. - צֶלֶם, *imago.* 1 Sam. VI, 5. 11. - רַתְּקוֹת plur. *catenae.* Ies. XL, 19. ὁμοίωμα. N. L. - תַּבְנִית. Deut. IV, 16. 17. 18. Ios. XXII, 28. - תּוֹר, *ordo.* Cant. I, 10. ὁμοιώματα. Sine dubio acceperunt illud תֹּרֵי, quasi esset a תֹּאַר, quod *figuram* notat. Confer quoque *Bocharti Hieroz.* T. II. p. 600. ed. *Rosenmüll.* qui eos צירי, *imagines*, legisse putat. *Ruperti* in *Symb.* ad h. l. rationem huius versionis e l. arab. arcessendam suspicatur, نَزَل in Conj. IV. est *iteravit*, et تَوْزِينٌ, ὁμοιόπτωσις, *vocum similiter desinentium consonantia.* - תְּמוּנָה. Exod. XX, 4. Deut. IV, 12. (ubi *faciem* notat, et cum μορφή in codd. permutatur.) V, 8. Vide et Sir. XXXIV, 3. XXXVIII, 35. 1 Macc. III, 49. *Gloss.* in *Octat.* ὁμοίωμα, μορφή. *Etymologicum ineditum:* εἴδωλον καὶ ὁμοίωμα διαφέρει. τὸ μὲν εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει, τὸ δὲ ὁμοίωμά τινων ἔστιν ἴνδαλμα καὶ ἀπείκασμα. ἐπειδὴ Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τὰς οὐχ ὑφεστώσας μορφὰς, σφίγγας, τρίτωνας, κενταύρους, εἴδωλα λέγουσι τὰ τῶν οὐχ ὑφεστώτων μιμήματα, ὁμοιώματα δὲ τὰ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον ἡλίου, σελήνης, ἄστρων, ἀνθρώπων, θηρίων, ἑρπετῶν.

ʽΟΜΟΙʹΩΣ, *similiter.* לְגֵו, *pro tergo.* Prov. XIX, 29. Sed ibi pro ὁμοίως sine dubio legendum est ὤμοις, et quidem auctoritate *Clementis Alex.* lib. II. *Paed.* c. 11. Vide ad h. l. *Montfauc.* ac *Iaegerum.* - כְּדֵי, *secundum sufficientiam*, i. e. *quantum satis est.* Esth. I, 18. - *כְּמוֹ, *sicut. Aqu.* Hos. VIII, 12. - *יַחַד, *simul. Symm.* Psalm. CXL, 10. ubi fortasse legendum est ὁμοῦ. - *עִם, *cum. Symm.* Iob. IX, 26. *Vulg. quasi naves.* - תֹּכֶן אֶחָד, *mensura unius.* Ezech. XLV, 11. Adde Tob. II, 12.

ʽΟΜΟΙʹΩΣΙΣ, i. q. ὁμοίωμα, *similitudo, imago.* דְּמוּת. Gen. I, 26. Psalm. LVII, 4. Ezech. I, 10. - תַּבְנִית. *Theod.* et LXX Ezech. VIII, 10. - *תָּכְנִית, *summa.* Ez. XXVIII,

12. Legerunt חֲבָנִים. - *חִימְרוֹת, *columnae. Aqu.* Cant. III, 6. Legit חֲמוּנָה, aut חֲמוּנוֹת.

'ΟΜΟΛΟΓΕ'Ω, *confiteor, spondeo, voveo, iuro, celebro, laude prosequor.* הוֹדָה Hiph. a יָדָה, Iob. XL, 9. *Aqu.* Ps. XLI, 6. ubi ὁμολογεῖσθαι est i. q. ἐξομολογεῖσθαι. - *יָעַד, *condico. Aqu. Symm.* Ios. XI, 5. ὡμολόγησαν, h. e. *pacti sunt*, quam explicationem quoque h. l. admittit hebr. יָעַד, quod reddi potest: *pactis s. sponsionibus mutuum inter se obstricti sunt.* - נָדַר, *voveo.* Ierem. XLIV, 25. ποιήσομεν τὰς ὁμολογίας, ἃς ὡμολογήκαμεν, persolvemus *vota*, quae vovimus. Sic et alias verbum Graecis *spondere*, *promittere* significat. Ita *Dionys. Halic.* lib. III. p. 181. τοὺς ἐνόχους αὐταῖς ἐπὶ δίκην παρέξειν ὁμολογούντων, cum sontes se dedituros ad supplicium promitterent. Et lib. III. p. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποστελεῖν ὡμολόγησαν. Vide et *Salmasium* de *mod. usur.* p. 707 sequ. - נִשְׁבַּע Niph. *iuro.* Ierem. XLIV, 26. ὡμολόγησα τῷ ὀνόματί μου τῷ μεγάλῳ, *iuravi* per nomen meum magnum. *Al.* Ies. XLV, 23. ὁμολογήσεται πᾶσα γλῶσσα Θεὸν, *iurabit* omnis lingua Deo. Sir. IV, 29. μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου, ne pudeat te *confiteri* peccata tua. Similiter Matth. X, 23. ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, qui *confitebitur* me. Vide ad h. l. *Wolfium* p. 187.

'ΟΜΟΛΟΓΙ'Α, *confessio, votum, laus, gloria.* נְדָבָה, *oblatio voluntaria.* Deut. XII, 6. 17. Ezech. XLVI, 13. Amos. IV, 5. - נֶדֶר, *votum.* Lev. XXII, 18. προσενέγκῃ δῶρα κατὰ πᾶσαν ὁμολογίαν αὐτῶν, offerat dona iuxta omne *votum* eorum. Ierem. XLIV, 25. ποιοῦσαι ποιήσομεν τὰς ὁμολογίας ἡμῶν, ἃς ὡμολογήκαμεν, omnino persolvemus *vota* nostra, quae vovimus. 3 Esdr. IX, 8. δότε ὁμολογίαν καὶ δόξαν τῷ κυρίῳ. Verba haec a nonnullis redduntur: *laudate* et celebrate Dominum: collato Hebr. XIII, 1. ubi ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας esse videtur i. q. ἀρχιερεὺς τῆς δόξης, *sacerdos, quem colimus.* Mihi autem haec verba explicanda esse videntur de confessione ingenua ac veritati conveniente, qua reverentia erga Deum declaratur, coll. Ios. VII, 9.

*'ΟΜΟ'ΛΟΓΟΣ, *consentiens, eiusdem sententiae.* Dan. XIII, 60. sec. cod. *Chis.* ὁμολόγους αὐτοὺς κατέστησεν ἀμφοτέρους ψευδομάρτυρας, effecerat, ut ipsi confiterentur, se falsum testimonium dixisse. Vide quoque sub ὁμολόγως.

'ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕ'ΝΩΣ, *communi omnium confessione, consensu omnium.* נְדָבָה, *voluntarie, sponte. Al.* Hos. XIV, 5. Adde 4 Macc. VI, 31. Confer de hac voce *Lex. N. T.*

'ΟΜΟΛΟ'ΓΩΣ, *unanimi consensu.* נְדָבָה, *voluntarie, sponte.* Hos. XIV, 5. ὁμολόγως, h. e. ita, ut is, qui amatur, et caeteri omnes intellegant et videant, eum amari, h. e. unice. *Hieronymus* legit ὁμολογουμένως. Vide ad h. l. *Drusium. Hesych.* ὁμολόγως, συμφώνως. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.*

T. II. p. 479. In Codice quodam Hos. l. c. lectum fuisse videtur, et quidem rectius, iudice *Bielio,* pro ὁμολόγως, ὁμόλογος. Inde enim *Gloss. MS in Proph.* ὁμόλογος, σύμφωνος. Et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁμολόγως, συμφώνως, καὶ ὁμόλογος.

'ΟΜΟΜΗ'ΤΡΙΟΣ, *ex eadem matre natus, uterinus frater et uterina soror.* אֵם, *mater. Inc.* et LXX Ps. XXXIV, 14. πενθῶν ὁμομήτριον. Sensu eodem. Fortasse autem legerunt בן אם decepti antecedente voce כְּאָבֵל. - בֶּן אֵם, *filius matris.* Gen. XLIII, 29.

'ΟΜΟΝΟΕ'Ω, *concordo, consentio.* הֵהִין Hiph. ab הִין, *paratus sum.* Deut. I, 41. ὁμονοήσαντες, consentientes. - זָנָה, *scortor.* Lev. XX, 5. Legitur praeterea Dan. II, 43. sec. cod. *Chis.* οὐκ ἔσονται δὲ ὁμονοοῦντες, οὔτε εὐνοοῦντες ἀλλήλοις, ubi chald. legitur וְלָא־לֶהֱוֹן דָּבְקִין דְּנָה עִם־דְּנָה, *et non ad existendum adhaerentes hunc cum illo.*

'ΟΜΟ'ΝΟΙΑ, *concordia, consensus.* לֵב, *cor.* Psalm. LXXXII, 5. - רֶגֶשׁ, *coitio, adunatio populi cum strepitu, hinc societas.* Psalm. LIV, 15. ἐν ὁμονοίᾳ, hebr. בְּרָגֶשׁ, quod vulgo vertunt *in strepitu s. cum turba,* sed potius est *unanimi consilio et voluntate,* i. q. יַחְדָּו, aut *foedere* iuncti. Confer Psalm. LXIV, 3. ubi cum סוד permutatur. *Vulg. cum consensu. Symm.* συνδιαιτώμενοι. Vide et Sap. X, 5. Sirac. XXV, 2. 4 Maccab. III, 20. XIII, 22. De notione *foederis* voci ὁμόνοια subiecta vide *Obss. Miscell. Amstel.* Vol. III. pag. 386.

'ΟΜΟΠΑΤΡΙ'Α, *ab eodem patre genita, germana.* מוֹלֶדֶת אָב, *nata patris.* Lev. XVIII, 11. ὁμοπατρία ἀδελφή, soror *germana.*

'ΟΜΟΡΕ'Ω, *confinis sum, vicinus seu propinquus sum.* גָּבַל, *termino. Symm.* Zach. IX, 2. ὁμοροῦσῃ. - *מִגְרָשׁ, *suburbium.* Num. XXXV, 5. τὰ ὁμοροῦντα sec. codd. *Holm.* coll. v. 7. - קָרוֹב, *propinquus.* 1 Par. XII, 40. - שָׁכֵן, *habitator.* Ier. L, 40. Ezech. XVI, 25. *Hesych.* ὁμοροῦσα, γειτνιῶσα, πλησιάζουσα.

"ΟΜΟΡΟΣ, *confinis, finitimus.* גבול. *Incert.* Ezech. XXVII, 4. - עַל יַד, *ad manum.* 2 Par. XXI, 16. - מִגְרָשׁ, *suburbium.* Num. XXXV, 5. τὰ ὅμορα τῶν πόλεων, scil. χωρία, confinia urbium. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὅμορος, πλησιόχωρος, γειτνιῶν.

*'ΟΜΟ'ΣΠΟΝΔΟΣ, *foederatus, foedere iunctus,* et ex adiuncto *amicus, benevolus.* 3 Maccab. III, 7. ubi μὴ ὁμοσπόνδους εἶναι in sequentibus explicatur per δυσμενεῖς καὶ ἐναντιουμένους εἶναι. *Hesych.* ὁμόσπονδος, φίλος. *Suidas:* ὁμόσπονδον, φίλον. *Etymol. M. Gudian.* 429, 59. ὁμοσπόνδους, φίλους.

*'ΟΜΟ'ΤΡΟΠΟΣ, *similis studii, animi et voluntatis.* כְּעֶרְכִּי, *iuxta aestimationem meam. Aquila Symm.* Psalm. LIV, 14. Vide supra s. v. ὁμοιότροπος. Legitur praeterea haec vox apud *Platon. Phaedon.* I, 83. D. et *Herodot.* II. p. 108. 16. Vide quoque *Fischerum* ad *Theophr. Char.* XXVI, 4.

'ΟΜΟΥ', *simul.* כְּאֶחָד, *sicut unus.* Esdr. II, 64. - יַחַד. Iob. XXXIV, 29. *Aqu.* 1 Sam. XVII, 10. *Symm.* Ps. XXXII, 15. Iob. III, 18. XXIV, 4.

'ΟΜΟ'ΦΥΛΟΣ, proprie *eiusdem tribus, contribulis,* deinde simpliciter *popularis, qui est eiusdem nationis.* 2 Macc. IV, 10. 3 Macc. III, 21. ubi *Syrus* vertit: *filii populi eorum.* Sic legitur quoque apud *Iosephum A. I.* XIX, 7. p. 948. ed. *Haverc.* Sic et ἀλλόφυλοι sunt *exteri.* Apud *Polybium* IX, 37, 7. XV, 20, 3. *pisces, qui eiusdem sunt generis,* ὁμόφυλοι dicuntur, ut apud *Xenoph. Cyrop.* I, 6, 19. *aves.* Subst. ὁμοφυλία legitur apud *Strabonem* I. pag. 70. B.

'ΟΜΟ'ΨΗΦΟΣ, *eiusdem suffragii, concors.* 2 Maccab. XIV, 20. Adde *Herodot.* VII, 427. Confer *Lobeckii obss.* ad *Phrynichum* p. 2.

*'ΟΜΟ'ΨΥΧΟΣ, *qui eiusdem est animi, concors, unanimis.* 4 Macc. XIV, 20.

'ΟΜΟ'Ω, i. q. ὀμνύω, *iuro.* נִשְׁבַּע Niph. Gen. XXI, 24. ἐγὼ ὀμοῦμαι, ego iuro. Deut. XXXII, 40. ὀμοῦμαι (κατὰ) τὴν δεξιάν μου, iuro per dexteram meam. In textu hebr. nihil pro his verbis legitur, et videntur esse glossema illorum, quae antecedunt. In *Gloss. MSS. in Cant. Script.* ex h. l. ὀμοῦμαι exponitur ὀμνύω. Ita et apud *Hesychium,* nisi quod pro ὀμοῦμαι male apud illum cum spiritu aspero scribatur ὁμοῦμαι. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὀμοῦμαι redditur ὀμόσω, *iurabo.* Ies. XLV, 23. ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν θεὸν, iurabit omnis lingua per Deum. Vide et Ies. LXV, 16. Ier. XXII, 5. κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, per me ipsum iuravi. Eadem phrasis occurrit apud *Alciphronem* Lib. III. Ep. 3. p. 280. - *נִשְׁבַּר Niph. *frangor.* Ezech. VI, 9. Legerunt hic נִשְׁבַּע. - חָפַשׂ, *prehendo.* Prov. XXX, 10. ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, *periurium committam.* Ita quoque explicanda sunt verba hebraica.

'ΟΜΦΑΚΙ'ΖΩ, *uvas acerbas* vel *immaturas produco,* ac ὄμφαξ. Ies. XVIII, 5. ubi nihil est in textu hebraico. *Eustath. Erot.* 181. (212.) 182. (214.).

'ΟΜΦΑΛΟ'Σ, *umbilicus,* metaphorice: *id, quod in aliqua re medium est.* טַבּוּר, *quilibet locus eminentior, collis, mons,* vulgo ex Talmudistarum usu *umbilicus,* i. e. *meditullium terrae.* Iud. IX, 37. Ezech. XXXVIII, 12. In utroque loco legitur ὁ ὀμφαλὸς τῆς γῆς, *umbilicus terrae,* h. e. *me-*

dium terrae. Sic Delphos Graeci τῆς γῆς ὀμφαλὸν, umbilicum telluris, nuncuparunt, quod in medio terrae illos sitos crediderunt. *Hesych.* ὀμφαλὸς, ζυγοῦ τὸ μέσον, καὶ Δελφοὶ, ἐπειδὴ μεσαίτατοι. Conf. *Bonfrerium* ad *Iud.* l. c. p. 517. et *Relandum Palaest.* Lib. I. c. 10. p. 52. sequ. - שֹׁרֶר, *umbilicus*. Cant. VII, 2. Ezech. XVI, 4. *Suidas* ad h. l. ὀμφαλός· οἷόν τις ῥίζα τοῦ βρέφους ἐστὶ, δι' ἐκείνου γὰρ αὐξάνεται καὶ τρέφεται. - שְׁרִירִים plur. Iob. XL, 11.

ὈΜΦΑΞ, *uva immatura vel acerba*, it. *quivis fructus immaturus*. בֹּסֶר, *omphax*, *labrusca*. Ies. XVIII, 5. ὄμφαξ ἐξανθήσῃ ἄνθος, flos in omphacem evadet. Ierem. XXXI, 29. 30. Ezech. XVIII, 2. - חֹמֶץ, *acetum*. Prov. X, 27. Legerunt fortasse חוּמְץ, *uva parva et acida*, sec. *Baal Aruch*. Sed secundum *Hesychium* ὄμφακες sunt πάντα τὰ αὐστηρὰ καὶ ὀξέα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὄμφαξ, ὁ μήπω πεπανθὴς (lege πεπανθεὶς) βότρυς. *Suidas*: ὄμφαξ, σταφυλὴ δριμεῖα οὖσα, καὶ οὐ πέπειρος.

ὈΜΦΑΞ ΠΡῸ ὭΡΑΣ, *uva immatura ante tempus*. גֶּפֶן בִּסְרוֹ, *vitis uvae immaturae*. Iob. XV, 31.

ὉΜΩ'ΝΥΜΟΣ, *eiusdem nominis*. Prolog. Sirac. ἔκγονος δὲ Ἰησοῦ ὁμωνύμου αὐτῷ.

ὍΜΩΣ, *tamen*. 2 Maccab. II, 28. XV, 5. *Hesych.* ὅμως, πλήν.

*ἈΛΛ' ὍΜΩΣ. אַף כִּי, *etiam quia*. *Incert.* 1 Sam. XXI, 5.

ὌΝΑΓΡΟΣ, *onager*, *asinus silvestris*. עֲרָדַיָּא chald. plur. ex עֲרוֹד, *onagri*. Dan. V, 21. - פֶּרֶא. Psalm. CIII, 12. Ier. XIV, 6. *Symm.* Iob. VI, 5. *Aqu. Theod.* et *Ed. Quint.* Hos. VIII, 9.

ὈΝΕΙΔΙ'ΖΩ, *exprobro*, *probro afficio*, *probrose obiicio*, it. *simpliciter obiicio*, it. *deprimo*, *in deteriorem conditionem deiicio*. גִּדֵּף Pih. Ies. XXXVII, 6. - הוֹכִיחַ Hiph. a יָכַח, *arguo*. Ies. XXXVII, 4. - הֵרִיב Hiph. a רוּב, *litigo*. Ies. XXVII, 8. - הִשְׁמִיעַ Hiph. *audire facio*. Ies. XLIII, 12. ὠνείδισα. *Itala*: *exprobravi*. *Semlerus* (quem secutus quoque est *Doederleinius*) non male coniicit, legendum esse ἐνώτισα, ut habet versio Arabica. *Vulgatus*: *auditum feci*. - חָפַר: הֶחְפִּיר, Kal et Hiph. Ps. XXXIV, 8. Ies. LIV, 4. Ierem. XV, 9. - חֵרֵף: חָרַף, Kal et Pih. Iud. V, 18. λαὸς ὀνειδίσας ψυχὴν αὐτοῦ εἰς θάνατον, populus *obiiciens* vel *exponens* animam suam morti. Ita vertit *Bielius*. Potest quoque verti: depressit ad mortem usque animam suam, h. e. non renuit mortis periculo se obiicere pro populi sui salute. *Vulg. obtulerunt animas suas morti*. Iud. VIII, 15. 1 Sam. XVII, 10. 25. et alibi saepius. *Symm.* Ps. XLIII, 17. *Aqu. Symm.* Prov. XIV, 31. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XVII, 5. - *חֹרֶף, *hyems*. Prov. XX, 4. ὀνειδιζόμενος. Hic pro מֵחֹרֶף legerunt מְחֻרָף, aut po-

tius מְחָרֵף, particip. a חָרַף. – *סַאסְאָה, *satum, mensura.* Ies. XXVII, 8. ὀνειδίζων. Nisi haec vox referenda est ad תְּרִיבֶנָּה, *iudicabis eam*, sensum expresserunt. Nam בְּסַאסְאָה est h. l. *moderate, modice,* quam notionem quoque adiunctam habent verba *μαχόμενος καὶ ὀνειδίζων.* – *שַׁאֲנַנִּים, *pacati,* sec. alios: *abundantes. Aqu.* Ps. CXXII, 4. ὀνειδίζοντες, quae versio, si vel non *Aquilae* tribuenda est, tamen non incommoda dici potest. Habet enim vox hebr. notionem *fastus* et *insolentiae*, interdum adeo *ferocientem clamorem* notat (Vide *Michaelis Suppl.* p. 2273.), quae notio a verbo ὀνειδίζω minime est aliena. *Clerico Aquila* legisse videtur שׁוֹנְנִים, *acuentes*, scil. *linguam.* In notione *exprobrandi* legitur Sap. II, 12. Sir. VIII, 6. μὴ ὀνείδιζε, noli despicere et exprobrare ei peccata praeterita. *Vulg. ne despicias, neque improperes ei.* Sir. XVIII, 18. ὀνειδιεῖ, illi *exprobrat*, mendicitatem, inertiam, importunitatem. (*Zonaras Lex.* 1454. ὀνειδιῶ. ἀττικὸς μέλλων. *Psalm.* LXXIII, 11. Conf. *Suidam.*) Sir. XX, 15. πολλὰ ὀνειδίσει, *exprobrabit* tibi multa beneficia tibi non merenti vel ingrato collata. Sir. XXII, 25. ὀνειδίζειν, *probrum obiicere, conviciari.*

'ΟΝΕΙ'ΔΙΣΜΑ, *opprobrium, probrum.* דִּבָּה, *fama mala.* Ezech. XXXVI, 3. *Herodot.* II. p. 139, 16.

'ΟΝΕΙΔΙΣΜΟ'Σ, idem. גִּדּוּפִים plur. Ies. XLIII, 28. – *חָרְבָּה, *desolatio.* Ierem. XXV, 9. εἰς ὀνειδισμὸν αἰώνιον. Forte legerunt חֶרְפָּה. Idem valet de loco Dan. IX, 2. sec. cod. *Chis.* ὀνειδισμοῦ, *Theod.* ἐρημώσεως. Non tamen admodum repugnarem, si quis eos in utroque loco libere transtulisse statuere mallet. – חָרוֹן, *aestus irae.* Ierem. XII, 13. Hic quoque vel legerunt חֵרֶף, seu חֶרְפָּה, vel, quod mihi adhuc probabilius est, effectum pro causa posuerunt. – חֶרְפָּה. Ios. V, 9. ὀνειδισμὸς Αἰγύπτου, h. e. *convicium, quo Aegyptii alias nationes proscindebant.* 1 Sam. XVII, 26. XXV, 39. et alibi saepius. – כְּלִמָּה, *ignominia.* Ezech. XXXIV, 29. XXXVI, 6. Sir. XXII, 26. ubi ὀνειδισμὸς vel est *probrum deliberatum iactum in bonum nomen*, vel *improberium*, h. e. *beneficii collati exprobratio.*

'ΟΝΕΙΔΟΣ, idem. דִּבָּה, *fama mala, calumnia. Samaritan.* Num. XIII, 32. – חֵמָה, *aestus irae.* Ies. LIX, 18. Vide supra s. ὀνειδισμὸς ad חָרוֹן. – חָמָס, *violentia.* Iob. XIX, 7. Prov. III, 31. κακῶν ἀνδρῶν ὀνείδη, malorum virorum *opprobria. Hesych.* ὀνείδη, ὕβρεις, χλευάσματα, κατηγορίαι, αἰσχύναι. Adde Prov. XXVI, 6. – *חֶסֶד. Levit. XX, 17. *Symm.* Prov. XIV, 34. Scil. חֶסֶד habet quoque notionem *probri.* Syr. ܚܣܕ, *contumelia affecit,* unde ܚܣܕܐ, *probrum.* – חֶרְפָּה. Gen. XXX, 23. XXXIV, 14. 1 Sam. XI, 2. et alibi saepius. – כְּלִמָּה, *ignominia.* Prov. XVIII, 13. Ies. XXX, 3.

Mich. II, 6. - לַעַג, *subsannatio.* Ps. CXXII, 5. - מַתָּן, *donum.* Prov. XIX 6. Legerunt sine dubio מָדוֹן, diviso ה in literas duas, quod in eum sensum nonnulli Ps. LXXX, 7. ex sequenti לַעַג explicant, ut recte observavit ad h. l. *Iaegerus.* Sap. XV, 5. εἰς ὄνειδος ἔρχεται. Sir. III, 10. ὄνειδος, *causa ignominiae*, coll. 1 Maccab. IV, 58. *Baruch.* VI, 71. ὄνειδος, *dedecus.* Simili ratione nos quoque de re, quae deformitate sua aliquid dedecorat, voce *schänden* uti solemus.

ΕΙ'Σ ˜ΟΝΕΙΔΟΣ ΔΙ'ΔΩΜΙ, in probrum trado. חֵרֵף Pih. Ps. LVI, 4.

˜ΟΝΕΙΡΟΣ, somnium. חֲלוֹם, idem. *Symm.* Cohel. V, 2. 7. Vide et Sap. XVIII, 17. 19. 2 Macc. XV, 11. 4 Macc. VI, 5.

˜ΟΝΗΜΑΙ, utilitatem percipio. Sir. XXX, 2. ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ, *utilitatem* (*laudem et voluptatem*) ab illo *percipiet. Lutherus: er wird sich sein freuen.* Tob. III, 8. de muliere matrimonium initura: septem habuisti sponsos s. maritos, καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνάσθης, sec. cod. *Alex.*, neque ullius eorum *amore fruita es.* Ita quoque *Syrus* et *Itala*, ubi ὄνημαι, ut lat. *frui*, de *concubitu* explicandum est. (Confer. quoque *Valckenaer* ad *Theocrit. Adoniaz.* p. 362.) Sed reliqui libri habent ibi ob euphemismum ὠνομάσθης. Caeterum conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

˜ΟΝΗΣΙΣ, fructus, utilitas. בֶּצַע, *lucrum. Al.* Mich. IV, 13. ἀναθήσεις τῷ κυρίῳ τὴν ὄνησιν αὐτῶν, consecrabis Domino *fructum* illorum. Sic enim in codice vel interprete quodam lectum esse colligit *Bielius* e *Gloss. MSS.* in *Proph. min.*, quae inde ὄνησιν exponere videntur ὠφέλειαν, *utilitatem.* LXX ibi iuxta vulgares codd. habent τὸ πλῆθος. *Al.* τὴν ὠφέλειαν. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὄνησις exponitur ἀπόλαυσις, ὠφέλεια. Ad matrem filia illa apud poetam *Philemonem: Γένοιτό σοι τέκνων ὄνησις, ὥσπερ καὶ δίκαιον*, gaudio et emolumento tibi sint liberi, ut etiam aequum est.

'ΟΝΟΚΕ'ΝΤΑΥΡΟΣ, onocentaurus, animal ferum atque agreste, quasi ex asino tauroque compositum. Apud *Aelianum* de *anim.* XVII, 9. ὀνοκένταυρα vocatur. אַבְנֵי בֹהוּ, *lapides inanitatis.* Ies. XXXIV, 11. Aut sensum expresserunt, aut loco אַבְנֵי legerunt בְּנֵי, *filios*, h. e. *incolas.* - אִיִּים pluralis ex אִי, *aves insulanae, striges.* Ies. XIII, 22. XXXIV, 14. - לִילִית, *strix.* Ies. XXXIV, 14. *Hesych.* ὀνοκένταυροι, παρὰ Ἀκύλᾳ τριχίωνες (lege τριχιῶντες ex *Basilio* ad Ies. XIII, 21.), δαιμόνων τι γένος, κάθυλον καὶ σκοτεινὸν τῇ ἐπιφανείᾳ, ὅπερ σείην (lege σείειν ex *Eusebio* ad Ies. l. c.) ὠνόμασαν οἱ τὴν ἑβραϊκὴν φωνὴν μεταθέντες λοιποί. Confer notata ex *Suida* infra in v. *Σειρήν. Bochartus Hieroz* P. II. lib. VI. c. 10. p. 840.: *Certum est, onocentauros in versionibus* Graeca *et* Vulgata *pro animali non usurpari, sed pro daemonum spectris*

et larvis. Ies. XIII *et* XXXIV. *Recte igitur* Theodoretus: *καλεῖ ὀνοκενταύρους, ἅς οἱ παλαιοὶ μὲν ἐμπούσας, οἱ δὲ νῦν ὀνοσκελίδας προσαγορεύουσι. Bis occurrunt pro* איים, *semel pro* לילית, *nocturno illo daemone, de quo iam actum. Ideo persuasum veteribus, onocentauros esse daemonis genus κάθυλον καὶ σκοτεινόν. Vide Hesychium et Phavorinum. Interim nullus capio, quorsum* אבני בהו *mira et inaudita metamorphosi* LXX *in onocentauros mutaverint* Ies. XXXIV, 11. *Fallor an* א *omisso legerunt* בני בהו, *filios inanitatis seu eremi, quo nomine onocentauros et spectra quaevis, in desertis locis apparentia, nominari putaverint? Est et id valde novum, quod per onocentauros* Cyrillus *in* Esaiam *intelligit τοὺς ἀγρίους τῶν ὄνων sive onagros. Et* Gregorius *in* Iobum VII, 12. *lubricos et elatos.*

Sed hac coniectura ne quidem opus est; nam *cui aperti sunt oculi*, et *vates verax* s. *fide dignus* sunt formulae idem valentes. Loco ὁρῶν Cod. 71. *Holmes.* habet λαλῶν. – רָאָה. Exod. IV, 21. ὅρα πάντα τὰ τέρατα, ἃ δέδωκα ἐν ταῖς χερσί σου, ποιήσεις αὐτὰ ἐναντίον φαραώ, h. e. *cura*, ut prodigia ista omnia, quorum patrandorum tibi mandatum et potestatem dedi, coram Pharaone edas. Exod. XXV, 40. ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει, *operam da*, ut omnia fiant iuxta typum ostensum tibi in monte. Conf. Tob. XII, 2. iuxta edit. *Complut.* 2 Par. XXIX, 8. ὡς ὑμεῖς ὁρᾶτε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, quemadmodum vos videtis oculis vestris. Similiter profani loquuntur. Vid. *Wolf.* ad 1 Ioh. I, 2. p. 248. Exod. XX, 18. ἑώρα τὴν φωνὴν, videbat, h. e. *percipiebat, vocem.* Vide v. 22. et *Grotium* ad v. 18. ac quae ex Gen. XLII, 1. notata sunt in v. εἴδω. Adde 1 Sam. XVI, 1. ὅτι ἑώρακα ἐν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐμοὶ βασιλέα, nam ex eius filiis mihi regem *elegi:* ubi ὁρᾷν, ut nostrum *ersehen*, est *eligere.* Iob. VIII, 19. οὐχ ἑώρακας τοιαῦτα. Vitiose pro ἑώρακα. – *רֶגַע, *momentum.* Exod. XXXIII, 5. ubi רֶגַע אֶחָד redditur ὁρᾶτε μὴ, ac sine dubio legendum est ὥρᾳ τῇ μιᾷ, ut iam *Torellius* coniecit et ante eum *Fullerus* lib. I. *Miscell.* c. 1. Sed *Schindlerus* putat, LXX legisse בְּנֶגַע אַחֵר. Vide quoque notas *L. Bos. ad h. l.* – רְאוּת, *aspectus.* Cohel. V, 10. – *שְׁאֵל chald. *postulo.* Dan. II, 27. sec. cod. *Chis.* τὸ μυστήριον, ὃ ἑώρακεν ὁ βασιλεὺς, ubi quilibet videt LXX libere vertisse. Praeterea legitur Prov. XXVI, 19. ubi verba ὅταν δὲ ὁραθῶσι (quae hebraice non habent, quod iis respondeat) ad sensus integritatem commode sunt adiecta. *Vulg. cum fuerit comprehensus. L. Bos.* in *animm. critt.* legere tamen mavult φωραθῶσι. Iob. XLI, 1. οὐχ ἑώρακας αὐτόν. Sc. ut interrogationem versiculum accepisse videntur, ac si sensus esset: *num expectatio de eo fefellit?* quod paulo liberius, sed recte se exprimere putaverunt per illud, *nonne vidisti eum?* In libris apocryphis non solum de visu, sed de *quavis alia perceptione per sensus* dicitur, unde notat: *sentire, experiri, perferre.* Tob. IV, 4. πολλοὺς κινδύνους ἑώρακεν ἐπί σοι ἐν τῇ κοιλίᾳ (sc. ἡ μήτηρ σου). *Vulgat. passa sit:* coll. Ioh. III, 1. Adde Sirac. XVI, 6. XXXI, 11. XLII, 21. Tob. XII, 1. ὅρα, τέκνον, μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ, *cura, quaere* vel *exhibe* illi mercedem.

ὍΡΑ ΣΟΙ, *ecce tibi.* הִנֵּה. *Symm.* Gen. XIX, 21. *Hieronymus* ad h. l. *Ecce suscepi faciem tuam, i. e. acquiesco precibus tuis. Quod Symmachus secundum sensum interpretans ait:* ὁράσει ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου. *Drusius* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 28. pro ὁράσει legendum suspicatur ὅρα σοι. Sed *Bielius* mavult ὅρα σοι. Vide supra s. v. ὁράω.

*ΟΥ'Χ 'ΟΡΑ'ι, *non videt.* אַיִן, *nullus.* Gen. XXXVII, 29. ubi alii habent οὐχ εὗρε, sensu eodem.

'ΟΡΓΑΝΙΚΟ'Σ, *instrumentalis.* 2 Maccab. XII, 15. μηχανῶν ὀργανικῶν, h. e. *machinarum bellicarum, quibus urbes solent oppugnari et expugnari.* Vide *Baduellum* et *Grotium* ad h. l.

"ΟΡΓΑΝΟΝ, *organum, instrumentum,* et in specie *musicum instrumentum,* et specialius *cithara,* it. *machina bellica, ipsum opus, quod efficitur.* *אֵזוֹב, *hyssopus. Inc.* Lev. XIV, 4. Ita *Montf.* Sed pertinet ad כְּלִי v. 5. — כְּלִי. 1 Par. XV, 16. XVI, 5. 42. XXIII, 5. et alibi saepius. — *כֹּל, *omnis.* 2 Sam. VI, 5. Legerunt בִּכְלֵי. — כִּנּוֹר, *cithara.* Psalm. CXXXVI, 2. — נֵבֶל, *uter, lagena,* deinde *instrumentum musicum, tibia utricularis* seu *nablium.* Amos. V, 23. VI, 5. Adde *Symm.* Iob. XXXVIII, 37. ὄργανα οὐρανοῦ, pro *utribus coeli,* h. e. *nubibus coeli praegnantibus. Vulg. concentum coeli.* — עֻגָב, *instrumentum musicum,* sed *cuius formae* ignoratur. Psalm. CL, 4. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ, laudate illum chordis et cithara. *Al.* κιθάρᾳ. Sic et ὄργανον pro *cithara* occurrit apud *Aelian. V. H.* III, 32. Adde *Aquil.* Iob. XXI, 12. 2 Macc. XII, 27. ὀργάνων καὶ βελῶν πολλαὶ παραθέσεις, *machinarum bellicarum* et telorum magnus apparatus. 2 Maccab. XIII, 5. ὄργανον περιφερὲς, *rota* s. *machina, quae circumfertur.* Sermo ibi est de genere crudelissimi supplicii apud Persas inprimis recepti, quod teste historia a populis orientalibus ad Graecos tandem pervenit. Adde 4 Maccab. IX, 20. Conf. *Ant. Gallonii* lib. de *martyrum cruciatibus* p. 58. sequ. — Vide quoque s. v. ἁρμόζω.

'ΟΡΓΗ', *ira, excandescentia.* אַף, *nasus, ira.* Genes. XXVII, 44. Deut. IX, 19. XIII, 17. et alibi saepius. Adde Dan. XI, 21. sec. cod. *Chis.* Deut. XI, 17. ubi ὀργῇ in cod. *Vat.* mihi verbum, non substantivum, esse videtur ab ὀργάω. Reliqui certe libri habent ὀργισθῇ. Deut. XXXIII, 10. ubi auctor versionis אַף, quod h. l. *nares* notat, male de *ira* accepit. Sermo enim ibi est de sacrificiis, quorum odorem Deus naribus percipere credebatur. 2 Sam. XXIV, 1. ubi loco ὀργὴν reponendum esse videtur ὀργῇ. Hos. XIV, 5. ubi pro ἀπίστρεψε τὴν ὀργήν μου ἀπ' αὐτοῦ legendum ex *Ald.* et *Barberin.* ἀπέστρεψεν ἡ ὀργή μου. *Vulg. aversus est furor meus.* — זַעַם, *indignatio.* Psalm. XXXVII, 3. LXVIII, 29. LXXVII, 54. et alibi saepius. — *זַעַף, idem. 2 Par. XXVIII, 9. Mich. VII, 9. — חֶמָא chald. *aestus irae.* Dan. III, 13. — *חֶמְאָה, *butyrum.* Psalm. LIV, 23. Legerunt מֵחֵמָה, a חֵמָה. — חֵמָה, *ira.* Deut. IX, 19. XXIX, 23. 28. Psalm. VI, 1. et alibi saepius. — חֳרִי, idem. 1 Sam. XX, 35. Ies. VII, 4. ὅταν γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ γένηται, ubi vide *Cappelli nott. crit.* p.

497. Thren. II, 3. - חָרוֹן, idem. Exod. XV, 7. XXXII, 11. Num. XXV, 4. et alibi. - חֲרוֹן אַף, *ira nasi*, h. e. *vehemens*. 2 Par. XXVIII, 13. Soph. II, 2. - *כֹּחַ, *fortitudo*. Dan. VIII, 6. sec. cod. *Chis.* ἐν θυμῷ ὀργῆς. - כַּעַס: כַּעַשׂ (שׂ pro ס), *indignatio*. Deut. XXXII, 19. 27. Iob. V, 2. VI, 2. In posteriore loco *Symmachus* quoque ὀργὴν posuit, quae vox dupliei h. l. sensu accipi potest, ut vel notet *calamitates*, *mala*, *infortunia*, quatenus pro signis irae divinae habebantur (Suadet hoc textus hebr. ubi כַּעַשׂ cum הַוָּה, *infortunium*, in sequentibus permutatur), vel significet *peccata*, *quibus ira Dei provocatur*. Sic *Vulgatus*: *utinam appenderentur peccata mea*, *quibus iram merui*. Psalm. LXXXIV, 5. et alibi. - *מַגֵּפָה, *plaga*. Num. XXV, 8. sec. cod. *Oxon.* ubi ὀργὴ in notione *poenae* accipiendum est. Conf. *Locellam* ad *Xenophont. Ephes.* p. 255. - מְזִמָּה, *cogitatio*, h. l. in malam partem, de *decreto perdendi*. Ierem. LI, 11. - מַשָּׂא, *onus*. Num. XI, 11. Locum quidem habere potest lectio ὀργὴν, ut sensum suo modo expresserint, non tamen repugnarem, si quis ὁρμὴν (*impetum*, h. e. *querelas*, *expostulationes*. Similiter ratione quoque in Orat. Manass. init. loco ὀργὴ τῆς ἀπειλῆς reponere vellem ὁρμὴ τῆς ἀπειλῆς, inprimis quia praecedit ἀνυπόστατος. Non tamen repugnarem, si quis haec verba per *Hendiadyn* exponere vellet, ut sint *poenae comminationibus propositae*.) e cod. *Vat.* reponere mallet, coll. v. 17. Vide quoque ad h. l. *Scharfenbergium*. - נְאָצָה, *irritatio contumeliosa*. Ies. XXXVII, 3. - *נֶפֶשׁ, *anima*. Iob. VI, 7. sec. cod. *Vat.* Reliqui libri ψυχὴν habent. De notione *irae*, quae quandoque est subiecta voci נפש, vid. *Simonis Lex.* p. 1042. Interdum quoque ὀργή, praecipue apud Tragicos, v. c. *Aeschyl. Prometh. Vinct.* v. 379., *animum* notat. - סוּפָה, *turbo*. Psalm. LXXXII, 14. ubi vocem hebr. metaphorice acceperunt. - סַעַר, *procella*. Ierem. XXX, 23. Sc. *procella* metaphorice haud raro notat *iram Dei acriter*, *tanquam vehementissimus ventus*, *irruentem*. - סְעָרָה, idem. Ierem. XXIII, 19. - *עָבַר, *transeo*. *Symm.* Prov. XXVI, 10. עֹבְרִים, *transgressoribus*, ὀργαί. Legit עֶבְרוֹתָם cum *Theodotione*, qui χόλοι habet. - עֶבְרָה, *excandescentia*. Iob. XXI, 30. Psalm. LXXXIV, 3. Ies. X, 6. et alibi. - עָוֹן, *iniquitas*. Ies. XXVI, 21. Scil. vox hebr. quandoque *poenam peccatorum* notat. - *פֶּה, *os*. *Aqu. Symm.* 2 Sam. XIII, 32. sec. cod. *Regium*, cui loco *Montfauconius* haecce adscripsit: Vix tamen crediderim, hanc versionem, quae paraphrasin sapit, esse *Aquilae*, interpretis literae servientis, quae sunt ab eius doctrina et sagacitate prorsus aliena. Ex mea sententia loco פי legerunt פְּנֵי, quod de *ira* saepius adhibetur. Etiam in ed. *Compl.* legitur ἐν ὀργῇ, quod olim pro mero glossemate habui, quoniam verba hebr. de *decreto se ulciscendi* necessario expli-

canda sunt, quod si sumeretur, ne quidem opus esset ad varietatem lectionis confugere. - *קָצִין, *gubernator*. Dan. XI, 18. sec. cod. *Chis.* ὀργὴν ὀνειδισμοῦ. Num fortasse legerunt קֶצֶף, *ira*, *indignatio?* - קָצַף, *effervesco*. Num. XVI, 22. Ios. XXII, 18. - קֶצֶף, *fervor*. Num. XVI, 46. Ios. IX, 20. XXII, 20. et alibi saepius. - קְצַף chald. infin. vel nomen. Dan. II, 12. - רֹגֶז, *commotio*. Iob. III, 26. XIV, 1. πλήρης ὀργῆς, h. e. repletus *multis miseriis*. Vide infra s. v. רֶגַע. XXXIX, 24. (ubi pro ὀργὴ alii melius in dandi casu habent ὀργῇ). Hab. III, 1. - רֶגַע, *momentum*. Psalm. XXIX, 5. Ὀργὴ h. l. non *iram* notat, sed *malum*, *quod alicui ab irato inflictum est*, *aerumnam*, *calamitatem*. Verba graeca enim sunt: ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, et ὀργῇ opponitur ζωή. Caeterum non legerunt רֹגֶז, ut plerique critici statuerunt. Sed רָגַע iuxta quosdam est etiam *moveri*, *commoveri*. Iob. VII, 5. et XXVI, 12. Ies. LI, 15. Ierem. XXXI, 31. Hinc quidni רֶגַע potuerint sumere pro *commotione animi*, *ira?* - רָגֵעַ, *quietus*. Psalm. XXXIV, 20. ἐπ' ὀργὴν (seu, ut in aliis libris legitur, ὀργῇ, ubi γῆς excidit) δόλους διελογίζοντο. Hic quoque ex sententia multorum legerunt רֹגֶז. Nonnulli autem mendum inesse putant, et pro ἐπ' ὀργὴν legendum censent ἐπ' ὀρυγῇ γῆς, *in fovea terrae*. Alii putarunt, ὀργὴν significare *foveam* aut *latibulum*, s. κρυφίαν, *locum abditum et latebras*, sed contra usum loquendi. *Agellius* in *comment.* ad h. l. per *iracundiam terrae* intellegit *iracundiam*, *quam illi ipsi terrae*, h. e. *hominibus terram incolentibus*, *inferunt*, ut ὀργὴ sit *miseria*. - רוּחַ, *spiritus*, item *ira*. Prov. XVI, 32. Ies. LIX, 19. - *שֶׁטֶף, *inundatio*. Dan. IX, 26. sec. cod. *Chis.* μετ' ὀργῆς. Sirac. VII, 18. μνήσθητι, ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ, cogita, certissime tibi imminere *poenam*. Adde Sirac. I, 27. V, 7. coll. vers. *Lutheri* Rom. XIII, 4. 5. *Schol.* in *Psalmos* apud *Matthaei* in *Lect. Mosquens.* Vol. II. p. 47. ὀργὴν φησὶ τὴν τιμωρίαν καὶ κόλασιν. Sirac. IV, 5. Post ὀφθαλμοῦ in quodam codice, quem laudat *Corn. a Lapide* in *Comment.* ad h. l. legitur χάριν ὀργῆς, quod per seriem orationis nihil aliud significare potest, quam *ne eum exasperes*, aut *ad iram et furorem provoces*, μὴ παροργίσῃς αὐτὸν, coll. v. 2. nam de *ira divitis*, aut *ira Dei* explicari commode nequit. Sirac. X, 18. ὀργὴ θυμοῦ ob parallelismum sententiarum esse videtur *animus inflatus*. Certe *Syrus* habet: *elatio cordis*. Plane enim non apparet, cur hic irae mentio fieret. Sirac. XXVI, 18. ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, magna *crux* seu *magnum malum* est mulier ebriosa. *Hesych.* ὀργὴ, τρόπος, μανία, θυμός.

ΟΡΓΗ' ΓΙ'ΝΕΤΑΙ, *ira fit*. חָרָה אַף, *exardeo ira*. 2 Par. XXV, 15.

'ΟΡΓΗ'Ν 'ΕΠΑ'ΓΩ, *iram induco.* זָעַם, *indignor.* Ps. VII, 12.

* 'ΟΡΓΗ' ΜΕΓΑ'ΛΗ, *ira magna.* קֶצֶף, *iracundia.* Zach. I, 1. ὀργὴν μεγάλην, h. e. *vehementer.* Pleonasmus emphaticus.

* 'ΟΡΓΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *iram provoco.* הָשִׂים אַף, *pono iram. Symm.* Iob. XXXVI, 13. ubi pro Sin legit Schin, יָשִׁימוּ, a נָשַׁם, *sufflare. Vulg. provocant iram.* Sic quoque legendum est in textu hebr. ob seriem orationis. – Vide quoque alibi θυμός.

'ΟΡΓΙΑ'Ω (potius ὀργιάζω, ab ὄργια), *sacra celebro, orgia perago vel celebro.* שְׁאָגָה, *rugitus.* Ies. V, 29. ὀργιῶσιν ὡς λέοντες. Sed cum orgia nihil ad leonem, et LXX alias hebr. שְׁאָגָה per ὠρύεσθαι interpretentur, placet coniectura *Bocharti* (*Hieroz.* P. I. lib. II. c. 2. p. 730.), qua pro ὀργιῶσιν legendum censet ὠρύουσιν.

'ΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *irascor.* אָנַף, *irascor.* 1 Reg. XI, 9. Psalm. II, 12. LIX, 1. et alibi. – אַף, *ira.* Deut. XI, 17. – *דוש, *trituro.* Ies. XXVIII, 28. ubi pro אדוש יְדוּשֶׁנּוּ, *triturando triturabit illum,* LXX habent: ἐγὼ εἰμὶ ὑμῖν ὀργισθήσομαι, ubi vel illud εἰμὶ superflue positum (Vide supra s. εἰμί) ac eiiciendum est, vel loco ὀργισθήσομαι reponendum erit ὀργισθείς. Caeterum sensum expresserunt: nam *trituratio* est symbolum *poenarum divinarum.* – הָרִיב Hiph. a רוּב, *litigo.* Ps. CIII, 9. In textu hebr. *litigare* ac *servare iram* sunt synonyma. – זָנָה, *scortor.* Iud. XIX, 2. ὠργίσθη αὐτῷ ἡ παλλακὴ αὐτοῦ. Num fortasse loco חִזְנָה legerunt חִבְזָה, aut, quod magis placet, זָנָה permutarunt cum זָנַח? *Vulg. reliquit* eum, sc. irata. – זַעַף, *indignatio.* 2 Par. XVI, 10. ὠργίσθη ἐπὶ τούτῳ, pro בְּזַעַף, *in indignatione.* – *זָעַף, *indignor. Symm.* Prov. XIX, 3. *Vulg. fervet.* – חֵמָה בָעֲרָה, *aestus irae exardescit.* Esth. I, 13. – חָרָה, *exardeo.* Gen. XXXI, 36. Exod. XXII, 25. XXXII, 18. et alibi. Adde *Symm. et Theod.* Iob. XLII, 7. e quo loco apparet, ὀργίζεσθαι et θυμοῦσθαι cum vocabulis *irae* et *indignationis,* v. c. θυμὸς et ὀργὴ, coniuncta per *excandescere* aut *effervescere* vertenda esse. – חָרָה־אַף. Exod. XXXII, 21. Iob. XXXII, 2. 3. – כָּעַס, *indignor.* Nehem. IV, 1. Psalm. CXI, 19. – עָשַׁן, *fumo.* Psalm. LXXIII, 1. LXXIX, 5. Vocem hebr. quandoque de *ira excandescente* dici, notum est. – קָצַף, *effervesco.* Genes. XL, 2. XLI, 10. Num. XXXI, 14. et alibi. – קֶצֶף, *fervor irae.* 2 Par. XXIX, 8. – רָגַז, *contremisco.* Gen. XLV, 24. Exod. XV, 14. ὠργίσθησαν sec. *Vat. Oxon. Compl. et Ald.* Sed vera lectio est ἐφοβήθησαν, quam solus cod. *Alex.* tuetur, nisi quis statuere malit, ὀργίζεσθαι h. l. esse *metu percelli, perterreri,* quemadmodum in universum de *quavis vehementiore animi*

commotione ac perturbatione adhibetur. 2 Reg. XIX, 17. *Symm.* Ps. IV, 5.

ΟΥ'Κ 'ΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *non irascor.* נִחַם Niph. *consolationem admitto.* Ies. LVII, 6.

'ΟΡΓΙ'ΛΟΣ, *iracundus.* חֵמָה, *aestus irae.* Prov. XXII, 24. XXIX, 22. - חָרָה, *exardeo. Aqu.* Gen. IV, 6. ὀργίλον τῷ Καϊν, *iratus est* Cain. Suspicarer, *Aquilam* vel scripsisse ὀργίλος (sc. ἐγένετο), vel, si sana est lectio, legisse חֳרִי aut חָרוֹן, nisi obstaret locus Genes. XVIII, 30. Adde *Symm. Theod.* 1 Sam. XV, 11. et *Symm.* 2 Sam. VI, 8. - כַּעַס, *indignatio.* Prov. XXI, 19. Conf. *Wolfium* ad Tit. I, 7. p. 552. Legitur praeterea Psalm. XVII, 49. ubi post ἐχθρῶν μου LXX, consentiente *Vulgato*, ὀργίλων de suo addiderunt.

*'ΟΡΓΙ'ΛΩΣ, adv. *iracunde.* 4 Macc. VIII, 8. ἐὰν ὀργίλως με διάθησθε, *quod si bilem mihi moveritis.*

'ΟΡΕ'ΓΩ, *extendo, porrigo.* הֶחֱזִיק. *Symm.* Iob. VIII, 20. ὀρέξει. *Apprehendere alicuius manum ac porrigere alicui manum* sensu parum differunt.

'ΟΡΕΙΝΟ'Σ, *montanus*, ab ὄρος, *mons.* Passim legitur ἡ ὀρεινὴ, scil. χώρα vel γῆ, *montana regio.* הַר, *mons, regio montana.* Gen. XIV, 10. εἰς τὴν ὀρεινὴν ἔφυγον, in terram montanam fugiebant. Vide et Ios. II, 16. XIII, 6. XVI, 1. et confer Deut. XI, 11. Ios. X, 40. XI, 16. ubi γῆ additur. Conf. et *Wolfium* ad Luc. I, 39. p. 564. - נֶגֶב, *meridies, australis plaga.* Zach. VII, 7. Vox hebr. proprie notat *terram siccam, aridam et desertam*, quales montes erant in Iudaea, ut observat *L. de Dieu* ad h. l. Sic מִדְבָּר desertum a montibus dictum est, et LXX Ies. XXI, 1. per ἔρημον hebr. נֶגֶב recte verterunt.

"ΟΡΕΞΙΣ, *appetitus, cupiditas.* Sirac. XVIII, 30. ὀρέξεις et ἐπιθυμίαι sensu malo de *pravis cupiditatibus* adhibentur. Sirac. XXIII, 6. ὄρεξις κοιλίας, *gula, gulositas.* Alii interpretantur de *libidine*, seu *rei venereae cupidine*, quia συνουσιασμῷ, quod *coitum* notat, iungitur. Sap. XIV, 2. XVI, 2. εἰς ἐπιθυμίαν ὀρέξεως, in concupiscentiam appetitus, h. e. avidae ipsius appetentiae. Ib. v. 3. τὴν ἀναγκαίαν ὄρεξιν, *necessarium* s. *naturalem appetitum. Hesych.* ὄρεξις, ἐπιθυμία. Vide quoque *Lex. N. T. s. h. v.*

"ΟΡΘΙΟΣ, *rectus, erectus.* *זָקֵן, *senex.* 1 Sam. XXVIII, 14. ἄνδρα ὄρθιον. Legerunt זָקַף, a rad. זָקַף, *erexit.* In ed. *Complut.* legitur quidem γέροντα, sed haec lectio est aut alius interpretis, aut mera emendatio ad textum hebr., quales multas habet haec editio. - יָשָׁר. Ezech. I, 7. - מְפַתֵּחַ part. Pih. *solvens. Al.* 1 Reg. XX, 11. (al. XXI, 11.), ubi ὄρθιος τῷ κυρτῷ opponitur, ac dictionem proverbialem cum alia simili permutarunt. Nam in textu hebr. legitur: *ne glorietur accinctus aeque ac discinctus.* = סְבַךְ, *perplexum. Inc.* Gen. XXII, 13.

Schol. Illud σαβὲκ quidam reddiderunt ἄφεσιν, dimissionem, liberationem, *quidam vero* ὄρθιος erectus, *ut idem valeat, ac diceretur* hircus erectus, *qui in virgultum inscenderat.* Vide *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. Graec.* p. 104. – *צֶלֶם, *imago. Symm.* Gen. I, 27. ὄρθιον ὁ θεὸς ἔκτισεν αὐτόν. Sed verba haec videntur lacunae supplendae causa a librario locum Cohel. VII, 30. respiciente addita esse.

'ΟΡΘΟ'Σ, *rectus*, sensu tam physico, quam morali. זַךְ, *purus.* Prov. XXI, 8. ἁγνὰ γὰρ καὶ ὀρθὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. – יָשָׁר. Prov. VIII, 9. XI, 6. XII, 6. 16. et alibi aliquoties. – יֹשֶׁר, *rectitudo.* Prov. IV, 11. – כֵּנִים, *recti*, plur. *Aqu.* Gen. XLII, 11. – מֵישָׁרִים plur. *rectitudo.* Prov. VIII, 6. XXIII, 16. – מְפַתֵּחַ part. Pih. *solvens.* 1 Reg. XX, (al. XXI.) 11. Vide supra s. v. ὄρθιος. – נָבוֹן part. Niph. a בּוּן, *intellegens.* Prov. XV, 15. Statui quidem posset, LXX miscuisse cum נָכֹן, sed magis vero accedit, eos liberiori interpretandi genere usos esse. Certe eandem vocem ib. XIV, 33. per ἀγαθῇ transtulerunt. – נֹכַח, *coram.* Prov. IV, 25. – רוֹמָה, *elatio.* Mich. II, 3. Praeterea legitur Iud. XV, 5. ubi LXX ὀρθῶν post σταχύων de suo, et quidem sensus causa, addiderunt. Ep. Ier. 24. 3 Esdr. IX, 46. Sir. XXIX, 34.

*ΚΑΤ' 'ΟΡΘΟ'Ν. שַׁחַר, *aurora.* Ps. CXXXVIII, 9. Sed κατ' ὀρθὸν ibi mutandum est in κατ' ὄρθρον, sec. *Vulg. diluculo*, ut quoque legit *Cosmas Indicopl.* in *Topographia Christ.* lib. II. pag. 157. ubi verbis ἐν τῇ ἀνατολῇ explicatur. Nonnulli statuunt, LXX scripsisse ἄρκτον, h. e. *septentrionem.*

*ΟΡΘΑ' ΚΡΙ'ΝΕΙΝ ΟΥ' ΔΥ'ΝΑΜΑΙ. שְׁנָה דִין, *muto iudicium.* Prov. XXXI, 5. Sensu eodem.

'ΟΡΘΟ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *rectum facio, rectifico.* פִּלֵּס Pih. *appendo, libro.* Prov. IV, 26.

'ΟΡΘΟΤΟΜΕ'Ω, *recte seco*, it. *rectifico.* יִשֵּׁר Pih. Prov. III, 6. ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, ut recte seces vias tuas, h. e. *ut rectas vias eas*, seu: *recte omnia facias.* Prov. XI, 5. δικαιοσύνη ἀμώμου ὀρθοτομεῖ ὁδοὺς, iustitia inculpati recte secat vias, h. e. *rectis viis procedit*, s. *recte omnia facit. Iaegerus* formulam hanc in utroque loco explicat: *vias aequare, iter expeditum praestare et inoffensum. Glossae:* ὀρθοτομῶ, *rectifacio, recte tracto.* Quod ibi est ὀρθοτομεῖν ὁδοὺς, alias est apud LXX ἐμβιβάζειν τροχιαῖς ὀρθαῖς, et ὀρθὰς τροχιὰς ποιεῖν τοῖς ποσὶν, καὶ τὰς ὁδοὺς κατευθύνειν. Vide Prov. IV, 11. 26. Et Graeci alias *recta incedere* τέμνειν ὁδὸν aut κέλευθον εὐθεῖαν dicunt. Vide *Budaeum.* Latini *viam secare. Virgil. lib. VI. Aen.* v. 899. ubi *Servius: Secare est recta via ire, et ad lineam viam ducere.* Confer *Lex. N. T. s. h. v.*

'ΟΡΘΟΤΡΙΧΕ'Ω, *pilos erectos habeo, horripilo.* סָמַר, *horreo, horripilo.* *Symm.* Ps. CXVIII, 119. ὀρθοτριχεῖ. Conf. *Drusium* ad h. l. – שְׂעִירִים, *pilosi, hirsuti.* *Theod.* Ies. XIII, 21. XXXIV, 14. ὀρθοτριχῶν, *horripilus.*

'ΟΡΘΟ'Ω, *erigo, rectum facio, dirigo.* זְקַף part. Peh. Chald. *erectus.* Esdr. VI, 11. – כּוּן, *dirigo.* *Al.* Ierem. XXX, 17. ὀρθωθήσεται. – נִצַּב Niph. a יָצַב, *consisto.* Gen. XXXVII, 6. – עָמַד, *sto.* Esth. VII, 9. Vide et Ep. Ier. 24. 3 Esdr. I, 21. Sir. XXVII, 14. ubi pro ὀρθώσει Cod. *Alex.* ἀνορθώσει habet. 'Ορθώσει τρίχας, *horripilationem capiti statuet.* *Gloss.* *horripilatur*, ὀρθοτριχεῖ, h. e. *pilos erectos habet.*

*'ΟΡΘΡΕΥ'Ω, i. q. ὀρθρίζω, *mane surgo*, deinde *matutinus aliquid ago, mane proficiscor.* Tob. IX, 6. ὤρθρευσαν (cod. *Alex.* ὤρθρισαν) κοινῶς, καὶ ἦλθον εἰς τὸν γάμον, *mane profecti* ambo venerunt ad nuptias. *Moeris Att.* ὀρθρεύει, ἀττικῶς· ὀρθρίζει, ἑλληνικῶς. *Phrynich.* p. 120. ed. *Pauw.* οἱ ἀρχαῖοι ὄρθρον καὶ ὀρθρεύεσθαι, τὸ πρὸς ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. Vide *Lucian.* *Somn.* T. II. p. 703. ed. *Reitz.* et *Fischeri Proluss.* de *vitiis Lex. N. T.* p. 692.

'ΟΡΘΡΙ'ΖΩ, *matutino, mane surgo, diluculo venio, summo mane accedo, mature venio, diligenter ago, studiose quaero.* הִשְׁכִּים Hiph. Gen. XIX, 2. 27. XX, 8. Cant. VII, 12. Ierem. XI, 7. ὀρθρίζων συνεμαρτυρόμην, *cum studio, diligenter contestatus sum.* Ierem. XXV, 3. ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ὀρθρίζων, locutus ad vos sum *diligenter.* *Olympiodorus* ad h. l. apud *Ghisler.* in *Catena* p. 595. τὸ ὀρθρίζων ἀντὶ τοῦ μετὰ σπουδῆς. – *שָׁבָה, *captivum duco.* LXX sec. *Hex.* s. *Theodot.* Ierem. XLI, 10. ὤρθρισεν, ubi pro וַיִּשְׁבֵּם, *et captivos duxit eos*, ut in nostris codd. hebr. expressum habemus, legit וַיַּשְׁכֵּם. – שָׁחַר, *mane quaero.* Iob. VII, 20. VIII, 5. σὺ δὲ ὄρθριζε πρὸς κύριον, tu autem diluculo, h. e. *mature, veni* ad Dominum. Fortasse ὀρθρίζειν h. l. est i. q. ὄρθριον ᾄδειν. Vide *Boysenium* ad h. l. Vide et Ps. LXII, 1. LXXVII, 38. Ies. XXVI, 9. Hos. VI, 1. et Dan. VI, 19. sec. cod. *Chis.* *Aqu.* Iob. XXIV, 5. *Inc.* Prov. XIII, 24. ubi ὀρθρίζειν τινὶ est *mane adhibere alicui*, et speciatim: *a prima infantia s. a pueris adhibere alicui disciplinam.* Drac. v. 20. ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς τὸ πρωΐ, *mane* rex *surgebat.* Vide et 1 Macc. IV, 52. VI, 33. XI, 67. Sap. VI, 14. ὀρθρίζειν ἐπὶ σοφίαν, *studiose quaerere* sapientiam, coll. Sir. IV, 12. Confer quoque supra s. v. ὀρθρεύω.

'ΟΡΘΡΙΝΟ'Σ, *matutinus.* *בַּבֹּקֶר, *in matutino*, h. e. *quam primum.* *Symm.* Ps. LXXXIX, 14. qui hanc vocem cum sequ. חַסְדֶּךָ coniunxit. – מַשְׁכִּים part. Hiph. quod h. l. est *quod mane fit vel est.* Hos. VI, 4. XIII, 3. – *שַׁחַר. *Aqu.*

Ps. XXI, 1. ὀρθρινή. Vide et Sap. XI, 23. Conf. *Sturz. de dial. Maced.* p. 186.

"ΟΡΘΡΙΟΣ, idem. שַׁעַר, *porta.* Iob. XXIX, 7. Legerunt sine dubio שַׁחַר. "Ορθριος pro ὀρθρίως occurrit etiam in libris Apocryphis, v. c. 3 Macc. V, 10. ὄρθριος ἐπὶ τὴν αὐλὴν παρῆν, et v. 23. ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκεκράγη ὄρθριος.

'ΟΡΘΡΙΣΜΟ'Σ, *matutina investigatio s. sectatio.* שַׁחַר, *mane quaero. Aqu.* Prov. XI, 27. Loco שׁחר legit שַׁחַר.

"ΟΡΘΡΟΣ, *mane, diluculum.* אַשְׁמוּרָה, *vigilia.* Psalm. LXII, 7. CXVIII, 147. - בֹּקֶר. Exod. XIX, 16. Iud. XVI, 1. Esth. V, 14. Prov. VII, 8. *Al.* Ps. CXLII, 9. ἐξ ὄρθρου, τουτέστι ταχέως, interprete *Chrysostomo.* - הִשְׁכִּים Hiph. Ier. VII, 24. XXV, 4. XXVI, 5. et alibi saepius. - שַׁחַר, *aurora.* Gen. XIX, 15. XXXII, 26. Ios. VI, 15. Ps. CXXXVIII, 9. ubi pro κατ' ὄρθρον alii legunt κατ' ὀρθόν. Ita quoque *Apollinaris,* qui habet ἰθυπόρους πτέρυγας, *recte volantes alas,* sed male, ut opinor. 3 Esdr. IX, 41. ubi hebr. אוֹר respondet, coll. Nehem. VIII, 3. adeoque *auroram, primam diei lucem* notat. Sirac. XXIV, 32. παιδείαν ὡς ὄρθρον φωτιῶ. *Phrynichus* p. 120. ed *Pauw.* ὃ τοίνυν οἱ πολλοὶ ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὄρθρον, τοῦθ' οἱ ἀρχαῖοι ἕω λέγουσιν.

"ΟΡΘΡΟΣ 'ΕΣΤΙ', *diluculum est.* הֵקִיץ Hiph. a קוּץ, *evigilo.* Prov. XXIII, 35.

*"ΟΡΘΡΟΥ, scil. ὥρᾳ, *mane.* Dan. XIII, 15. sec. cod. *Chis.*

'ΟΡΘΩ'Σ, *recte.* הֵיטִיב Hiph. a יָטַב, *bene facio.* Gen. IV, 7. οὐκ, ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; nonne, si bene offeras, nec bene dividas, peccasti? Vide supra s. v. διαιρέω. Deut. V, 28. 1 Sam. XVI, 17. (ubi ὀρθῶς est lat. *bene, künstlich,* i. q. v. 18. ἐπιστάμενος s. εἰδὼς ψάλλειν.) et alibi. - טוֹב, *bonus.* Gen. XL, 6. Exod. XVIII, 17. - בְּיֹשֶׁר, *in rectitudine.* Prov. XIV, 2. - כֵּן. Num. XXVII, 7. - נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *rectum. Symm.* Iob. XLII, 7. - *נְכֹחוֹת, *recta, vera. Symm.* Ies. XXX, 10. 4 Macc. I, 1. *serio.* - Vide supra ἀναστρέφομαι.

'ΟΡΙ'ΖΩ, *termino, terminum do, separo, determino, definio, decerno,* et ὁρίζομαι med. *obligo me.* אָסַר, *ligo.* Num. XXX, 3. ὃς ἂν εὔξηται εὐχὴν κυρίῳ, ἢ ὀμόσῃ ὅρκον, ἢ ὁρίσηται ὁρισμῷ περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, quicunque votum fecerit Domino, vel iuraverit iuramentum, vel *obligaverit* se obligatione de anima sua. Vide et v. 4. 5. 6. 7. - גְּבוּל, *terminus.* Num. XXXIV, 6. Ios. XIII, 27. XV, 11. XVIII, 19. In omnibus his locis non opus est ut statuamus, LXX גָּבַל legisse. - גָּזַר, *decerno. Theod.* Iob. XXII, 28. ὁριεῖς, *decernes.* Sc. *secare dictum* positum est pro *statuere, decernere aliquid.* Hinc גְּזֵרָה, *decretum,* Dan. IV, 14. 21. - הִפְרִיד Hiph. *se paro.* Prov. XVIII, 18. ubi ὁρίζειν *diiudicare* (ita

Vulgat.), *litem dirimere ac componere* notat. - *חָלָק, *laevis. Aqu.* sec. *Eusebium Onom.* s. v. ἀλαή. Ios. XI, 17. ὁρίζον τὸ ὄρος, ex notione *dividendi*, quam radix חָלַק habet. - כָּלָה Pih. *decerno.* Prov. XVI, 30. ὁρίζει πάντα τὰ κακὰ, *decernit* omnia mala. - נָקַב, *expresse nomino. Symm.* Gen. XIII, 28. ὅρισον, *defini.* - *רְשַׁם chald. *designo.* Dan. VI, 12. sec. cod. *Chis.* οὐχ ὁρισμὸν ὥρίσω. *Theod.* οὐχ ὁρισμὸν ἔταξας. - שָׁחָה, *inclino me. Symm.* Prov. II, 18. ὥρισε. Arbitror scribendum esse ὤρυξε, ab ὀρύσσω. שחת est *fovea* a שָׁחָה, vel שׁוּחַ. *Hesych.* ὁρίζει, ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει, θεματίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει. Idem: ὥρισεν (sic enim scribendum pro ὥρισεν), ἔκρινεν.

'ΟΡΙΝΟ'Σ (i. q. ὀρεινὸς, ab ὄρος, *mons*), *montanus.* הֲרָרִי, *mons meus*, vel: *montanus.* Ierem. XVII, 3. - הַר, *mons. Al.* Num. XIII, 30. Ios. II, 22. X, 6.

'ΟΡΙΟΘΕΤΕ'Ω, *terminum pono.* גָּבַל, idem. *Aqu.* Deut. XIX, 14. ὁριοθέτησαν, et Zach. IX, 2. ὁριοθετήσεται, *terminabitur, terminus ponetur.*

"ΟΡΙΟΝ, *terminus, finis.* אֶרֶץ כָּבוּל, *terra Cabul*, i. e. *displicens, infrugifera.* 1 Reg. IX, 13. Legerunt גְּבוּל. - *בּוֹ, *in eo.* Deut. II, 30. διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ. Sic παραφραστικῶς quidam in Cod. *Basil.* tacito nomine. - *בְּנוֹת, *filiae.* Iud. XI, 26. τὰ ὅρια, *fines*, h. e. *loca adiacentia et circumiacentia.* Si enim urbi *filiae* tribuuntur, ut h. l., *pagi ac villae, et omnino loca circumiacentia* intellegi debent. *Vulg. in viculis eius.* Permutatur ibi in codd. cum v. περίοικα. - גָּבַל, *termino.* Zach. IX, 2. Hic legerunt גְּבוּל. - גְּבוּל. Gen. X, 19. XXIII, 17. XLVII, 21. et alibi saepius. - גְּבוּלָה. Deut. XXXII, 8. Ios. XVIII, 20. 49. Iob. XXIV, 2. et alibi. -גּוֹרָל, *sors.* Ios. XV, 1. XVI, 1. XXI, 20. Sc. in omnibus hisce locis גורל notat *loca sorte assignata, adeoque certis finibus ac terminis circumscripta. Scharfenbergio* ad Ios. XXI, 20. גְּבוּלָם legisse videntur. - גְּלִילָה, in plurali, *tractus, limites, in circuitum* scilicet *circumscripti.* Ios. XIII, 2. *Symm.* Ios. XXII, 10. Vide *Masii Comment.* p. 316. - *גָּלִיל, nomen proprium. *Aqu. Theod.* Ies. IX, 1. Pro nomine appellativo acceperunt. - הַר, *mons.* Malach. I, 3. τὰ ὅρια αὐτοῦ. Ita quoque *Arabs.* Reponendum esse videtur τὰ ὄρεια, aut τὰ ὀρινὰ αὐτοῦ, *montana eius*, quanquam, ut *Bahrdtius* ad h. l. observavit, ὅρια sec. *Glossar. Vett.* etiam de *montibus* accipi potest. Praeterea montes esse solent multarum provinciarum termini ac limites, ac tota *Seir* regio montosa fuit, montibusque a Iudaea discreta. Conf. *Fischeri Proluss.* de *Verss. GG.* p. 184. - חֹק, *decretum*, etiam *statutum, demensum.* Iob. XXXVIII, 10. - יָד, *manus.* 1 Par. VII, 29. יד interdum notat *quod alicui ad manus seu a latere est.* - *עִיר, *urbs,* 2 Reg. XVII, 6. sec. *Compl.* ἐν ὁρίοις. - פֵּאָה, *angulus.*

Ezech. XLVII, 8. - *פָּנִים, *facies.* *Inc.* Ies. XXIV, 1. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1299. - קְצָוִים plur. *fines.* Ies. XXVI, 15. - רָחוֹק, *longinquus.* Ies. LVII, 9. ubi nempe pro עַד מֵרָחוֹק, *usque ad longinquum*, posuerunt ὑπὲρ τὰ ὅριά σου. - שָׂדֶה, *ager.* Iud. XX, 6. - שִׁיחוֹר, *Nilus fluvius Aegypti.* 1 Par. XIII, 5. Non male quoad sensum. - שֵׁם, *nomen.* Ezech. XLVIII, 1. ubi tamen pro τὰ ὅρια reponere mallem τὰ ὀνόματα, ut alii libri habent. - *תָּבוֹר, *Tabor*, nomen proprium. *Symm.* Hos. V, 1. Legit ex nonnullorum sententia טַבּוּר, *tuber, locus editus, collis cum nemore.* Sed mons Thabor terminus erat inter duas tribus. Vide *Relandi Palaest.* p. 351. Iudith. I, 12. ἐκδικεῖν πάντα τὰ ὅρια, ubi ὅριον, ut γῆ, pro *incolis* eius ponitur. 1 Sam. XIII, 18. excidit vox ὁρίου in versione *Aquilae* ante τοῦ ἐκκύπτοντος.

ΌΡΙΣΜΌΣ, *determinatio, obligatio, edictum, decretum.* אִסָּר, *obligatio.* Num. XXX, 3. 4. 8. 9. 11. 12. Vide in ὁρίζω, et conf. 2 Macc. XII, 25. - אֱסָר, idem. Num. XXX, 5. 6. 8. 15. - אֱסָר : אֱסָרָא chald. *interdictum, edictum.* Dan. VI, 7. 12. 15. - *דָּבָר, *res, negotium.* Exod. VIII, 12. περὶ τοῦ ὁρισμοῦ (עַל דְּבַר) τῶν βατράχων, pro finitione ranarum. *Vulg. pro sponsione ranarum.* Ὁρισμὸς est h. l. quoad sensum *imminutio*, aut i. q. ἐξορισμὸς, *exterminatio*, ut adeo sensum expresserint. - מִבְטָא שְׂפָתַיִם, *pronuntiatum labiorum.* Num. XXX, 9. - *כְּתָבָא chald. *scriptura.* Dan. VI, 10. ubi pro τὸν ὁρισμὸν *Theodot.* τὸ δόγμα habet. - *סֵפֶר, *liber. Symm.* Ps. XXXIX, 8. ubi ὁρισμὸς est *praedestinatio, voluntas, decretum.* Sic fere *Iosephus* ὅρισμα *A. I.* XVIII, 4. 6. *Agellius* in *Comment. ad h. l.* suspicatur, *Symmachum* scripsisse ἀριθμοῦ, *in volumine numeri.* Esther. XIV, 9. ἐξᾶραι ὁρισμὸν στόματός σου, se abolituros *determinationem* vel *decretum* oris tui.

ΌΡΚΙ'ΖΩ, *adiuro, iuramento obstringo.* הוֹאִיל לָשֶׁבֶת, *acquiesco habitare. Symm.* Exod. II, 21. ὥρκισε, *adiuravit.* Neglexit discrimen verborum אָלָה, *iuravit*, et יָאַל, *voluit.* - הִשְׁבִּיעַ Hiph. Gen. XXIV, 37. L, 5. Exod. XIII, 19. et alibi saepius. 1 Reg. II, 43. ὥρκισά σε κατὰ τοῦ κυρίου, adiuravi te per Dominum. Vide et 2 Par. XXXVI, 15. Nehem. XIII, 25. ὥρκισα αὐτοὺς ἐν τῷ θεῷ, adiuravi illos per Deum. - צִוָּה Pih. *praecipio.* Gen. L, 16. 3 Esdr. I, 48. ὁρκισθεὶς τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. Simili modo cum dativo construitur Dan. VI, 13. sec. *Chis.*

ΌΡΚΙΣΜΌΣ, *iuramentum.* אָלָה, *execratio.* Gen. XXI, 32. et 33. XXIV, 41. Lev. V, 1. Vide quoque Sir. XXXVI, 7. 1 Macc. VI, 62.

ΌΡΚΟΣ, idem. אָלָה, *execratio.* Prov. XXIX, 24. Ier. XXIII, 10. - דִּבְרֵי אָלוֹת, *verba execrationum. Symm.* Hos. X, 1. - הַשְׁבֵּעַ infin. Hiph. *adiurando.* Exod. XIII, 19. -

נֶדֶר, *votum.* Levit. XXII, 21. – שְׁבוּעָה, *iuramentum.* Gen. XXIV, 8. XXVI, 3. Exod. XXII, 11. et alibi saepius. *Οἱ λοιποὶ* Ies. LXV, 15. De *foedere* ac *promissione*, *quae facta est iureiurando interposito*, legitur Sap. XVIII, 6. et 22. ὅρκους πατέρων καὶ διαθήκας ὑπομνήσας, dum *promissiones* divinas maioribus factas recitaret. Conf. Matth. XIV, 9.

*'ΟΡΚΟ'Ω, *adiuro.* הִשְׁבִּיעַ, *iurare facio.* 2 Reg. XI, 4. sec. *Vat.* ubi cum ὁρκίζω permutatur in codd.

'ΟΡΚΩΜΟΣΙ'Α, *iusiurandum.* אָלָה, *exsecratio.* Ezech. XVII, 18. 19. 3 Esdr. VIII, 95. hebr. בְּרִית, coll. Esdr. X, 2. *promissio iureiurando firmanda.* Vide de hac voce *Wolfium* ad Hebr. VII, 20. p. 681. ac *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΟΡΜΑ'Ω, *impetum facio, irruo, festino.* בּוֹא, *venio.* Hab. I, 8. ὁρμήσουσι μακρόθεν. Non possum assentiri *Bahrdtio*, qui LXX דָאוּ a דָאָה legisse putat, cum satis notum sit, etiam בּוֹא notionem *irruendi* haud raro habere. – דָאָה, *volito.* Ierem. XLVIII, 40. – הֵחִישׁ Hiph. a חוּשׁ, *festino.* Iud. XX, 37. – הֵעִיט Hiph. a עוּט, *involo, irruo, cum impetu feror.* 1 Sam. XV, 19. – כּוּן, *dirigo.* Ierem. XXX, 17. ubi tamen pro ὁρμωθήσεται alii rectius habere videntur ὀρθωθήσεται. – *נָסַע, *proficiscor, loco me moveo,* Hiph. *moveo, transfero.* *Inc.* Psalm. LXXVII, 26. – עָשָׂה, *facio.* *Inc.* 1 Sam. XIV, 32. ὥρμησεν ὁ λαὸς εἰς τὰ σκῦλα. Sed admodum dubium est, an voce ὁρμᾷν ignotus ille interpres h. l. lectionem textualem וַיַּעַשׂ, aut cum reliquis interpretibus lectionem marginalem וַיַּעַט (ab עָטָה, *cum impetu ferri, invehi, involare*) exprimere voluerit. Nam, ut *Schultensius* ad Prov. XXXI, 13. docuit, עָשָׂה proprie est *incumbere*, et in arab. lingua *irruere.* *Boysenius* quoque in *Symbolis* Vol. II. p. 370. observavit, עָשׂוּ significare *se convertere aliquo.* Potest quoque יַעַשׂ efferri יָעֵשׂ, a rad. עוּשׁ, quod *convenire* et *turmatim coire* significat. – פָּנָה, *diverto.* Num. XVI, 42. – פָּשַׁט, *grassor.* Nahum. III, 16. – צָלַח, *prospero, maneo.* *Symm.* 1 Sam. XVI, 13. ὥρμησεν, ubi est i. q. ἐπέπεσεν, h. e. *largiter contigit.* Conf. *Lex. N. T.* s. ἐπιπίπτω. – *שָׁאַג, *rugio.* Ies. V, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* Leones rugientes impetum facere solent. Vide tamen supra s. v. ὀργιάω. – שׁוּב, *revertor.* Ios. IV, 18. Sermo ibi est de aquis. – שׂוּם פָּנִים, *pono faciem.* Gen. XXXI, 21. ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος Γαλαάδ, festinabat in montem Galaad. *Ponere faciem ad aliquem locum* notat *proficisci* aut *prosequi iter versus aliquem locum.* – שְׁאָגָה, *rugitus.* *Al.* Ies. V, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* – שְׁטַף. *Syrus* Ierem. VIII, 6. ὁρμῶν. שְׁטַף in l. chald. *festino, curro cum impetu.* Arab. سطق, *abiit.* 2 Macc. IX, 2. X, 16.

'ΟΡΜΗ', *impetus.* *זַעַם, *indignatio, ira.* *Symm.* Ies. XIII, 5. Fortasse autem loco ὁρμῆς reponendum est ὀργῆς.

Vulg. furoris. - חֵמָה, *aestus.* Ezech. III, 14. Dan. VIII, 6. ubi *Chrysostomus* convenienter textui hebr. ὀργῇ habet. Confunduntur saepe haec duo. Vide *Nott.* ad *Chrysost.* T. VI. p. 242. et *Heringa Obss. Critt.* p. 54. - מַשָּׂא, *onus.* Num. XI, 11. sec. cod. *Paul. Lips.*, ubi ὁρμὴ ei tribuitur, quem multi adeunt, i. q. vernac. *Anlauf*, ut adeo non male sensum expresserint. Ibid. v. 17. - פֶּלֶג, *rivus.* Prov. XXI, 1. ὥσπερ ὁρμὴ ὕδατος. - רֶשֶׁף, *scintilla. Symm.* Cant. VIII, 6. ὁρμαί. Sc. רֶשֶׁף notat in universum *cum impetu ferri*, ut ex derivatis luculenter apparet. - שׁוֹאָה, *vastatio.* Prov. III, 25. - שַׁעֲטָה, *strepitus.* Ierem. XLVII, 3. - תְּשׁוּקָה, *appetitus. Symm.* Gen. III, 16. *Theod.* Gen. IV, 7. ubi ὁρμὴ de *appetitu venereo* explicandum est.

"ΟΡΜΗΜΑ, idem. דָּאָה, *volito.* Deut. XXVIII, 49. - עֶבְרָה, *excandescentia. Symm. et LXX* Hos. V, 10. ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεῶ ὡς ὕδωρ τὸ ὅρμημά μου: ubi alii habent ὀργήν. Sed non opus est correctione. Nam in aqua, quae effunditur, impetur esse solet satis vehemens, ut in flumine per rupes se in valles deiiciente. Accedit quod Amos. I, 11. et Hab. III, 7. pro עֶבְרָה eadem quoque voce usi fuerint LXX Intt. - פֶּלֶג, *rivus.* Psalm. XLV, 4. - בְּרָע, *in malo.* Exod. XXXII, 22. Deduxisse videntur a רְעָה, quod in l. chald. *velle, cupere, appetere* notat, quam notionem quoque arab. رعى habet. Caeterum ὅρμημα h. l. malo sensu sumitur de *impetu ad male agendum* s. *furore peccandi.* - רַהַב, *robur. Aqu.* Ies. XXX, 7. et Ps. LXXXVI, 4.

'ΟΡΜΙ'ΣΚΟΣ, *monile*, *torques.* חֲלָאִים plur. ex חֲלִי, *monilia.* Cant. VII, 1. - חֲרוּזִים plur. *torques.* Cant. I, 9. τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι, collum tuum tanquam torques. - מַשְׂכִּיּוֹת, *vasa plexa s. calathi.* Prov. XXV, 11. ὁρμίσκος σαρδίου. Loco מַשְׂכִּיּוֹת LXX legisse מַשְׂכִּית dubio caret. Confer *Faberum* ad *Harmari Obss. in Orientem* P. I. p. 375. *Iaegerus* ad h. l. ita: *Non reperi interpretem, qui cum Alex. explicaret de monili, ὁρμίσκῳ. Neque etiam usus loquendi Graecorum, quod sciam, μῆλον ad designandum ornamenti quoddam in monili genus ita transtulit, quemadmodum Latinorum e. g. baccas concharum dixit margaritas, unde* monile baccatum *est apud Virgil. Aen. I, 655. Ea me res induxit, ut pro ὁρμίσκῳ editum ab interprete coniicerem φορμίσκῳ, h. e. καλαθίσκῳ apud Timaeum et Suidam. Accedit hoc ad sententiam eorum, qui vocabulum hebr. de patera vel theca, opere reticulato intellegunt. φορμίσκος σαρδίου est i. q. σκεῦος κεκοσμημένον παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ.* Sirac. L, 9. - בָּתֵּי־נֶפֶשׁ plur. *myrothecidia.* Iud. VIII, 26. - עֲנָק, *torques. Symm.* Cant. IV, 9. - פְּתִיל, *filum.* Gen. XXXVIII, 18. τὸν δακτύλιόν σου καὶ τὸν ὁρμίσκον, annulum tuum et monile. Ad quem locum

Schol. "Ἄλλως (forte "Ἄλλος scribendum) φησὶν τὸν ὁρμίσκον ὠράριον. ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, κοσμήματι τῷ περὶ τὴν δέῤῥιν, ἔθει χαλδαϊκῷ κοσμουμένῳ τῷ Ἰούδᾳ, χρυσῷ γὰρ οὗτοι καὶ χεῖρας καὶ δέῤῥιν καταλαμπρύνουσι, καὶ αὐτὴν τὴν τρίχα στεφανοῦσιν ἔσθ' ὅτε. *Flaminium Nobilium*, qui hic δέῤῥιν (quod per simplex ρ potius scribendum) pro *pelle* vel *vestimento e pilis confecto* accipit, suo quodam merito notat *L. Bos Praef. in LXX. Suidas:* ὁρμίσκοι καὶ ὅρμοι. περιτραχήλιος κόσμος. ἐνώτια, χαλαστήρια. *Hesych.* ὁρμίσκοι, περιτραχήλιοι κόσμοι γυναικεῖοι, ἢ μανιάκης, ἢ περιδέραια, ἢ κλοιοὶ, ἢ δακτύλιοι.

"ΟΡΜΟΣ, idem, it. *murus*, *portus.* חוֹמָה, *murus.* Ez. XXVII, 11. ἐπὶ τῶν ὅρμων σου, in *muris* tuis. – חוֹף, *portus.* Gen. XLIX, 13. παρ' ὅρμον πλοίων, *ad portum navium.* 4 Macc. XIII, 6. *Suidas:* ὅρμον, λιμένα.

"ΟΡΝΕΟΝ, *avis*, *volucris.* עוֹף. Gen. VI, 20. IX, 2. 10. XL, 19. – עַיִט. Gen. XV, 11. Ezech. XXXIX, 4. – צֵלָצַל, *umbra. Theod.* Ies. XVIII, 1. ὄρνεα. Ita *Bielius.* Sed unde haec hausta sint ignoro. In *Hexaplis* certe nihil legitur. – צִפּוֹר. Gen. XV, 10. Deut. IV, 17. XIV, 11. et alibi saepius. – קָאַת, *pelecanus.* Ies. XXXIV, 11. ὄρνεα, quod a κόρκες, pro κόρακες, per compendium scribendi ductum videtur. – רֶשֶׁף, *anthrax*, *scintilla.* Deut. XXXII, 4. Vide supra s. v. ὁρμή. – תַּנִּין, *draco.* Ies. XXXV, 7. Baruch. III, 17. οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες. Verba haec speciatim aut de *venatione ardearum* (quae quoque est principalis otii oblectamentum) aut de usu accipitrum in arte aucupatoria (Vide *Aristotelem hist. anim.* T. III. p. 165. ed. *Schneider.* et *Aelian. hist. anim.* II, 42.) explicanda mihi esse videntur. In proxime antecedentibus de venatu ferarum sermo est. *Grotius* de *aucupiis* in universum cogitavit.

'ΟΡΝΙ'ΘΙΟΝ, *avicula. Kircherus* vertit *passer.* צִפּוֹר. Lev. XIV, 4. 5. et alibi. – שִׁפְרָה, *Schiphra*, nomen proprium. *Inc.* Exod. I, 15. et II, 21. Legit forte צ pro שׁ. Caeterum interpretatio haec vocis hebr. non est *Symmachi*, ut coniecit *Montfauconius*, sed *Philonis Iud. libr. quis rerum div. haeres* p. 498. ed. *Francof.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.*

'ΟΡΝΙΘΟΣΚΟΠΕ'Ω, *auspicor*, *ex inspectis avibus auguror.* עוֹנֵן Pih. *praestigior.* Lev. XIX, 26. οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδ' ὀρνιθοσκοπήσεσθε, non augurabimini, neque auspicabimini, seu, iuxta alias versiones antiquas, neque ominemini: more nempe augurandi apud vicinas gentes recepto, Arabes, Madianitas, Syros aliosque. Quibus annumerandi etiam *Chaldaei*, de quibus vide, quae ex *Cyrillo Glaphyr.* affert *Spanhemius Obss.* in *Callimach.* p. 630. Caeterum non improbabilis est coniectura, LXX loco תְעוֹנְנוּ legisse תְּעַפְפוּ, idque ab עוֹף, *avis*, derivasse. Vocem enim עוֹנֵן LXX semper per κληδονίζομαι, *ominor*, expresserunt.

"ΟΡΝΙΣ, *avis.* עַיִט, *avis rapax, in praedam involans. Reliqui* Ies. XLVI, 11.

"ΟΡΝΙΘΕΣ 'ΕΚΛΕΚΤΑΙ', *aves selectae s. electae.* בַּרְבֻּרִים plur. *selectissima.* 1 Reg. IV, 23. Male *Kircherus* in Conc. statuit, vocem יַחְמוּר h. l. ὄρνιθα verti. Nam יַחְמוּר ibi prorsus negligitur.

'ΟΡΟ'ΔΑΜΝΟΣ, *ramusculus, surculus.* צֵלֶל, *umbra.* Iob. XIV, 17. sec. *Ald.* et *Compl.* Alii libri habent ῥαδάμνοις. *Suidas:* ὀρόδαμνος, ἡ παραφυάς. *Hesych.* ὀρόδαμνοι, κλῶνες, κλάδοι, βλαστήματα, ὄρπηκες.

'ΟΡΟΘΕΤΕ'Ω, *terminos pono.* הִגְבִּיל, idem. *Inc.* Exod. XIX, 12. ὀροθετήσεις. LXX ἀφοριεῖς.

"ΟΡΟΣ, *terminus, decretum, tempus praefinitum.* גְּבוּל, *terminus.* *Al.* 1 Sam. X, 1. τῷ ὅρῳ. – זְמָן, *tempus condictum.* Nehem. II, 6. ἔδωκα αὐτῷ ὅρον, dedi illi *tempus praefinitum.* – חֹק, *statutum.* *Symm.* 1 Sam. XXX, 25. Iob. XXVI, 10. et XIV, 5. Deut. XXXIII, 13. – מוֹעֵד, *tempus condictum.* Exod. IX, 5. ἔδωκεν ὁ θεὸς ὅρον, dedit Deus *tempus praefinitum.* Quod hic διδόναι ὅρον, id alias ὁρίζειν τινὶ ἡμέραν dicitur. Vide *L. Bos Prolegg. in LXX Intt.* *Hesych.* ὅρος (in *Schrevel.* ed. male legitur ὄρος), νόμος, θεσμός, ἡ στήλη ἡ καταπεπηγυῖα ἐπὶ χωρίῳ ἢ οἰκίᾳ. Conf. *Suiceri Thes.* T. II. pag. 814.

"ΟΡΟΣ, *mons, regio montana.* אֶרֶץ, *terra.* 2 Par. XXX, 10. ἐν τῷ ὄρει 'Εφραΐμ, in *regione montana* tribus Ephraim. – גְּבוּל, *terminus.* Iud. II, 9. ἐν ὄρει, sec. *Alex.* et *Ald.* ubi tamen reliqui libri ἐν ὁρίῳ habent, quod mihi mera emendatio ad textum hebr. esse videtur. 1 Sam. X, 2. ubi pro ἐν τῷ ὄρει alii ἐν τῷ ὅρῳ, alii ἐν τοῖς ὁρίοις habent, ut etiam haud pauci critici reponere maluerunt. Ps. LXXVII, 54. εἰς ὄρος. *Vulg. in montem.* Hic quoque vocem hebr. גְּבוּל εἰς ὄρος requirere haud pauci existimant. *Grabius* in ὅριον, *terminum,* transformavit. Sed vel ignorarunt vel non viderunt viri docti, in omnibus his locis (etiam Ezech. XI, 10. 11.) LXX vocem גְּבוּל significatione arabica accepisse. Nam جبل *montem* notat. – גַּיא, *vallis.* Ies. XXVIII, 1. 4. Sc. ubi montes sunt, ibi quoque reperiuntur valles, adeoque et h. l. ὄρος *regionem montanam* notat. Secundum *Tychsenium tentam.* p. 96. legerunt עַי, quod *acervum, tumulum* notat. – גִּבְעָה, *collis.* Ies. XXXI, 4. Ezech. XXXIV, 26. – דָּם, *sanguis.* Levit. XIX, 26. ubi pro הַדָּם legerunt הָרִים. Conf. Deut. XII, 11. – הֲדַס, *myrtus.* Zach. I, 8. 10. 11. ubi pro הֲדַסִּים, *myrteta,* ut *Vulgatus* reddidit, legerunt הָרִים, aut הֲרָרִים, quod propius ad textum hebr. accedit. – הֲדוּרִים plur. *tortuosa.* Ies. XLV, 2. ubi plerique existimant eos הֲרָרִים legisse. Sed mihi secus videtur. Nam ut h. l. versionem graecam cum textu hebr.

conciliemus, non opus erit cum *Schultensio* ad l. arab. confugere, ubi هدر est *tumuit*, et هدور *tumidus*, unde הֲדוּרִים ei sunt *loca tumida*, sed ὄρη h. l. sensu metaphorico accipiendum est de *excelsis atque gloriosis*, quod cum voce הָדַר, *ornavit*, *honore honoravit*, bene convenit. - הָדָר, *decus*. Mich. II, 9. ἐγγίσατε ὄρεσι αἰωνίοις. Hic sine dubio legerunt לְהַרְרֵי עוֹלָם. Conf. quoque *Symm.* Ps. CX, 3. *Aqu. et Ed. Quint.* Ps. XXIX, 8. quos sequitur *Hieronymus*. - *הֹר, *Hor*, nomen montis. Num. XXXIV, 8. Indubie hic legerunt הַר. - הַר: הַר, *mons*. Gen. VII, 19. 20. VIII, 4. 5. et alibi saepissime. Ps. LXXIV, 7. ad quem locum *Suidas*: ὄρη ἔρημα, τὰ ἀοίκητα, τουτέστι βόρεια καὶ νότια τμήματα. ταῦτα γάρ, τὰ μὲν διὰ ψυχρότητα, τὰ δὲ διὰ θερμότητα ἀοίκητα μεμένηκε παντελῶς. Idem ad Ps. XCVIII, 9. ὄρος, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὄρος ἅγιον, πάλαι μὲν τὸ Σιὼν κ. τ. λ. Iob. XL, 15. ἐπελθὼν δὲ ἐπ' ὄρος ἀκρότομον. Legerunt כִּי יָבוֹא לְהַר־רוּם. Cant. II, 8. Legerunt עַל הָרֵי בֵיתֵל. - *הָרִים infin. Hiph. a רוּם, *exaltare*. Ps. LXXIV, 6. Legerunt הָרִים plur. ex הַר. Simili modo Dan. VIII, 11. pro הֻרַם legerunt הָרִים. - הָרָר. Gen. XIV, 6. Num. XXIII, 7. Deut. VIII, 9. et alibi aliquoties. - *הָרָה, *concipio*. Gen. XLIX, 26. הוֹרַי, *genitores mei*, ὀρέων μου. Legerunt הָרֵי vel הַרְרֵי, *montes*, cum qua vocem sequentem עַד construxerunt. Lectio haud dubie genuina, partim ob parallelismum sententiarum, partim ob locum parallelum Deut. XXXIII, 14. הַרְרֵי קֶדֶם. - טוּר: טוּרָא chald. Dan. II, 35. 45. - *מִדְבָּר, *desertum*. *Inc.* Deut. II, 8. - מְסִלָּה, *via trita*. Num. XX, 19. N. L. - מָרוֹם, *altum*. Ierem. XXXI, 12. - *נְאוֹת, *pascua*. Ps. LXIV, 13. τὰ ὄρη, ubi aut libere verterunt (montes enim in Palaestina pascuis abundabant), aut alia SS. loca, ubi haec ipsa sententia legitur, pro more suo respexerunt. - *נַחַל, *torrens*. *Inc.* Deut. III, 8. sec. cod. *Basil.* ἀπὸ τοῦ ὄρους. Sed quia neque נַחַל notat *montem*, neque Arnon fuit mons, sed fluvius, recte coniecit ad h. l. *Scharfenbergius*, deleto ἀπὸ, quod adhaesit e vers. *Alex.*, τοῦ ὄρους ad verba sequentia עַד הַר חֶרְמוֹן pertinere. - עִיר, *urbs*. 1 Reg. XVI, 24. 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. - עַם, *populus*. Ies. LXIII, 18. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1088. - צוּר, *rupes*. Num. XXIII, 9. Iob. XVIII, 4. XXIX, 6. - קֶבֶר, *sepulcrum*. Ies. XIV, 19. N. L. - רֹעֶה part. *pastor*. Ies. XXXI, 4. ubi mihi non videntur הָרִים legisse, sed רֹעִים explicasse de *pascuis*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1538 sequ. ac *Lex. N. T.* s. v. ὄρος. - שָׂדֶה, *ager*. Abd. v. 19. *Theod.* 2 Sam. I, 21. ubi duae versiones coaluerunt. - שְׁפִי, *clivus*. Ies. XLI, 18. - *תְּרוּמָה, *elevatio*. *Theod.* 2 Sam. I, 21. ὄρη θανάτου, ubi *Montf.* existimat *Theodotionem* vocem תְּרוּמוֹת legisse in duas separatam sic: הָרֵי מָוֶת. Sed ego arbitror, ὄρη h. l. re-

spondere hebr. שָׂרָה, ac pro תְּרוּמָה legisse תְּמוּתָה. Caeterum verba haec ὄρη τοῦ θανάτου non sunt *Theodotionis*, sed assumentum ex alio interprete. - Praeterea legitur apud *Aquilam* Amos. IV, 3. ubi tamen ὄρος ex alio interprete irrepsisse videtur. 1 Macc. IV, 46. ἐν τῷ ὄρει τοῦ οἴκου. *Syrus* transtulit: *ad latus circuitus templi.* Num legit ὅρῳ, vel ὁρίῳ, *in finibus templi?* Sic quoque idem *Syrus* 1 Macc. X, 70. pro ἐν τοῖς ὄρεσι legisse videtur ἐν τοῖς ὁρίοις.

*"ΟΡΟΣ ΤΟ' "ΑΓΙΟΝ, *mons sacer.* מִקְדָּשׁ chald. *sanctuarium.* Dan. IX, 17. sec. cod. *Chis.*

*"ΟΡΟΣ ΣΙΩ'Ν, *mons Sion.* רְצִין nomen propr. Ies. IX, 11. ἐπὶ ὄρος Σιών. Legerunt הַר צִיּוֹן. - Vide quoque alibi αὐχμώδης, κατάβασις, et μόνιμος.

"ΟΡΟΦΟΣ, *tectum*, *camera.* Sap. XVII, 2. Vox graeca notat proprie *arundinis parvae genus*, *tegendis domibus adhibitum antiquis.*

'ΟΡΟΦΟ'Ω, *tego*, *concamero.* סָפַן, idem. *Aqu.* 1 Reg. VI, 9. ὠρόφωσεν. *Vulg. texit.* Vide ad h. l. *Montf.* - סָפוּן part. Pah. *tectus. Aqu.* Agg. I, 4. ὠροφωμένοις.

*'ΟΡΟΦΟΙΤΑ'Ω, *in montibus vagor*, *dego.* 4 Macc. XIV, 15. ubi tamen rectius per *nidulari* vertitur. Vide *Hesychium. Photius Lex.* c. 255. ὀροφοιτῶντα, εἰς ὄρη περιερχόμενα.

'ΟΡΟ'ΦΩΜΑ, i. q. ὄροφος. כָּתֵף, *latus.* Ezech. XLI, 26. - קִיר, *paries.* 2 Par. III, 7. *Athen.* V. p. 205. D.

'ΟΡΤΥΓΟΜΗ'ΤΡΑ, *coturnicum matrix*, *aliis coturnicibus maior et nigrior*, *quae agmen coturnicum praeit ac ducit*, aut *rex* vel *mater coturnicum*, ut *Itali* et *Galli* eam vocant. (Vide *Plin.* X, 23. *Aristot. hist. anim.* VIII, 12.) Est *coturnix quaedam maxima*, quam autem LXX sumserunt pro *quavis coturnice.* שְׂלָו. Exod. XVI, 13. Num. XI, 31. 32. Psalm. CIV, 39. Vide quoque Sap. XVI, 2. XIX, 12. *Hesych.* ὀρτυγομήτρα, ὄρτυξ ὑπερμεγέθης, ubi vide *Intt. Aristoph. Av.* v. 871. *Athen.* IX. pag. 392. F. Confer *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. I. c. 14. pag. 93. et *Rosenmülleri Scholia* ad *Exod.* l. l.

"ΟΡΥΓΜΑ, *fovea.* שׁוּחָה, idem. *Symm.* Prov. XXIII, 27.

'ΟΡΥ'ΖΑ, *oryza.* גַּד, *coriandrum. Samaritan.* Exod. XVI, 31.

*'ΟΡΥΚΤΟ'Σ, *fossus*, *qui fodi vel effodi potest*, *fossilis.* לַחְפֹּר פֵּרוֹת, aut, ut aliis placuit, contracte: לַחְפַרְפֵּרוֹת. *Aqu.* Ies. II, 20. ὀρυκτὰ, ut quidem habent antiquissimi codd. *Hieronymi* ad h. l. Si lectio sana est, ὀρυκτὰ, *fossilia*, sine dubio erunt *metalla*, *e quibus idola conficiebantur.* Sed suspicio exoritur, eum scripsisse ὀρυκταῖς a singulari ὀρυκτὴς, *fossor. Hesych.* ὀρυκτὴν, σκάπτην. Ad vocem ὀρυκταῖς accedunt codd., qui habent ὄρυγας, vel ὀρυκτὰς, vel ὀρικτάς.

Confer *Clerici Comment.* ad h. l. Caeterum verbum חָפַר est *fodere. Zimmermannus* coniecit legendum ὀρυκτὰς, h. e. *foveas.*

ὌΡΥΞ, *fossor, instrumentum fossorium acutum, quo terra eruitur et lapides fodiuntur,* it. *oryx, animal in caprearum* (*Plin. H. N.* VIII, 53.) *aut cervorum genere, quod cornu habet instar subulae,* aut *animal, quod instar τοῦ ὄρυγος s. fossorum terram excavare potest, talpa. Vatablus et Forsterus bovem sylvestrem, Tigurina urum* reddiderunt, *qui etiam est e boum maxime ferorum genere. Bisulcum* et *unicornem* eum faciunt *Aristot. hist. an.* II, 1. et *Plin. H. N.* XI, 46. - חֲפַרְפֵּרוֹת plur. *talpae. Aqu.* Ies. II, 20. ὄρυξι. Sed vide supra s. v. ὀρυκτὸς, ac *Martianay* ad *Hieron.* T. III. f. 29. - תְּאוֹ, *bubalus.* Deut. XIV, 5. *Sopingius* ad *Hesychium* s. v. ὄρυγξ per ὄρυξ *piscem* h. l. intellegit. *Athenaeus* lib. VIII. c. 1. 2. ὀρυκτοὺς ἰχθύας memorat. - תּוֹא. *Aqu.* Ies. LI, 20. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 26. pag. 946 sequ. et c. 28. p. 973.

ὈΡΥ'ΣΣΩ, *fodio.* חָפַר, idem. Gen. XXI, 30. XXVI, 15. Exod. VII, 24. et alibi. - חָצַב, *exscindo.* Ies. V, 2. Ierem. II, 13. - חָתַר, *fodio, perfodio.* Ezech. VIII, 8. - כָּאֲרִי, *sicut leo,* Psalm. XXI, 18. ubi legisse videntur כָּאֲרוּ, vel potius, omissa litera א, כָּרוּ. Conf. *Michaelis Bibl. Orient.* P. XI. p. 209. et supra s. v. αἰσχύνω. - כָּרָה, *fodio, effodio.* Gen. XXVI, 25. L, 5. 2 Par. XVI, 24. et alibi aliquoties. *Ed. Quinta* Psalm. CXVIII, 85. - נָקַר, idem. Ies. LI, 1. Vide quoque LXX sec. *Hexapla* Iud. XVI, 21. - פִּתַּח Pih. *exsculpo.* Zach. III, 9. - *קוּר, *fodio, exscindo. Symm.* Ies. XXXV, 25. - *רַב, *multus. Inc.* Prov. XXIX, 22. et cod. *Alex.* ὀρύσσει pro ἐγείρει. *Iaegerus* ad h. l. coniicit, legendum esse ταράσσει (ut ταραχὴ μάχης cap. XXVI, 21.), vel κορύσσει, quomodo κορύσσειν πόλεμον dixit *Homer. Il.* β', 274. etc. Huius genuinum glossema foret ἐγείρει. Confer *Graevii Lectt. Hesiod. ad Scutum Herc.* 198. Tob. VIII, 9. Sir. XXVII, 27. XLVIII, 20.

ὈΡΦΑΝΙ'Α, *orbitas.* שְׁכוֹל, idem. Ies. XLVII, 8.

ὈΡΦΑΝΌΣ, *orbus parentibus, pupillus.* *גֵּר, *peregrinus. Theod. et LXX* sec. *Hex.* Psalm. XCIII, 6. Sed perturbatus est ibi verborum ordo, et reponendum: χήραν καὶ προσήλυτον ἀπέκτειναν καὶ ὀρφανὸν ἐφόνευσαν, ut adeo ὀρφανὸς ad יָתוֹם referendum sit. - דַּל, *tenuis.* Psalm. LXXXI, 3. Sic *Bielius Trommium* secutus. Sed male, nam et h. l. apud LXX permutatio verborum locum habet, et legendum πτωχὸν καὶ ὀρφανὸν, ut quoque habet *Theodotio.* - *חֹם, *calor.* Iob. XXIV, 19. Nempe legerant יָתוֹם. - יָתוֹם. Exod. XXII, 22. 24. Deut. X, 18. et alibi saepius. Sirac. IV, 10. μήτηρ ὀρφανῶν, mater pupillorum, h. e. *vidua.* Ita *Syrus* et

Arabs: unde apparet, ὀρφανὸν speciatim et κατ' ἐξοχὴν eum dici, *qui patre orbatus est*. *Vulg*. habet *pupillis*. *Hesych*. ὀρφανὸς, ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων.

**ΟΥ'Κ 'ΕΝ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ*, *non in illis*. לַבָּלָה, *inveteratae*. Ezech. XXIII, 43. Cogitarunt לֹא באלה, et chaldaicam pronuntiationem τοῦ לֹא, quae *La* est.

ΠΡΟ'Σ ΤΑΥ'ΤΑ, *ad haec*. לְפִיהֶן, *secundum os earum*. Levit. XXV, 51.

**ΠΡΟ'Σ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ*. אָפוּנָה, *timebo*. *Symm.* Psalm. LXXXVIII, 16. Sed suspicor, hic quaedam deesse in ver-

sione *Symmachi*. – Vide quoque alibi s. διὰ, ἕως, μέχρι, et τρίτον.

ΟΥ'ΤΩ, ΟΥ'ΤΩΣ, sic. אַךְ, *tantum*. *Symm.* 1 Sam. XXV, 21. – *זֶה. Thren. III, 37. τίς οὕτως εἶπε; ubi fortasse οὗτος legendum est. Idem valet de loco Ies. LXIII, 1. ubi pro οὕτως ὡραῖος reponendum est οὗτος ὡραῖος. – כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *secundum verba ista s. res illas.* Gen. XXXIX, 19. – כֵּן, *sic.* Num. XXXVI, 5. 2 Sam. XVIII, 14. Ier. VIII, 6. et alibi aliquoties. 1 Reg. I, 36. ubi post γένοιτο est comma ponendum, ita ut οὕτως cum verbo πίστωσαι coniungatur. – לָכֵן, *ideo.* Ies. XVI, 7. *Symm. Theod.* LXX Gen. IV, 15. Legerunt לֹא כֵן. – *כָּזֹאת. 2 Reg. V, 4. οὕτως καὶ οὕτως, *haecce:* quemadmodum et nos in narrationibus *so und so* uti solemus. – *מִזֹּאת, *prae hoc.* 2 Sam. VI, 22. Praeterea legitur Iob. XXVII, 2. ζῇ ὁ Θεός, ὅς οὕτως με κέκρικε: ubi in textu hebr. legitur חַי־אֵל הֵסִיר מִשְׁפָּטִי. *Vulg. qui abstulit iudicium meum. Clericus* in *Comment.* ad h. l. coniicit, reponendum esse οὔπω με κέκρικε. Sed non opus est hac coniectura, modo οὕτω h. l. vertatur *tam male s. inique.* Formula hebr. quoad sensum reddenda est: *qui causam meam seposuit adeoque neglexit.* Vnde simul apparet, errare *Trommium*, qui monuit, nihil pro οὕτω h. l. reperiri in textu hebr. Legitur quoque Prov. XXVIII, 4. ubi *Iaegerus* οὕτως insertum existimat a librario, qui ab ὥσπερ ὑετὸς ordiri comparationem, in commate 4. autem apodosin contineri inepte sibi persuaderet. Sir. XX, 18. οὕτως, *ea ratione*, sc. vitio linguae.

ΕΙ' ΟΥ'ΤΩ, ΕΙ' ΟΥ'ΤΩΣ, si sic, num sic? itane? אָכֵן, *profecto.* Exod. II, 14. εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέγονεν τὸ ῥῆμα; *itane* res manifesta facta est? 1 Sam. XV, 32. εἰ οὕτω πικρὸς ὁ θάνατος; *itane* acerba mors est?

ΟΥ'ΧΙ', non, nonne, neutiquam, absit. אַיִן. Num. XIX, 15. ubi οὐχὶ e cod. *Alex.* mutandum erit in οὐκ ἔχει. Certe אין saepius sic verti solet. Ierem. XXXVII, 15. – בְּלִי. Psalm. XVIII, 3. – חָלִילָה, *absit.* Genes. XVIII, 25. ubi tamen pro οὐχὶ σὸν scribendum videtur οὐχ' ἴσον, *non est iustum*, aut potius οὐχ' ὅσιον, *nefandum est.* Confer Luc. XIII, 3. – לֹא. Num. XXIV, 16. Οὐχὶ pro *non* legitur quoque 3 Esdr. I, 27. – הֲלֹא. 2 Paral. XX, 6. Hab. II, 6. – *לוֹ. 2 Sam. II, 16. Legerunt לֹא, ac bene, nam sequitur כִּי. Hagg. II, 3. οὐχὶ inserendum est ante καθὼς apud LXX: οὐχὶ καθὼς οὐχ' ὑπάρχοντα. Οὐχὶ facile ob sequens οὐχ' excidere potuit. *Vulgatus: numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Hesychius:* οὐχὶ, οὐδαμῶς, οὐ δῆτα.

ΜΗ' ΟΥ'ΧΙ', nonne. הֲלֹא. Iud. VI, 13. – Vide alibi ἔνδοξος.

'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ, *debitum.* מַשָּׁאָה, *mutuum.* Deut. XXIV, 10. 1 Macc. XV, 8. πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν – ἀφιέσθω σοι, omne debitum regium – sit tibi remissum. Conf. Matth. VI, 12. et ad h. l. *L. Bos* p. 8.

'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ 'ΕΣΤΙ, *debitum est.* הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *mutuo.* Deut. XXIV, 10.

'ΟΦΕΙ'ΛΩ, *debeo*, et 'ΟΦΕΙ'ΛΟΜΑΙ, *reus sum.* הֵלִיץ Hiph. a לִיץ, *derideo.* Prov. XIV, 9. ὀφειλήσουσι καθαρισμόν. Reddiderunt, ut *Jaegerus* ad h. l. monuit, forma loquendi forensi, quomodo ὄφλειν δίκην dicitur. Vide *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 146. Vide supra s. καθαρισμός. – חוֹב, *debitor.* Ezech. XVIII, 7. – נָשָׁה: הִשָּׁה, Kal et Hiph. Deut. XV, 2. Ies. XXIV, 2. Tob. VI, 12. ἡ ὀφειλήσει τὸν θάνατον, vel *reus erit mortis.* Sap. XII, 15. τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι, qui non debet puniri, qui poenam non meretur. Sap. XII, 20. ὀφειλομένους θανάτῳ, *reos mortis*, *morti addictos*, ob suas scelerum culpas et delicta.

"ΟΦΕΛΟΝ, *utinam.* אַחֲלַי et אַחֲלֵי, *vota*, valetudinis vel alius optabilis rei. 2 Reg. V, 3. Psalm. CXVIII, 5. – לוּ *Aqu.* Deut. XXXII, 28. Iob. XVI, 14. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὄφελον, εἴθε. Vide *Pierson.* ad *Moerid.* p. 286. et *Fischer.* ad *Weller. Spec.* III. P. I. p. 148.

ΕΙ' ΓΑ'Ρ "ΟΦΕΛΟΝ, idem. מִי יִתֵּן, *quis dabit?* Iob. XIV, 13. Vide et Iob. XXX, 24. ubi aliter in textu hebraico.

"ΟΦΕΛΟΣ, *utilitas.* הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prodest.* Iob. XV, 3. ἐν λόγοις, οἷς οὐδὲν ὄφελος, verbis, quibus nulla utilitas. Conf. 1 Cor. XV, 32. *Hesych.* ὄφελος, αὔξησις, ὄνησις, ἐπικούρημα, κέρδος.

'ΟΦΘΑΛΜΟ'Σ, *oculus.* מָעוֹן, *habitaculum.* 1 Sam. II, 31. ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ. Non legerunt hic עַיִן, sed vocem hebr. derivarunt haud dubie a verbo עין s. עָוַן, quod est *observare aliquem*, *torvis oculis intueri*, coll. 1 Sam. XVIII, 9. Aliter statuendum est de loco Soph. III, 7. ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτοῖς, ubi pro מְעוֹנָהּ sine dubio legerunt מֵעֵינֶיהָ. – מַנְגִּינָה, *modulatio.* Thren. III, 62. ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Legerunt fortasse ἐγὼ ὁ ψαλμὸς αὐτῶν. – מַרְאֶה, *aspectus.* 1 Sam. XVII, 42. – עַיִן. Genes. III, 5. 6. 7. XIII, 10. 14. et alibi saepissime. *Symm.* Iob. XVI, 9. Vide supra s. v. ὀξύνω. – פָּנִים plur. *facies.* Esdr. VII, 27. Ierem. XXXVIII, 26. — Errore quoque quodam typographico sine dubio vox ὁ ὀφθαλμὸς excidit apud τοὺς λοιποὺς Iob. XXVIII, 10. ante aut post αὐτοὺς, nam in versione latina ὁ ὀφθαλμὸς expressum est. Tob. III, 13. διδόναι εἴς τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον, in aliquem dirigere oculos suos et faciem suam convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem suam sperare. Sirac. X, 20. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ: ubi ex antece-

dentibus supplendum est *ἔντιμοι εἰσὶ, in honore sunt praecipuo.* Sirac. XVII, 6. *ὀφθαλμοὶ, visus, s. facultas videndi.* Sir. XVII, 8. *ὀφθαλμὸς ἐπὶ τὰς καρδίας* non notat, ut nonnulli voluerunt, *facultatem super se reflectendi* (nam tunc scribere debuisset *αὐτῶν*), sed *illuminationem* et *directionem cordis.* Nam oculus Dei omnia illuminat, clara et perspicua reddit; Postulant hanc interpretationem sequentia. *Bretschneiderus* h. l. accepit de *facultate intellegendi* s. *intellectu*, hoc sensu: indidit Deus hominibus intellectum suo similem, coll. XXXIX, 24. Sir. XXXII, 8. *ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ δόξασον τὸν κύριον, laeta mente* offer Deo sacrificia, coll. v. 10 et 9. ubi legitur *ἐν εὐφροσύνῃ*, coll. Matth. XX, 15. ac Sirac. LI, 35. Sirac. XIV, 10. *ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ᾽ ἄρτῳ, homo* avaritia plenus invidet aliis panem, coll. Matth. XX, 15. Sirac. IV, 1. *μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς, ne* suspensum teneas *spem* (seu *desiderium*, quod oculis intentis cernitur. Nam, ut recte ad h. l. observavit *Bretschneiderus, ὀφθαλμὸς* saepe ad animi motus transfertur, qui per oculorum rationem sese produnt.) pauperis, nempe donum exspectantis. Vide quoque Tob. III, 2. Sirac. XIV, 9. *πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι*, avari *cupiditas* non impletur parte. Sic hebr. עַיִן Cohel. IV, 8. coll. Psalm. CXLV, 15. Sirac. XX, 14. quae stultus largitur, non prosunt, *οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ᾽ ἑνὸς πολλοὶ*, nam pro uno beneficio plura a te, ut accipiat, cupiet. Sequuntur enim *ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει.* Sirac. XXIII, 4. *μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι.* Vide supra s. *μετεωρισμός.* Iudith. VII, 27. *ὀψόμεθα ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ipsi videamus*, coll. II, 11. et Sirac. XVI, 6. Sirac. XXVII, 23. *ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, te praesente*, coll. XI, 21. ubi v. 26. commutatur cum *ἔναντι.* Iudith. III, 4. *ὡς ἔστιν ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου*, ut *tibi* placet, coll. Sap. IX, 9. Sap. III, 2. ubi *ἐν ὀφθαλμοῖς* notat *iudicante, secundum iudicium, ut putat aliquis*, v. c. Sap. III, 2. *ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι*, ut stulti *arbitrantur*, illi mortui esse videntur. Vers. 4. idem est *ἐν ὄψει*, coll. Sirac. VIII, 16. Fragm. Esth. IV. *θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν*, mors ipsis certa instaret s. impenderet. – Vide alibi *σκῶλον.*

ʼΟΦΘΑΛΜΟΦΑΝΩ͂Σ, *oculis evidenter, manifeste, perspicue, more eorum, quae oculis cernuntur*, ab *ὀφθαλμοφανὴς, qui oculis cernitur.* גָּלוּי לְכָל עַמִּים, *revelatum omnibus populis.* Esth. VIII, 13. – עַיִן בְּעַיִן, *oculo ad oculum*, h. e. *ipsis suis oculis. Symm.* Ies. LII, 8.

ʼΟΦΙΌΔΗΚΤΟΣ, *a serpentibus morsus.* Sirac. XII, 17. *Suidas: ὀφιόδηκτος, ὁ ὑπὸ ὄφεως δηχθείς.*

ʼΟΦΙΟΜΆΧΗΣ vel ʼΟΦΙΟΜΆΧΟΣ, *serpentum oppugnator, qui cum anguibus dimicat*, it. *locustae species*,

ita dicta, quod serpentes oppugnet. De locustis serpentibus infestis loquitur *Plinius H. N.* XI, 29. *Aristoteles hist. anim.* IX, 6. quod de gravioribus locustis intellegunt haud dubie, quas subinde in spectabilem magnitudinem excrescere testis est *Plinius* l. l. et in India etiam ternûm pedum longitudinis reperiri asserit. חַרְגֹּל, *cantharus, locustae species.* Lev. XI, 22. *Suidas: ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτερά. Hesych. ὀφιομάχος, ἰχνεύμων, καὶ ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά.* Conf. *Bonfrerium* in Lev. l. c. p. 624. et *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 2. p. 449.

"ΟΦΙΡ, *Ophir.* Ipsa vox hebr. אוֹפִיר, nomen regionis auriferae. 1 Reg. XXII, 49. Conf. *Oldermanni Diss.* de אופיר et תַּרְשִׁישׁ. *Helmst.* 1714. 4.

"ΟΦΙΣ, *serpens.* אֶפְעֶה, *vipera.* Iob. XX, 16. – נָחָשׁ. Genes. III, 1. Num. XXI, 6. Psalm. LVII, 4. et alibi saepius. *Symm.* Iob. XXVI, 13. *Aqu.* Ies. XXVII, 1. – שָׂרָף, *praester.* Num. XXI, 8. Ies. XIV, 29. Sap. XVI, 5. Sirac. XXI, 2.

"ΟΦΙΣ ΔΑΚΝΩΝ, *serpens mordens.* נָחָשׁ שָׂרָף, *serpens prester.* Deut. XVIII, 16.

'ΟΦΛΕ'Ω, *debeo.* נָשָׁה, *mutuum do. Syrus Int.* Ier. XV, 10. ὤφλησα. *Suidas: ὀφλῆσαι, χρεωστῆσαι.*

"ΟΦΛΗΜΑ, *debitum,* etiam i. q. *ὄφλησις, debiti exactio.* תֹּךְ, *fraus, damnum. Aqu.* Ps. LIV, 12. LXX ibi per *τόκος, usura,* reddiderunt.

"ΟΦΛΗΣΙΣ, *debiti exactio.* Baruch. III, 5. *εἰς ὄφλησιν, in debiti exactionem. Hesych. ὄφλησιν, χρεώστησιν.*

'ΟΦΡΥΟ'Ω, ΟΜΑΙ, *superciliosus sum, emineo, altus sum.* גַּבְנֻנִּים plur. *valde gibbosi, eminentes. Aqu.* (a גַּבִּינָה, *supercilio,* etymon adsciscens, ac cum altitudine superbiam coniungens.) Psalm. LXVII, 16. ὄρη ὠφρυωμένα, montes elati, seu: *clivosi, multos tumulos habentes,* coll. *Wetstenio* ad Luc. IV, 29. *Hesychius: ὠφρυωμένος, ἐπηρμένος.*

'ΟΦΡΥ'Σ, *supercilium.* גַּב עַיִן, *gibbus oculi.* Levit. XIV, 9.

'ΟΧΕΙ'Α, *coitus,* ab *ὀχεύω, admissarium admitto,* de sexu foemineo, *coeo* de mare. Sirac. XXXIII, 6. *ἵππος εἰς ὀχείαν, equus admissarius s. emissarius. Hesych. ὀχεία, ἡ μίξις καὶ ἡ συνουσία.*

*'ΟΧΕΙΟΝ, *plaustrum, currus, vehiculum.* Restituenda est haec vox codici *Alex.* Sir. XXXVI, 6. ubi nunc *ὀχῖον* legitur, reliqui autem libri *ὀχεῖαν* habent.

'ΟΧΕΤΟ'Σ, *canalis, aquae ductus, rivus.* אֲפִיקִים plur. *torrentes. Symm.* Psalm. CXXV, 4. *ὀχετοί.* – נַחַל, *fluvius, rivus. Symm.* Iob. XXII, 24. – פֶּלֶג, *rivus. Symm.* Psalm. LXIV, 10. *Hesychius: ὀχετός, σολήν* (lege σω-

λὴν e *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Phavorino*), ἀγωγὸς, ῥύαξ, ὕδωρ, ὑδραγωγεῖον, ἤγουν αὖλαξ, ἀλλ' ἀεὶ ῥέων.

ὌΧΗΣΙΣ, *vectura*, *currus*. רֶכֶב, idem. *Symm.* Psalm. LXVII, 18. *Hesych.* ὄχησις, ἱππασία, φόρησις.

ὌΧΘΗ, *ripa*, *litus*. אָחוּ, *carectum*. Genes. XLI, 2. sec. ed. *Ald.* ἐν τῇ ὄχθῃ. *Schol.* ἐν τῷ ἕλει. Ib. v. 18. Videtur nonnullis aliquis ὄχθη effinxisse ex ἄχει, quia, quid sit illud, non intellexit. Habet tamen hanc vocem *Philo Iud.* in *vita Iosephi*. *Hesych.* ὄχθη, χεῖλος ποταμοῦ: ubi carectum crescere solet.

ὈΧΛΑΓΩΓΕ'Ω, *turbam duco*, *plebem concito et sollicito*, *tumultuor*, i. q. δημαγωγέω, ab ὀχλαγωγὸς, *qui popularem turbam concitat vel congregat*. נָטַף, *stillo*. Amos. VII, 16. Scilicet, ut *Simonis lex. hebr.* p. 1013. docuit, נָטַף *vaticinari* quoque notat. Est ergo ὀχλαγωγεῖν h. l. *vaticiniis iisque falsis ad seditionem commovere populum*, aut *turbas excitare*. Alii putant, eos legisse תַּקְצִיף, *concitabis ad iram*. *Hesych.* ὀχλαγωγῆσαι, θορυβῆσαι, ἢ συναγαγεῖν ὄχλον, ἢ ταράξαι.

ὈΧΛΑ'ΖΩ, *tumultuor*. הָמָה, idem. *Aqu.* Ps. LVIII, 7. 15. ὀχλασάτωσαν, *tumultuentur*: et Psalm. LXXXII, 3. ὤχλασαν: et Prov. VII, 11. ὀχλάζουσα. Adde *Aqu.* Ier. IV, 9. Vide in σχολάζω.

ὈΧΛΕ'Ω, *turbo*, *vexo*, *afflicto*, it. *tumultuor*. חֵמָה, *venenum*. *Inc.* Hab. II, 15. ὀχλουμένην, *turbatam*: ubi per He legit loco Chet. Tob. VI, 7. ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον ἢ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι ἐνώπιον ἀνθρώπου ἢ γυναικὸς, καὶ οὐ μὴ ἔτι ὀχληθῇ, si quem *vexet* daemonium, vel spiritus malus, haec debet aliquis fumare coram viro vel muliere, ut non amplius *vexetur*. *Glossae Philoxeni*: *vexare*, ὀχλεῖν, σκύλλειν, χειμάζειν. Confer Luc. VI, 18. et Act. V, 16. ac *Alberti* ad Luc. l. c. p. 192. et *Salmasium* de *mod. usur.* p. 787. 2 Macc. XI, 31. οὐδεὶς αὐτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ὀχληθήσεται, nemo illorum vel ullo modo *afflictabitur*. 3 Macc. V, 41. ὧν χάριν ἡ πόλις ὀχλεῖ. *Hesych.* ὀχλεῖ, στένει, λυπεῖ, κωλύει μετὰ ὄχλου.

ὈΧΛΗΡΙ'Α, *turbulentia*, *molestia*. סִכְלוּת, *stultitia*. *Al.* Cohel. VII, 26. ὀχληρίαν, *turbam*.

ὌΧΛΟΣ, *turba*, *multitudo*, *ira*. הָמוֹן, idem. 1 Reg. XX, 13. 2 Par. XX, 16. Dan. X, 6. et alibi aliquoties. — *הָמוֹן, *Hamon*, nomen proprium. *Inc.* Cant. VIII, 10. Appellative accepit cum reliquis Intt. — חַיִל, *exercitus*. Ies. XLIII, 17. Dan. III, 4. XI, 10. 11. et 43. sec. cod. *Chis.* — *חֵמָה, *ira*. *Aqu.* Ps. VI, 2. καὶ μὴ ἐν ὄχλῳ σου παιδεύσῃς με, neque me *iratus* punias. Ita transtulit haec verba *Fischerus Clav.* p. 69. ubi tamen addit: Si lectio sana est, neque pro ὄχλῳ reponendum χόλῳ, videndum erit, annon legerit *Aquila*

בְּהֶמְּתְךָ, ab הָמָה, quod verbum alibi reddit per ὀχλάζειν, nomenque הָמוֹן per ὄχλος. *Semlero* in *Ep. Crit. ad Griesbachium* legendum videbatur ὄχθῳ, quod certe magis probabile est, quam coniectura *Starckii* in *Carm. David.* p. 187., cui legendum potius videbatur ἐν ὀχθήσει σου. – טַף, *puerulus.* 2 Sam. XV, 22. טַף non semper de *parvulis*, sed quoque de *familia* in universum dicitur. Arab. طوف, *in gyrum moveri*, unde طائفة, *turba*, *familia.* Vide quoque supra s. v. οἶκος. *Inc.* Gen. XLVII, 12. τοῦ ὄχλου. Falso hanc versionem *Aquilae* tribuit *Montfauconius.* Vindicanda est potius *Symmacho*, qui ita transtulit Exod. X, 10. XII, 37. ubi טַף sunt *omnes, qui praeter milites castra sequuntur.* – *מִצְעָד, *gressus.* Dan. XI, 43. sec. cod. *Chis.* ἔσονται ἐν τῷ ὄχλῳ αὐτοῦ, erunt in turba eum sequente. Sensum secuti sunt. Nam *in gressibus alicuius esse* notat ex hebraismo *sequi aliquem.* – סֹלְלָה, *agger.* Ierem. XXXII, 24. ὄχλος. Ita explicandum esse censuerunt hebr. סֹלְלוֹת de *turba* s. *agmine militum* ob sequens בָּאוּ, quod h. l. per *admovebuntur* vertendum erat. – עָם, *populus.* Num. XX, 20. Ierem. XLVIII, 42. – *עִם, *cum.* Dan. XI, 8. sec. cod. *Chis.* Legerunt עַם. – קָהָל, *coetus.* Ierem. XXXI, 8. Ezech. XVI, 39. XVII, 17. et alibi. – רַבִּים plur. *multi.* Esdr. III, 12. – שִׁפְעָה, *agmen.* 2 Reg. IX, 17.

"ΟΧΛΟΣ ΛΟΙΠΟ'Σ, *turba reliqua.* מְאַסֵּף part. Pih. *colligens*, *extrema acies.* Ios. VI, 13.

'ΟΧΥΡΟ'Σ, *munitus*, *firmus.* לָבוֹא תָּמִיד, *ad veniendum iugiter.* Psalm. LXX, 3. Libere ac seriei orationis convenienter transtulerunt. – בָּצוּר, *munitus.* Num. XIII, 29. Deut. III, 5. XXVIII, 52. et alibi. – מִבְצָר, *munitio.* Num. XXII, 36. Ios. X, 20. 2 Reg. III, 19. et alibi. Adde Dan. XI, 15. sec. cod. *Chis.* *Aqu.* Ierem. VI, 27. ὀχυρός. Deest quidem haec versio h. l. in *Hexaplis Montf.*, reperitur tamen in ed. *Rom.* – מִסְכְּנוֹת plur. *promptuaria.* Exod. I, 11. Arab. سكن, *firmus*, *stabilis fuit.* Et si vel quis מִסְכְּנוֹת per *thesauros* hic vertere mallet, urbes sic dictae essent, non quod revera thesauri ibi essent reconditi, sed quod ita validae ac munitae essent, ac si thesauri ibi reconderentur. 1 Reg. IX, 19. 2 Par. VIII, 4. 6. – מְצוּדָה, *munitio.* *Aqu.* *Symm.* 1 Sam. XXIII, 19. ἐν τοῖς ὀχυροῖς. *Theodot.* ib. v. 14. ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς, ubi σπηλαίοις de suo addidit. *Vulgatus* habet: *in locis firmissimis.* – מָצוֹר, *munitio.* 2 Par. VIII, 5. Mich. VII, 12. – מְצוּרָה, idem. 2 Par. XI, 21. XII, 4. – מִשְׂגָּב, *locus editus.* Ies. XXXIII, 16. – נִשְׂגָּב part. Niph. Ies. XXVI, 5. XXX, 13. – עֹז, *robur.* Prov. X, 16. XVIII,

11. 19. in quo posteriore loco duae versiones coaluerunt. Adde *Symm.* Ps. LX, 4. ac confer *Opuscula Critica* p. 216. – חֵל, *agger, tumulus*, item, ut arab. تل, *collis, mons. Theod.* Ios. XI, 13. ὀχυράς.

'ΟΧΥΡΟ'Ω, *munio.* בִּצֵּר Pih. idem. Ier. LI, 48. – חִזֵּק, Pih. *roboro.* 2 Par. XI, 10. – סָגַר, *claudo.* Ios. VI, 1. ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη, Iericho conclusa et *munita. Hesych.* ὠχυρωμένη, ἠσφαλισμένη. – שִׂגֵּב Pih. *in edito colloco,* metaphorice: *in tuto pono. Symm.* Ps. CVI, 41. ὀχυρώσει, et muniet pauperem, scil. contra inopiam, ubi nostro *gegen etwas sichern* respondet. 1 Macc. I, 62. multi Israelitae ὠχυρώθησαν ἐν ἑαυτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινὰ, *firmati sunt in consilio* aversandi cibos impuros. Permutatur ibi cum κραταιοῦσθαι.

'ΟΧΥ'ΡΩΜΑ, *locus munitus, excelsus, firmus, securus, in quo tutus aliquis manere et servari potest, arx, turris, munitio, castellum, munimentum,* it. *carcer, fovea.* אוֹצָר, *thesaurus.* Ierem. XLVIII, 7. ἐν ὀχυρώματί σου, quae verba non pertinent, ut vult *Michaelis,* ad בְּמַעֲשַׂיִךְ, quod plane omiserunt LXX Intt., sed ad sequens בְּאוֹצְרוֹתַיִךְ, pro quo בְּצוּרוֹתַיִךְ legisse videntur. – בּוֹר, *fovea.* Gen. XLI, 14. ἐξήγαγον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχυρώματος, eduxerunt illum de *fovea.* – בַּיִת, *domus.* Gen. XL, 14. Vox hebraica h. l. *carcerem* notat. – בֵּית סֹהַר, *domus turris.* Gen. XXXIX, 20. ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ ὀχύρωμα, coniecit eum in *carcerem.* – בַּצֵּר infin. Pih. *munire.* Ies. XXII, 10. – *בָּצְרָה, *Bozrah,* nomen propr. Ierem. XLIX, 22. Legerunt בִּצָּרָה. – בִּצָּרוֹן, *munitio.* Zach. IX, 12. καθήσεσθε ἐν ὀχυρώματι δέσμιοι, sedebitis in *carcere* vincti. – הֵיכָל, *palatium.* Prov. XXX, 28. – חָנָה, *castra metor. Inc.* Ies. XXIX, 1. – מִבְצָר. Ios. XIX, 29. ἕως πόλεως ὀχυρώματος Τυρίων, usque ad urbem munitionis, h. e. munitam, Tyriorum. 2 Reg. VIII, 12. Thren. II, 2. καθεῖλεν ἐν θυμῷ αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα, destruxit in ira sua *arces.* Dan. XI, 38. sec. cod. *Chis.* – מַסְגֵּר, *claustrum.* Ies. XXIV, 22. κατακλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα, *carceri* includent. – מָעוֹן. Prov. X, 30. Ies. XXIII, 14. – מַעֲשֶׂה וְאוֹצָר, *opus et thesaurus.* Ier. XLVIII, 7. – מָצוֹד, *arx.* Prov. XII, 13. ubi nonnullis legisse videntur מָצוּר, *locus munitus. Vulg. munimentum.* – מְצָדָה. *Inc.* et LXX Iud. VI, 2. Ierem. XLVIII, 41. *Aqu. Symm.* 2 Sam. V, 7. 9. *Vulg. arcem.* – מָצוֹד, *rete.* Iob. XIX, 6. Hic fortasse legerunt מָצוּר vel מָצוֹר. – מְצוּדָה, *rete.* 2 Sam. XXII, 2. Legerunt cum Resch מְצוּרָה. Idem valet de *Aquila* Psalm. LXV, 11. 1 Sam. XXII, 4. et XXIII, 14. *Symm.* ib. XXIV, 23. *Aqu.* Iob. XXXIX, 28. et Psalm. LXX, 3. – מָצוֹר. Zach. IX, 5. – *מִצְעָדִים plur. *gressus. Theod.* Dan. XI, 43. qui

fortasse legit מִצוּרִים. - מִשְׂגָּב. *Symm.* et *Ed. Quint.* Psalm. XLVII, 4. LXX sec. cod. *Norimb.* Ierem. XLVIII, 1. - יִתֵּן, *do.* Prov. XII, 12. ἐν ὀχυρώμασι, sc. ἔσται, h. e. *immotae erunt.* Ita putavit haec verba vertenda esse, quippe non intellegens, post יִתֵּן h. l. supplendum esse פְּרִי, ac ingenio suo tantum indulgens. *Zieglerus* quoque יִתֵּן ab אֵיתָן seu וָתַן, arab. وتن, *firmus, perennis fuit,* derivandum putavit. - ע , *robur.* Prov. XXI, 22. καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα, ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεισαν, destruxit arcem, in qua confisi sunt. Conf. 1 Macc. VI, 65. VIII, 10. 2 Cor. X, 4. et ad h. l. *L. Bos* p. 163. - *עַצְמוֹת, *ossa. Schol.* ed. *Rom.* Prov. XII, 4. ξύλον ἐν ὀχυρώματι (h. e. *murum ligneum munitionis causa exstructum*), quae verba in *Hexaplis Incerto Int.* tribuuntur, ac inepto loco posita reperiuntur. Vocem hebr. deduxit ab עָצוּם, *validus, firmus.* - *צוּר, *rupes, petra. Theod.* Iob. XXVIII, 10. - צְרִיחַ, *turris elata.* Iud. IX, 46. 49. *Hesych.* ὀχύρωμα, τεῖχος ἀσφαλές, ὀχυρὸν, κάστρον, φρουρὸν (lege φρούριον), ἢ ἀληθές. *Suidas:* ὀχύρωμα, ἡ κλεισοῦρα παρὰ Ῥωμαίοις.

'ΟΧΥΡΩΜΆΤΙΟΝ, *munitio parva, munimentum parvum.* 1 Macc. XVI, 15.

'ΟΧΥ'ΡΩΣΙΣ, *munitio.* 1 Macc. X, 11. *Ioseph. B. Iud.* VII. p. 416. B.

'ΟΨΕ', *sero, vesperi.* בִּכְרָה, *dromas, dromedaria.* Ier. II, 23. Vocem hebr. acceperunt ea significatione, qua apud Arabes usurpatur, nam Arab. بكرة significat πρωΐ, *mane* (a بكر, *festinavit, praecessit, nocturno tempore iter fecit.*), quod hebr. בֹּקֶר dicitur. Ita iudicat *Cappellus* in nott. critt. ad h. l. p. 420. Conf. et *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 3. p. 84. - בַּנֶּשֶׁף, *in crepusculo.* Ies. V, 11. - בֵּין הָעַרְבַּיִם, *inter duas vesperas.* Ex. XXX, 8. - עֵת עֶרֶב, *tempus vespertinum.* Gen. XXIV, 11.

'ΟΨΙ'Α, sc. δείλη vel ὥρα, *tempus vespertinum.* Iudith. XIII, 1. Conf. *L. Bos Ellips. Graec.* p. 45.

'ΟΨΙ'ΖΩ, *vesperi venio, sero vel sub vesperam aliquid facio.* הַעֲרֵב Hiph. *vesperasco.* 1 Sam. XVII, 16. Vide et Sirac. XXXVI, 27. καταλύοντι, οὗ ἐὰν ὀψίσῃ, hospitanti, ubicunque vesperi venerit.

''ΟΨΙΜΟΣ, *serotinus.* אֲפִילוֹת plur. *obscura.* Exod. IX, 32. τὰ ὄψιμα. Recte. Nam vox hebr. notat h. l. *semina, quae adhuc abdita in terra latent, adeoque serotina.* Confer ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. c. 11. - *לֶקֶשׁ, *herba serotina, foenum cortum* s. *serotinum. Aqu.* Amos. VII, 1. - מַלְקוֹשׁ, *pluvia serotina.* Ioel. II, 23. Zach. X, 1. *Gloss. MS. in Proph.* ὄψιμον, ὑστερινόν. - עֲטֻפִים part. Pah. plur. *seroti-*

nae pecudes. *Aqu.* Gen. XXX, 42. ὄψιμα. – לָעֶרֶב, *ad vesperam, in vespera s. vespere.* *Symm.* Cohel. XI, 6. ὄψιμον. *Hesych.* ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὀψὲ γεννώμενον, ἢ ὀψὲ ἀρξάμενον, καὶ ὀψὲ τελεσθησόμενον. Idem: ὄψιμον, χρόνιον, ὕστερον.

ΌΨΙΣ, *adspectus, species, color, facies, frons, oculus.* זִיו chald. *splendor.* Dan. II, 31. – מֵצַח, *frons.* Ierem. III, 3. ὄψις πόρνης, *frons meretricis.* Conf. Ioh. XI, 44. et ad h. l. *Keuchenium* ac *Wolfium* p. 921. – מַרְאֶה. Gen. XXIV, 16. XXVI, 7. XLI, 2. sec. *Oxon.* καλαὶ τῇ ὄψει, ubi *Schol.* στερέμνιοι κρέει, καὶ παχεῖαι σαρξί. Lev. XIII, 3. 4. 1 Sam. XVI, 7. et alibi. – עַיִן, *oculus,* it. *superficies,* it. *color.* Exod. X, 5. καλύψει τὴν ὄψιν τῆς γῆς, operiet *superficiem terrae.* Vid. et Num. XXII, 5. 11. Lev. XIII, 55. εἰ δὲ οὐ μὴ μεταβάλῃ ἡ ἁφὴ τὴν ὄψιν αὐτῆς, si vero superficies leprae non mutaverit *colorem* suum. Confer *Drusium Miscell. Cent.* II. c. 17. Vide et Ezech. X, 9. – פֵּאָה, *angulus.* *Symm.* et LXX Lev. XIX, 27. XXI, 5. – צְלֵם chald. *imago.* Dan. III, 19. – שְׂאֵת, *tumor.* Lev. XIII, 43. – תֹּאַר, *plaga.* 1 Reg. I, 6. ἡ ὄψις τῆς ἁφῆς λευκὴ ἢ πυῤῥίζουσα, *color* plagae albus vel rubescens. – Praeterea legitur Exod. XXXIV, 29. ac verba: ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου respondent hebr. עוֹר פָּנָיו: ubi LXX aut ὄψις pro more de suo addiderunt, aut scripserunt τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ut ἡ ὄψις αὐτοῦ sit versio alius interpretis e margine huc illata. Tob. XIV, 1. ὅτε ἀπώλεσε τὰς ὄψεις, cum amitteret *oculos.* Sap. XIV, 17. ἐν ὄψει, *coram.* Sic quoque ibid. VIII, 11. Sap. III, 4. ἐν ὄψει, *iudicio,* i. q. ἐν ὀφθαλμοῖς. Sap. VII, 9. ἐν ὄψει, *respectu, si comparatur,* coll. v. 8. ubi ponitur ἐν συγκρίσει. *Vulgatus* optime: *in comparatione eius.* *Hesych.* ὄψεις, ὄνειροι, ὀφθαλμοί, ὁράσεις.

ΌΨΟΝ, *obsonium, edulium,* it. *piscis.* דָּג, *piscis.* Num. XI, 22. ἢ πᾶν ὄψον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται; vel num omnes *pisces* maris congregabuntur? Sic *Hippocrati* et *Polybio* piscis passim vocatur ὄψον θαλάττιον. Et cum *Thucydides* lib. I. cap. 138. Magnesiam Themistocli panem, Lampsacum vinum, Μυοῦντα δὲ ὄψον, *Myuntem vero obsonium,* suppeditasse scribit, obsonii nomine *Diodorus* lib. XI. cap. 57. *piscem* intellegit. Myuntem enim ait illi cessisse εἰς ὄψον, ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν, in obsonium, quia mare piscosum habet. Et *Alciphroni* Ep. I. ὀψῶναι dicuntur, *qui pisces vendunt.* Conf. *Pollucem* l. VII. c. 7. ubi ἰχθύδιον et ὄψον coniungit. Sic *Terentius* in *Andria* Act. II. Sc. II. v. 23. *paululum obsonii* et *pisciculos minutos* pro eodem sumit. Et diminutivum ὀψάριον apud *Suidam* exponitur τὸ ἰχθύδιον. Piscis autem, observante *Myrtilo, Plutarcho, Eustathio,* ex omnibus obsoniis solum ὄψον nominatus est διὰ τὴν ἐξαίρετον

ἐδωδὴν, *quod inter edulia principatum quendam teneat.* Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. I. c. 6. p. 41. et alios, quos citat *Wolfius* ad Ioh. VI, 9. p. 856. Tob. VII, 9. παρέθηκαν ὄψα πολλά, paraverunt *cibaria* multa.

'ΟΨΟΠΟΙ'ΗΜΑ, *obsonium*, *cibarium*. Iudith. XII, 1.

'ΟΨΩ'ΝΙΟΝ, *obsonium*, *stipendium*. 1 Macc. III, 28. ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ, dedit *stipendia* exercitibus suis. Vide et 3 Esdr. IV, 56. 1 Macc. XIV, 32. *Polyb.* I, 67, 1. ac conf. auctores citatos *Wolfio* ad Luc. III, 14. pag. 601. et ad Rom. VI, 23. p. 115. nec non *Lexicon N. T.* s. h. v.

Π.

ΠΑΓΕΤΟ'Σ, *glacies*, *gelu*, *frigus*, a πάγος, *glacies.* קֶרַח, idem. Gen. XXXI, 44. et Ierem. XXXVI, 30. τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, *frigore* noctis. – קִפָּאוֹן, *concretio*, *coagulatio. Al.* Zach. XIV, 6. παγετός. Baruch. II, 29. Sir. III, 15. ὡς εὐδία ἐπὶ παγετῷ. Est inversa oratio, pro: ὡς παγετὸς ἐπ' εὐδίας, ut per serenitatem glacies, scil. dissolvitur. *Vulg. et sicut in sereno glacies. Hesych.* παγετὸς, κρύσταλλος, ψῦχος. Idem et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παγετῷ, ψύχει, κρυμῷ.

ΠΑΓΙΔΕΥ'Ω, *illaqueo.* הִתְנַקֵּשׁ Hithp. *in tendiculam me pono.* 1 Sam. XXVIII, 9. ἵνατί σὺ παγιδεύεις τὴν ψυχήν σου θανατῶσαι; quare tu *illaqueas* animam meam ad mortem? h. e. cur me vitae periculo tam certo exponis? *Vulg. insidiaris.* – יוּקָשִׁים plur. *irretiti.* Cohel. IX, 12. ὡς ὄρνεα τὰ θηρευόμενα ἐν παγίδι, ὡς αὐτὰ παγιδεύονται οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου, sicut aves, quae capiuntur laqueo, illaqueantur filii hominis: ubi sermo est vel de *necessitate fatali moriendi*, vel de *adversa fortuna*, *qua homines irretiuntur quasi.* – נוֹקַשׁ Niph. *Symm.* Prov. VI, 2. ἐπαγιδεύθης, et Ies. VIII, 15. παγιδευθήσονται. – תוֹקְעִים plur. *complodentes*, *stipulantes. Symm.* Prov. XI, 15. παγιδευθῆναι, quae vox h. l. metaphorice accipienda erit de *obligatione*, *inprimis quae exoritur fideiubendo pro aliis.* Vide supra s. v. ἐμπαγή.

ΠΑΓΙ'Σ, *laqueus*, *rete.* *בִּקֵּשׁ, *quaero.* Prov. XXI, 6. παγίδες, ubi pro מְבַקְשֵׁי, *quaerentes*, legerunt בְּמֹקְשֵׁי. – הָפֵחַ infin. Hiph. a פָּחַח, *illaqueando.* Ies. XLII, 22. – חַח, *hamus*, *uncus.* Ezech. XXIX, 4. ubi tamen *Cappello* in *nott. critt. ad h. l.* p. 555. loco חַחִים inepte legisse videntur פַּחִים. – יָקוּשׁ, *auceps*, h. l. *laqueus.* Ierem. V, 26. – יַד יָקוּשׁ, *manus aucupis.* Prov. VI, 5. non male quoad sensum. – יַשְׁחִית, 3 pers. fut. Hiph. *perdet.* Prov. XI, 9. Ex *Iaegeri* sententia viderunt שְׁחִית aut שַׁחַת, *fovea*, ut genus insidiarum alterum pro altero coniuncto positum sit. – *כֹּחַ, *vis. Theod.* Ierem.

XLVIII, 44. Num פַּח, *laqueus*, *rete*, in suo codice habuit, aut potius de sensu magis, quam de verbo sollicitus fuit? *Vulgatus* quoque habet: *de laqueo fugiens.* — כְּלוּב, *cavea, in qua aves custodiuntur.* Ierem. V, 27. ubi tamen τῷ כְּלוּב παγὶς ἐφεστυμένη (num *rete, quod subito attrahitur?*) potius respondet. Arab. كلب, *contexere, consuere.* — מוֹקֵשׁ. Ps. XVI, 6. LXIII, 5. Prov. XII, 14. et alibi. — מְצוּדָה, *sagena.* Ps. LXV, 10. — נוֹקַשׁ Niph. a יָקֹשׁ. Prov. VI, 2. — פַּח. Ios. XXXIII, 13. ἔσονται ὑμῖν εἰς παγίδας καὶ εἰς σκάνδαλον, erunt vobis in laqueum et offendiculum; ubi *laqueus* metaphorice pro *damno et exitio*, eiusque causa et occasione ponitur. Vide quoque Ps. LXVIII, 27. et conf. 1 Macc. V, 4. Confer *Fullerum Miscell. Sacr.* lib. II. c. 10. p. 231. ubi vocem פַּח LXX παγίδα reddere docet, ut hoc ab illo oriundum intellegamus. — רֶשֶׁת, *rete.* Iob. XVIII, 8. Psalm. IX, 16. 33. XXIV, 16. et alibi. — שׁוֹאָה, *vastitas.* Psalm. XXXIV, 8. Videntur ita transtulisse non tam ob parallelismum sententiarum, quam quod voci hebr. vere hanc notionem tribuerint. Syr. ܦܘܩܠܐ, *funiculus.* Confer quoque Ies. V, 18. In libris apocryphis V. T. παγὶς partim *is* dicitur, *qui alteri insidiatur*, aut *alterum perdere studet*, v. c. 1 Macc. I, 37. (Sic meretriculas παγίδας τοῦ βίου appellat *Amphis* apud *Athen.* L. XIII. p. 567. F. Adde *Eustath.* de *amor. Ism.* IX. p. 400.), partim *is, qui alteri occasionem peccandi suppeditat*, v. c. 1 Macc. V, 4. εἰς παγίδα καὶ εἰς σκάνδαλον.

ΠΑΓΚΡΑΤΗ'Σ, *omnipotens*, ex πᾶν, *omne*, et κρατέω, *impero.* 2 Macc. III, 22. ἐπεκαλοῦντο τὸν παγκρατῆ κύριον. *Aristoph. Thesm.* 375. et 524. *Schol.* πανδύναμε. *Soph. Ai.* 687. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 541.

**ΠΑΓΚΤΗΣΙ'Α*, *possessio amplissima* s. *omnimoda.* צְמִתֻת, *excisio. Aqu.* Levit. XXV, 23. sec. cod. 130. *Holmes.* Non male. Sermo enim ibi est de terra Iudaeis non in perpetuum vendenda, et vox hebr. h. l. *silentium* notat, ac *vendi ad silentium* est *vendi ita*, *ut praecisa sit omnis spes redemtionis*, in quo est παγκτησία.

ΠΑ'ΓΟΣ, *omnis concreta massa*, ab ἐπάγην verbi πήγνυμι, *compingo*, *glacies*, *gelu*, *pruina*, i. q. παγετός. כְּפֹר, *pruina.* Ex. XVI, 14. ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς, tanquam pruina in terra. *Schol.* ibi πάχνη. — קִפָּאוֹן, *concretio*, *coagulatio. Symm.* et LXX Zach. XIV, 6. — *קָרָה, *frigus.* Nah. III, 17. *Aqu. Theod.* Iob. XXXVIII, 29. — קֶרַח, *gelu*, *frigus*, *glacies.* Iob. XXXVII, 10. Cant. tr. puer. 40. *Phavorinus:* πάγος, ὕδωρ τὸ πεπηγμένον ἀπὸ ψύχους. Apud *Hesychium* πάγος inter alia exponitur ψῦχος.

**ΠΑΘΕΙΝΟ'Σ*, *tristis*, *lugens*. אָבֵל, *lugens*. LXX sec. *Hex*. Iob. XXIX, 25. ὃν τρόπον παθεινοὺς παρακαλῶν: ubi in cod. *Alex*. συμπαθεῖς legitur.

**ΠΑΘΗΝΟ'Σ*, *tristis*, *lugens*. Sic legitur in apographo Grabiano Ies. LVII, 18. pro אָבֵל, *moerens*, *lugens*, ubi ποθηνοῖς (fortasse pro ποθητοῖς) est in *MS. Reg*. in *Fol*.

**ΠΑΘΟΚΡΑ'ΤΕΙΑ*, *imperium in passiones*. 4 Macc. XIII, 5. ubi in aliis libris legitur παθοκρατορία. Ib. XIII, 5.

**ΠΑΘΟΚΡΑΤΟΡΙ'Α*, i. q. παθοκράτεια, quod vide.

**ΠΑΘΟΚΡΑΤΕ'ΟΜΑΙ*, *imperium habeo in perturbationes animi*. 4 Macc. VII, 20.

**ΠΑ'ΘΟΣ*, *affectus*, *passio*. *Symm*. Iob. XVI, 3. Vide infra s. ὑπόκειμαι. - שָׁר, *cantans*. Prov. XXV, 23. Legerunt שֹׁד, *vastatio*, σύντριμμα, *morbus*.

**ΠΑ'ΘΟΣ ἜΧΩ*, *morbo laboro*. הֻכָּה, *percutior*. *Aqu*. s. *Inc*., sine dubio *Iosephus* (*A. I*. VI, 1, 1.), 1 Sam. V, 12. Si vere haec verba *Aquilae* tribuenda sunt, lectionis diversitas e duplici versione *Aquilae* orta videtur.

ΠΑΙΑ'Ν, *Paean*, *quilibet hymnus in Deum* vel *praeclarum virum*, *speciatim in laudem Apollinis et Dianae*. 2 Macc. XV, 25. μετὰ σαλπίγγων καὶ παιάνων προσῆγον, cum tubis et paeanibus admovebant. Similiter de Lusitanis *Diodorus Siculus* lib. IV. p. 311. παιᾶνας ᾄδουσιν, ὅταν ἐπίωσι τοῖς ἀντιτεταγμένοις, paeanas canunt, cum aggrediuntur hostes. Confer quoque quae de Persis pariter ante pugnam paeanem canentibus e *Xenophonte* refert *Brissonius* de *regn. Pers*. lib. III. p. 763. *Hesych*. παιᾶνας, κώμους, εὐφημίας, ᾠδὰς, ὕμνους εἰς θεόν. *Suidas*: παιᾶνας, κώμους, εὐφημίας. Παιᾶνες δύο ἦσαν, ἐνυάλιος, ὅτε ἦρχον, ὃς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐγένετο, καὶ ἕτερος, ὅτε ἐνίκων. Δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ παλαιοὶ, πρὸ μὲν τοῦ πολέμου, τῷ Ἄρει, μετὰ δὲ τὸν πόλεμον, τῷ Ἀπόλλωνι. Sunt haec, observante *Küstero*, descripta ex *Scholiasta Thucydidis* lib. IV. c. 43., qui etiam de paeane ἐνυαλίῳ conferri iubet *Spanhemium* ad *Orat*. I. *Iuliani* pag. 233.

ΠΑΙΓΝΙ'Α, *illusio*, *lusus*, *ludibrium*, it. *actus*, *quo aliquis fidibus canit*. תִּפְלֶצֶת, *horror*. Ierem. XLIX, 15. ἡ παιγνία σου ἐνεχείρισέ σοι, ubi παιγνία de montibus Edomiticis adhibetur, qui, quia erant aspectu admodum terribiles, hostes ad illos penetrare non valentes quasi illudere videbantur. - שָׂחַק, *ludo*. *Al*. Iud. XVI, 27. θεωροῦντες ἐν παιγνίαις Σαμψὼν, spectantes, quomodo *fidibus caneret* Sampson. Ita haec verba transtulit *Bielius*. Equidem reddere mallem: *cum illusionibus*, h. e. *ita ut simul illuderent*. Nam *Alex. Ald*. et *Compl*. habent ἐμπαιζόμενον, ac cod. *Oxon*. ἐμπαίζοντες. Conf. quoque v. 25. *Xenophon* apud *Suidam* in v. παιγνία· σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ παιγνίᾳ.

ΠΑΙΓΝΙΟΝ, *ludicrum*, *lusus*, *ludibrium*. מִשְׂחָק. Hab. I, 10. — פֶּרֶךְ, *asperitas*. *Al.* Ezech. XXXIV, 4. *παιγνίῳ*: ubi speciem crudelitatis ponere tantum voluit. Vide et Sap. XII, 26. (*παιγνίοις ἐπιτιμήσεως*, h. e. poenis a Deo *εἰς ἐμπαιγμὸν* immissis, coll. v. 25.) XV, 12.

ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ, *puerulus*, *iuvenis*, *servus*. יֶלֶד, *natus*. Gen. XXXIII, 14. XXXVII, 29. Ruth. IV, 16. et alibi aliquoties. — *כְּלֵי הַנְּעָרִים, *vasa puerorum*. LXX sec. cod. *Coislin*. 1 Sam. XXI, 5. Sc. כְּלֵי in V. T. haud raro otiosum est. — מְבַשֵּׂר part. Pih. *nuncius*. 1 Sam. IV, 17. *Miles* erat, qui nuntii loco ad Eli missus erat. Num fortasse *militis* notionem voci *παιδάριον* subiecerunt. Vide infra ad *παῖς* s. חַיִל et מַלְאָךְ, etiam עַם. — נְעוּרִים plur. *puerilia*. Ier. XLVIII, 11. — נַעַר. Gen. XXII, 5. 12. XLIII, 8. Iud. VII, 10. et alibi saepius. — אִישׁ נַעַר, *vir iuvenis*. 1 Sam. XXX, 17. — עֶבֶד, *servus*. 1 Sam. XXI, 7. ubi alii pro *παιδαρίων* habent *δούλων*. Confer *Aelianum* lib. II. c. 2. Praeterea legitur 1 Sam. I, 14. *τὸ παιδάριον Ἠλεὶ*, ubi in textu hebr. non exstat de hoc eius servo quicquam. Addiderunt hoc LXX, si quid video, ex proprio cerebro, ne convicii illius pontificem Eli reum facerent. Legitur autem hoc additamentum quoque apud *Chrysostomum Hom*. XV. in *Act. Apost*. et apud *Philonem* in libro *περὶ μέθης*.

ΠΑΙΔΕΙΑ, *disciplina*, *institutio*, *castigatio*, *doctrina*. *בִּינָה, *intellegentia*, *prudentia*. Dan. I, 20. sec. cod. *Chis*. — בַּר chald. *filius*. Ps. II, 12. *δράξασθε παιδείας*, ubi tamen pro *παιδείας* legendum esse *παιδὸς* aut *παιδίου* suspicatur *Hottingerus Thes. Philol*. p. 371. et *Schotanus Diatr. de authoritate LXX Intt*. p. 55., quod postea mutatum sit in *παιδείας* ab iis, qui non videbant, quis esset sensus illius formulae *δράξασθε παιδίου*. *Δράξασθαι παιδίου* autem idem est revera, quod *osculari filium*, nam ad osculandum vulgo manibus prehendimus eum, quem volumus osculari. *Buxtorfius* in *Anticrit*. p. 673. arbitratur, LXX voluisse hic, quae sua sententia in textu erant allegorica et impropria, resolvere et proprie exponere. Scil. בַּר sumserunt significatione *frumenti*, et per *frumentum* intellexerunt *legem* s. *doctrinam legis*, quae est antiqua expositio, quam *Chaldaeus* quoque secutus est. Conf. quoque *Sanhedr*. Fol. XCII. 1. ac Ps. II, 10. *Vulgatus: apprehendite disciplinam*, et simili quoque modo *Arabs* interpretatus est. — טַעַם, *gustus*, it. *consilium*. Ps. CXVIII, 66. *παιδείαν καὶ γνῶσιν δίδαξόν με*, doctrinam et scientiam doce me. — יָסַד, *fundo*. Hab. I, 12. *τοῦ ἐλέγχειν παιδείαν αὐτοῦ*. Pro יְסַדְתּוֹ per Daleth legerunt fortasse יִסְּרָה, *castigatio* (verbum obsoletum), aut יְסַרְתּוֹ per Resch, quod *castigare* notat (hoc sensu: ut redarguam Chaldaeos praeter modum, ius et fas Iudaeos castigantes), aut etiam יִסְּרוֹ, *di-*

sciplinam eius. = לֵב, cor. *Aqu.*(?) Prov. VI, 32. στερεῖται παιδείας, destituitur disciplina. - לִמֻּד, *eruditus*. Ies. L, 4. 5. - מוּסָר. Deut. XI, 2. Prov. I, 2. γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, ad cognoscendum sapientiam et doctrinam. Vide quoque Prov. XVI, 4. ac conf. Sir. I, 24. Prov. III, 11. μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, ne parvi facito castigationem Domini. Vide et Prov. XV, 5. et conf. 2 Macc. VI, 12. Prov. IV, 1. ἀκούσατε, παῖδες, παιδείαν πατρὸς, audite, liberi, *institutionem* patris. Ierem. II, 31. παιδείαν οὐκ ἐδέξασθε, *disciplinam* non recepistis. Vide et Ierem. VII, 27. XVII, 23. XXXV, 13. Prov. XV, 10. παιδεία notat *emendationem* s. *correctionem per flagra ac virgas, quae fit in concione*. - מוֹסֵר, *vinculum*. *Aqu.* Iob. XXXII, 16. Legit מוּסָר. Παιδεία autem h. l. *serias admonitiones* notat. - *מִשְׂרָה, *principatus*. *Symm.* Ies. IX, 5. καὶ ἔσται ἡ παιδεία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, ubi *Cappellus* in *Crit. S.* p. 829. putat eum legisse מִסְרָה a rad. יָסַר. *Theod.* et *Inc.* ib. v. 6. τῷ πληθύνοντι παιδείαν, ubi secundum eundem legerunt מִסְרָה pro מוּסָר. Sed praeter ea, quae iam *Scharfenbergius* ad l. l. contra hanc coniecturam protulit, notandum est, voci παιδεία potius h. l. notionem *imperii* ac *principatus* subiiciendam esse, in qua significatione παιδία reperitur apud *Platon. Alcib.* p. 47. Sic quoque παιδευτὴς apud *Theodot.* Ps. LXVIII, 29. ad *principes*, et apud *Symmachum* Deut. XVII, 18. ad *iudices* et *magistratus* transfertur. - *מָשָׁל, *proverbium*, *gnoma*. Prov. XXV, 1. Si lectio sana est, παιδεῖαι h. l. significabit *sententias ad instituendos et corrigendos alios aptas*. Sed videndum est, annon potius legi debeat παροιμίαι, quod exhibent cod. *Alex.* et ed. *Compl.* - סוֹד, *arcanum*, it. *consilium*. Ezech. XIII, 9. Amos. III, 7. Videntur plerisque legisse יְסוֹר aut יִסּוּר, *castigatio*, a יָסַר, *castigare*, παιδεύειν. - עֲנָוָה, *mansuetudo*. Psalm. XVII, 35. Ita quoque *Theodotion*. Iudice *Cappello* in *Crit. S.* pag. 809. legerunt עֱנוּתְךָ (vel potius עֱנוּתְךָ) ab עָנָה, *affligi* (quia correctio est afflictionis species quaedam), quae coniectura etiam confirmatur loco parallelo 2 Sam. XXII, 36. Sed mihi παιδεία h. l. potius *obedientiam erga Deum* significare videtur, ut sit i. q. ὑπακοὴ in loco parallelo, ut verba ἡ παιδεία σου vertenda sint: *quod me tuis dictis obsequentem praebui.* Conf. 2 Par. X, 7. ubi παῖδες *obsequiosos, morigeros* notat. - שֵׁבֶט, *virga*. Iob. XXXVII, 13. Instrumentum correctionis ponitur h. l. pro *correctione ipsa*, ut שֵׁבֶט usurpatum legitur ibid. XXI, 9. - שֹׁחַד, *munus*. Prov. XVII, 8. Suspecta est h. l. vox παιδεία, omissa illa quoque ab interprete *Arabe*. *Iaegerus* ad h. l.: Non propius nomen memini, unde παιδεία duci potuerit, quam הַשְׂכֵּל cap. XVI, 22. ut interpretis in libro fuerit alliteratio ad יַשְׂכִּיל. Sed quis omnium illarum discrepantiarum, maxime in Proverbiorum libris, rationes

reddat? - תּוֹכַחַת. Prov. X, 18. ubi loco *παιδεία* reponendum est *παιδείᾳ*, ut recte iam observavit *Iaegerus* ad h. l. Confer quoque *Semleri Ep. Crit.* p. 24. Praeterea legitur Ies. L, 5. et Iob. XXXIX, 35. ubi nihil ei respondet in textu hebr. Sirac. IV, 19. *castigatio. Vulg. tribulatio.* Sirac. IX, 1. *μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηρὰν*, ne eam malam in te *artem* doceas, h. e. ne eam doceas simili modo esse zelotypam, aut ne ad improbas artes adhibendas permoveatur. *Syrus: doctrinam* nequam. Sap. I, 5. *πνεῦμα παιδείας*, *spiritus saluberrima homines cognitione imbuens*, aut: *pios illos reddens.* Sap. II, 12. ubi pro *παιδείας*, *disciplinae*, uti quidem et V. Int. legit, ac omnes editt. perperam habent, legendum est *παιδίας*, *iuventutis*, e cod. *Alex.* Sirac. XXXIV, 27. Si aliorum es conviva, *παῦσαι πρῶτος* (sc. *edere*) *χάριν παιδείας*, *ob decorum* seu *honestatem*, *quam docet disciplina.* Sic et ibid. v. 19. *πεπαιδευμένος* est *homo urbanis moribus conspicuus. Hesych.* *παιδεία*, *ἀγωγὴ ὠφέλιμος*, *διδαχή*. Idem: *παιδεία*, *πεῖρα*, *νουθεσία*.

ΠΑΙΔΕΥΤΗ'Σ, *institutor*, *informator*, *doctor*, *castigator.* מוּסָר, *institutio.* Hos. V, 2. - רֹדָם partic. cum affixo, *dominans eis. Theod.* Ps. LXVII, 29. ubi *παιδευτὴς regem* notat. Vide ad h. l. *Hexapla*, ac supra s. v. *παιδεία*. Non opus itaque est cum nonnullis statuere, eos מוֹרֶה legisse. Vide quoque infra s. v. *παιδεύω*. - שֹׁטֵר, *magistratus*, *iudex. Symm.* Deut. XVI, 18. 1 Paral. XXVI, 29. Sirac. XXXVII, 22. *πολλῶν παιδευτής*, multorum *doctor.* Confer Rom. II, 20.

ΠΑΙΔΕΥ'Ω, *erudio*, *doceo*, *instituo*, *castigo*, *rego.* אָסַר, *ligo.* Ps. CIV, 21. Hos. X, 10. In utroque loco videntur plerisque אָסַר permutasse cum יָסַר. Sed אָסַר in priore loco metaphorice notat *coercere*, *imperio continere*, quam notionem quoque habet vox *παιδεύειν*. In posteriore vero אָסַר *castigationis* notionem habet, ut adeo non opus esse videatur varietatem lectionis hic effingere. - *בּוֹא, Hiph. הֵבִיא. Psalm. LXXXIX, 12. *τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ*: ubi in textu hebr. legitur: נָבִיא לְבַב חָכְמָה, *adducemus cor in sapientiam.* Videntur quidem nonnullis נְבוֹנֵי legisse, sed potius sensum expresserunt. Nam *venire ad sapientiam* et *erudiri in sapientia* idem est. Caeterum pro *πεπαιδευμένους* male ibi est in quibusdam libris graecis *πεπαιδημένους*. *Alex. Ald.* *πεπεδημένους*, de quo vide *Hieron.* in ep. 159. et *Augustinum* in h. l. - בּוֹנֵן Pih. a בִּין, *intellegere facio.* Deut. XXXII, 10. - הוֹכִיחַ Hiph. a יָכַח, *arguo.* Prov. III, 12. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Prov. V, 13. - הוֹרִיד Hiph. a יָרַד, *descendere facio.* 2 Sam. XXII, 48. *παιδεύων λαοὺς ὑποκάτω μου.* Non improbabile quidem est, eos הוֹרָה legisse, quae fuit plerorumque Intt. sententia, mallem tamen dicere,

παιδεύειν h. l. esse *regere* aut potius *imperio subiicere*, ut sit i. q. *ὑποτάσσειν*, quod legitur in loco parallelo Psalm. XVII, 47. הוריד h. l. metaphorice notat *submittere*, *subiicere*. Vide infra s. v. *ταπεινόω*. - הָלַם, *contundo*. Psalm. CXL, 6. הָלַם h. l. metaphorice *reprehendere*, *corripere* notat. - *חָשַׁב, *cogito*. Hos. VII, 15. *ἐπαιδεύθησαν ἐν ἐμοί*. Sed verba haec fortassis pertinent ad יָסוּר בִּי, ut legerint יִוָּסְרוּ בִי. - יָסַר. Lev. XXVI, 18. 23. 28. Deut. IV, 36. VIII, 5. et alibi saepius. - *לָקַח. Esth. II, 7. *ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα*. Sc. לֶקַח interdum *doctrinam*, *institutionem* notat. Videtur autem *παιδεύειν* h. l. notionem *educandi* habere. - מוּסָר, *institutio*. Prov. XIII, 25. XXIII, 13. - *סוּר, *secedo*. Hos. VII, 14. Legerunt יִסְּרוּ a יָסַר. - עוּף, *volo*. Ps. LXXXIX, 10. *παιδευθησόμεθα*. Recepta haec lectio mihi admodum suspecta est. Si ad vocem hebr. exquiramus, dicendum fuerat *πειασθησόμεθα* aut *πεταννύμεθα*, ut impressa lectio orta sit e compendio scribendi. Sic etiam iam legendum iudicavit *Semlerus*. Promiscuus etiam est literarum *αι* et *ε* in antiquissimis codd. usus. Conf. *Iacobsii additam. animadv. in Athenaei Deipnos.* p. 301 sequ. - עָמַם, *abscondo*. Ezech. XXVIII, 3. Hic legerunt עָמַם. - עָמַס, *onus impono*. 2 Par. X, 11. ubi *παιδεύειν* est omnino *durius tractare*. - רָדָה, *dominor*. *Symm.* Psalm. CIX, 2. *Inc.* Lev. XXV, 41. *Ed. Quint.* Ps. LXVII, 28. sec. *Eusebium*, qui in *Comment.* ad h. l. p. 558. habet: ἡ δὲ ε' ἔκδοσις παιδεύοντα ἢ διδάσκοντα. Vide supra s. v. *διδάσκω*. Sirac. X, 1. *κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ*, ubi *παιδεύσει* habet hanc notionem adiunctam: *servabit debitum iustitiae ordinem*, coll. v. 3. Sirac. VI, 32. *παιδευθήσῃ* et *πανοῦργος ἔσῃ* idem significant. Sic fortasse Sirac. IX, 1. *παιδεία* est i. q. *πανουργία* s. *πανούργευμα*. Sir. XXXIV, 19. *πεπαιδευμένος*, *bene moratus*, *sobrius et temperans*.

ΚΡΑΤΑΙΩ͂Σ ΠΑΙΔΕΥ'ΟΜΑΙ, *fortiter erudior*. סָתַר, *abscondo me*. Prov. XXII, 3. ubi pro וְנִסְתָּר forte legerunt יִוָּסֵר.

ΠΑΙΔΙ'Α, *pueritia*. רֶחֶם, *uterus*. *Al.* Ies. XLVI, 3. *ἐκ παιδίας*. Vide quoque s. v. *παιδεία*.

ΠΑΙΔΙ'ΟΝ, i. q. *παιδάριον*, *puellus*, *puer*, *infans*. *איש. *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* (Vide *Eichhornii Repertor. bibl. Literat.* T. IV. p. 262.) Gen. IV, 23. Sed arbitror, potius referendum esse ad vocem sequentem יֶלֶד. - בְּכוֹר, *primogenitus*. Deut. XXV, 6. - בֵּן, *filius*. Gen. XXI, 7. XXV, 22. Exod. IV, 20. et alibi. - *בָּקַע, *scindo*. Ies. XXXIV, 15. *τὰ παιδία αὐτῆς*. Scribendum *πεδία*, ut *Arabs* transtulit. Loco בָּקְעָה, *scindet ova*, legerunt בִּקְעָה, *planities*. - דָּגַר, *colligo*. Ies. XXXIV, 15. Ita *Bielius Trommium* secutus, modo quod uterque vitiose habet גָּדַר. Sed interpres graecus nimis ibi a verbis hebr. aberravit, ut, quorsum referenda sint verba *τὰ*

παιδία αὐτῆς, nemo facile dixerit. - *וְיֶלֶד pro יֶלֶד. 2 Sam. VI, 23. - טַף, *parvulus*. Gen. XLV, 19. Num. XIV, 3. 31. Deut. I, 39. et alibi passim. - יֶלֶד, *natus*. Gen. XXI, 8. XXX, 26. XXXIII, 1. et alibi saepius. - יִלּוֹד part. Pah. 1 Reg. III, 26. 27. - יָנַק, *sugo*. Ies. LXVI, 12. - יוֹנֵק part. *sugens*, it. *tenera planta*. Ies. LIII, 2. - נַעַר, *puer*. Gen. XXI, 12. 17. XLIV, 22. et alibi. - יֶלֶד et נַעַר iunctim. Exod. II, 6. - *כְּלֵי נַעַר, *vasa puerorum*. 1 Sam. XXI, 5. sec. cod. *Coisl.* Sc. כְּלֵי haud raro abundat. - נַעֲרָה, *puella*. Iob. XL, 24. - עוּל, *infantulus*. Ies. XLIX, 15. - רֶחֶם, *uterus*. Ies. XLVI, 3. *ἐκ παιδίου*, h. e. *inde a puerili aetate*. Sic *ἀπὸ* et *ἐκ παιδὸς*, *ἀπὸ* et *ἐκ παίδων* apud *Xenophontem*. Vide *Sturzii Lex. Xenoph.* s. h. v. Non opus itaque est, ut *παιδίας* hic reponatur, quod quidem in *Compl.* legitur, sed est alius interpretis. - שָׂדֶה, *ager*. Num. XIX, 16. sec. *Alex. Oxon. et Ald.* Sed dubio caret, antiquitus scriptum fuisse *πεδίου* loco *παιδίου*, ut cod. *Vat.* exhibet. Eadem lectionis varietas quoque locum habet Iud. IX, 42. Vide quoque supra s. v. בָּקַע. - שִׁעֲשַׁע Pih. a שָׁעָה, *oblecto me*. Ies. XI, 8. ubi tamen loco *παιδίον* sine dubio *παῖζον* aut *παίζει* legendum erit. 2 Macc. VIII, 28. *τὰ παιδία*, docente *Grotio*, idem valet, quod Gen. XIV, 24. נְעָרִים, ubi in graeco *οἱ νεανίσκοι*. Conf. v. *νεανίσκος*.

ΠΑΙΔΙΟ'ΤΗΣ, *pueritia*. יַלְדוּת, *nativitas*. *Aqu.* Psalm. CIX, 3.

ΠΑΙΔΙ'ΣΚΗ, *puella*, *ancilla*. אָמָה, *ancilla*. *Al.* 2 Sam. XIV, 15. Gen. XX, 17. XXI, 10. 12. 13. et alibi. - בַּת, *filia*. *Symm.* Gen. XXXIV, 19. - יַלְדָּה, *nata*. Gen. XXXIV, 4. *λάβε μοι τὴν παιδίσκην ταύτην εἰς γυναῖκα*, sume mihi *puellam* hanc in uxorem. Conf. v. 3. ubi נַעַר vocatur. Confer *Aelian. V. H.* XII. c. 58. - *נַעַר, *puella*. *Symm.* Gen. XXXIV, 12. - נַעֲרָה, idem. Ruth. IV, 12. Amos. II, 7. - שִׁפְחָה, *ancilla*. Gen. XII, 16. *καὶ παῖδες καὶ παιδίσκαι*, et servi et *ancillae*. Vide et Gen. XVI, 1. XX, 14. et alibi saepius. Sap. IX, 5. populus Israeliticus dicitur *παιδίσκη θεοῦ*, h. e. *populus Deo inprimis carus*, *Deo eiusque cultui devotus*, *eiusque auxilio gavisus*. Vide *Παῖς*. *Phrynichus* p. 102. *παιδίσκη· τοῦτο ἐπὶ τῆς θεραπαίνης οἱ νῦν τιθέασιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆς νεάνιδος, οἷς ἀκολουθητέον*. Dissentit *Moeris*: *παιδίσκην, καὶ τὴν ἐλευθέραν καὶ τὴν δούλην, Ἀττικῶς. τὴν δούλην μόνην, Ἑλληνικῶς*. Idem *Thomas Magister*. Quos sequi mavult *Alberti* ad Act. XII, 13. p. 248. observans, *Lysiam Orat.* I. *pro caede Eratosth.* pag. 7. *παιδίσκην* vocare, quam antea pag. 9. *θεράπαιναν* dixerit. Conf. et *Wolfium* ad Marc. XIV, 66. pag. 530.

ΠΑΙΔΟΓΟ'ΝΟΝ "ΟΡΓΑΝΟΝ, *membrum genitale*. יָרֵךְ, *femur*, ac metonymice et synecdochice *partes genitales*.

Syrus et Hebr. Int. Gen. XXIV, 2. *Schol. Lycophr. Cassandr.* v. 212.

ΠΑΙΔΟΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *pueros* seu *liberos mihi gigno, foetifico.* 2 Macc. XIV, 25. *παρεκάλεσεν αὐτὸν γῆμαι καὶ παιδοποιήσασθαι*, hortabatur illum, ut uxorem duceret et *liberos sibi generaret.* Active verbum adhibuit *Aelianus V. H.* XII, 44. *ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ καὶ παιδοποιῆσαι*, ut ibi etiam matrimonia contraxerint et liberos genuerint.

**ΠΑΙΔΟΠΟΙΙ'Α*, *liberorum procreatio.* 4 Macc. XVII, 6. *Etymol. M. Gudian.* c. 410, 28.

ΠΑΙ'ΖΩ, *ludo, iocor, illudo, fidibus vel aliis instrumentis musicis cano, choreas duco, salto*, quasi contr. ex *παιδίζω*. מְחֹלָה, *chorus. Inc.* 1 Sam. XVIII, 6. *παίζουσα.* – עָכַס Pih. *impeditus incedo.* Ies. III, 15. *τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι.* Bene quoad sensum: nam עכס est h. l. *pedibus ad mensuram ordinatis gradiri. Vulg. composito gradu incedebant.* Arab. عكس, *inflexit*, et عكّس, *in gyrum se convertit.* – צחק Pih. *irrideo, illudo.* Gen. XXI, 9. *ἰδοῦσα δὲ Σάῤῥα τὸν υἱὸν Ἄγαρ — παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ*, videns autem Sara filium Agar — ludentem cum Isaaco: ubi *παίζειν* est i. q. *διώκειν*, coll. Gal. IV, 29. Gen. XXVI, 8. *εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας*, videbat Isaacum ludentem cum *Rebecca*: ubi *παίζειν* est *paulo liberius iocari*, unde *Schol. ed. Rom. εὐσχημόνως εἴρηται.* Exod. XXXII, 6. *ἀνέστησαν παίζειν*, surgebant ad *saltandum.* Eodem sensu profani passim verbum usurpant. Vide *Wolfium* ad 1 Cor. X, 7. p. 452. et *Lex. N. T.* s. h. v. Iud. XVI, 26. *ἔπαιζον αὐτῷ*, eum *illudunt.* – *שִׂיחַ, *commentor. Hebr.* Gen. XXIV, 63. sec. *Cat. Niceph.* p. 304. *παῖξαι.* Legit שַׂחֵק. – שִׂחֵק Pih. Iud. XVI, 26. *παιξάτω ἐνώπιον ἡμῶν. Bielius* transtulit: *instrumento musico canat* coram nobis. Sed mihi *παίζειν*, quod h. l. cum *ἐμπαίζειν* in codd. permutatur, praeter *ludendi* etiam *illudendi, irridendi* et *insultandi* notionem h. l. habere videtur ac vertendum esse: *ut ludibrium nobis exhibeat;* unde in cod. *Vatic.* additur: *καὶ ἐῤῥάπισον αὐτὸν*, quibus verbis nihil in textu hebr. respondet. Potest tamen quoque reddi: *saltet coram nobis*, ut *Hesiod. Scut.* v. 276. ubi vid. *Graevius. Schol. Homer.* ad *Odyss.* θ', 251. *παίσατε*, *Ἀττικῶς, χορεύσατε.* 1 Sam. XVIII, 7. *ἐξῆρχον αἱ παίζουσαι*, praecinebant *mulieres musico instrumento modulantes.* 2 Sam. VI, 5. *καὶ Δαβὶδ καὶ πάντες υἱοὶ Ἰσραὴλ παίζοντες ἐνώπιον Κυρίου ἐν ὀργάνοις*, et David et omnes filii Israel *canentes* coram Domino instrumentis musicis. 1 Par. XV, 29. *εἶδε τὸν βασιλέα Δαβὶδ ὀρχούμενον καὶ παίζοντα*, videbat regem David saltantem et *fidibus canentem.* Vide et Ier. XXX, 19. XXXI, 4. et conf. 3 Esdr. V, 3. Prov. XXVI, 19. *παίζων ἔπραξα, ludens* vel *iocans* feci. Ierem. XV, 17. *ἐν*

συνεδρίῳ παιζόντων, in congregatione *insultantium* s. *illudentium*. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Prov. VIII, 30. ubi in notione *laetandi* aut *delectandi* accipiendum esse videtur. Certe LXX h. l. habent *εὐφραινόμην*. Sirac. XLVII, 3. *ἐν λέουσιν ἔπαιζεν, ὡς ἐν ἐρίφοις*, cum leonibus *ludebat*, tanquam cum hoedis.

ΠΑΓΣ, *puer*, *puella*, *filius*, *servus*. *אָב, *pater*. *Inc.* 2Paral. II, 13. ubi arbitror *τὸν παῖδα* h. l. non solum ab interprete ob seriem orationis, quanquam non suo loco, insertum, sed etiam quaedam omissa esse, omninoque notam hanc hexaplarem ita refingendam esse: *O. χειρὰμ τοῦ πατέρος μου. Ἄλλος· τὸν παῖδα χειρὰμ τοῦ πατέρος μου.* Sic quoque optimi etiam antiquiores interpretes ante לְחוּרָם suppleri volunt verba: *qui fuit ipsius*. – אִישׁ, *vir*. Gen. XXXIX, 14. – אֲנָשִׁים plur. *homines*. 2Sam. XV, 22. – *אֹפֶה, *pistor*. *Aqu.* sec. cod 127. *Holm.* Gen. XL, 5. ubi verba *ὁ παῖς σου* sunt sine dubio corrupta. Quid si *καὶ ὁ πέσσων* legatur? Vide *Hexapla*. 1 Sam. VIII, 13. – *בֶּטֶן, *uterus*. *Symm.* Iob. XIX, 27. *υἱοὺς παίδων μου*. Per se spectatum posset quidem *παῖς* respondere voci בֶּטֶן, quatenus per metonymiam *uterus* positus esset pro *iis*, *qui ex utero prodierunt*. Sed partim nullo exemplo probari potest, vocem hebr. metonymice ita usurpari, partim h. l. ideo haec metonymia non locum habere potest, quia praecessit *υἱούς*. Videtur igitur loco *παίδων* reponendum esse *παιδισκῶν*, *filios ancillarum mearum*, quae permutatio e compendio scribendi facile oriri potuit; aut, quod eodem redit, statuendum esset, *παίδων* h. l. in genere foeminino accipiendum esse. Certe LXX habent h. l. *παλλακίδων μου*, *pellicum mearum*. – בֵּן, *filius*. Prov. IV, 1. *ἀκούσατε, παῖδες, παιδείαν πατρὸς*, auditi, *liberi*, institutionem patris. Ibid. XX, 7. – זֵכֶר, *memoria*. *Inc.* Iob. XVIII, 17. Scil. filiis memoria patris conservatur. Sic Graecis alias *παῖς filius* est. Vide *Wolfium* ad Act. III, 13. p. 1053. et *Eckhardi annotatt. philol. ex Homero ad N. T.* p. 126. – חַיִל, *exercitus*. Ierem. LII, 6. ubi *παῖδες milites* significare videtur. – יֶלֶד, *natus*. 2Reg. II, 24. Cohel. IV, 13. – מַלְאָךְ, *nuncius*. 1 Sam. XXV, 42. Sc. *παῖς* in universum *omnis* dicitur, *cuius opera reges ac principes utuntur in negotiis vel publicis vel privatis*. Vide supra ad *παιδάριον* s. v. מְבַשֵּׂר. – נְעוּרִים plur. *pueritia*. Gen. XLVI, 35. *ἐκ παιδὸς*, *a pueritia* s. *inde a pueris*. Conf. *Sturz. Lex. Xenoph.* s. h. v. – נַעַר masc. Gen. XVIII, 7. XXII, 3. 5. 19. et alibi. – נַעֲרָה foem. *puella*. Gen. XXXIV, 12. *δώσετέ μοι τὴν παῖδα ταύτην εἰς γυναῖκα*, date mihi hanc *puellam* in uxorem. Vide et Deut. XXII, 15. 23. 25. Sic etiam *Aelianus V. H.* VI, 4. *ἡ παῖς ἐρήμη πατρὸς*, *puella* orba parente. Vide et lib. XII. c. 38. et lib. XIII. c. 1. *Παῖς* quoque *filiam* notat, v. c. *Homer. Il. α'*, 20. ubi *Schol.* *τὴν θυγα-*

τέρα μου. – *עָבַד, *servio.* Ierem. XL, 9. ubi legerunt עָבַד. – עֶבֶד, *servus.* Gen. IX, 5. παῖς οἰκέτης. Ibid. XXIV, 2. εἶπεν Ἀβραὰμ τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ πρεσβυτέρῳ, dicebat Abrahamus *servo* suo seniori. De *servo* alias vox saepissime apud LXX legitur, ut et apud profanos utriusque linguae scriptores. Vide *Wolfium* ad Matth. XII, 18. p. 212. et ad Luc. VII, 7. p. 632. Vnde *Pollux Onom.* lib. III. c. 8. segm. 78. καλοῦνται παῖδες οἱ δοῦλοι, κἂν ὦσι πρεσβύτεροι. Et *Moeris*: παῖδα, τὸν δοῦλον, κἂν ᾖ γέρων, Ἀττικῶς. 2 Par. X, 7. παῖδες, *obedientes, obsequiosi.* Iob. IV, 18. εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει: ubi *Boysenius* in *dilucidatt. critt.* ad h. l. putat, omissa praepositione κατὰ, legendum esse εἰς παῖδας αὐτοῦ οὐ πιστεύει. – *עֲבַד chald. Dan. II, 4. 7. III, 29. – עִיר, *urbs.* 1 Par. XX, 3. ubi pro τοῖς παισὶν sine dubio reponendum est ταῖς πόλεσιν. – עַם, *populus.* 2 Sam. XV, 17. ubi οἱ παῖδες sunt *milites.* Praeterea legitur Gen. XVIII, 18. ubi pro παιδὸς nihil in textu hebr. reperitur. Legendum autem ibi est φίλου, ut legitur in *Philone Iud.* p. 401. ed. *Mangeyi* et in *Commentario* explicatur. Prov. XIX, 28. ubi παῖδα de suo addiderunt LXX Intt. Sap. II, 13. gens Iudaea dicitur παῖς κυρίου, coll. 3 Esdr. VI, 13. Sap. XIX, 6., h. e. *cultui veri Dei adscripta, et Deo admodum cara.* Sap. XVIII, 9. Israelitae appellantur παῖδες ἀγαθῶν, filii, quibus destinata sunt bona paterna a Deo. Baruch. III, 36. ubi παῖς θεοῦ dicitur *a Deo amatus*, coll. II, 20. 28. et 3 Esdr. VIII, 82. (1 Macc. III, 41. εἰς παῖδας. *Ernestius* in margine ed. *Bos.* adscripsit: Leg. πέδας e *Ioseph.* XII, 7, 3.) 2 Macc. VII, 34. παῖδες οὐράνιοι dicuntur Iudaei legi Mosaicae firmiter adhaerentes: ubi *Vatic.* δούλους habet. Iudith. VII, 12. παῖδες, *milites.* Vide supra s. v. חַיִל. 1 Macc. I, 6. παῖδες sunt *amici, ministri regis*, coll. v. 8. et Esth. II, 9. ubi עֶבֶד per φίλους reddiderunt. *Hesych.* παῖς, πᾶς ὁ φύσει υἱός ὤν τινος, καὶ ὁ τῇ ἡλικίᾳ νέος, καὶ ἀντὶ παρθένου. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δούλου. ἄρτι ἀκμάζων. Distinguendum et legendum videtur: δούλου, ἄρτι ἀκμάζοντος.

*ΠΑΙ͂Σ ΝΕ΄ΟΣ. נַעַר, *puer.* Prov. I, 4. ubi νέος videtur nomen esse substantivum ex alia versione inculcatum.

ΠΑΙ΄Ω, *percutio, verbero.* בָּלַע, *deglutio, absorbeo.* Iob. X, 8. με ἔπαισας. Libere verterunt, verbo παίειν tribuentes notionem *malis afficiendi.* Significat autem παίειν quoque ἐσθίειν secundum *Hesychium, Suidam* et *Photium.* – דִּכָּא Pih. *contero.* Iob. IV, 19. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Exod. XII, 13. ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, quando percutio in terra Aegypto, h. e. quando *cladem perniciosam infligo* Aegyptiis. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὅταν παίω, ὅταν τύπτω, ὅταν παιδεύω. Inde supplendus *Hesychius* in "Οταν παιδεύω ἢ τύπτω, et legendum: "Οταν παίω, ὅταν παιδεύω, ἢ τύπτω. Ios. XX, 9. παίοντι ψυχὴν, *occidenti* hominem. *Gloss. in Octat.* παίοντι, τύπτοντι,

κρούοντι. 1 Sam. XIII, 4. πέπαικε Σαοὺλ τὸν Νασὶβ τὸν ἀλλόφυλον, *caesa esse* a Saulo Philistaeorum praesidia. 2 Sam. XIV, 6. ἔπαισεν ὁ εἷς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *percutiebat* unus fratrem suum. Vide et Iud. XIV, 19. 2 Sam. VI, 7. 1 Reg. XVI, 16. *Phavorinus:* ἔπαισεν, ἔτυψεν, ἐπάταξεν, ἔπληξεν. Ierem. XIV, 19. ἱνατί ἔπαισάς με; quare nos *verberasti? Hesych.* ἔπαισας, ἔτυψας, ἐπάταξας, ἔπληξας, ἔδηρας (lege ἔδειρας). – טָרַף, *dilacero. Inc.* et LXX Hos. VI, 1. αὐτὸς πέπαικε, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς, ille percussit, et sanabit nos. *Hesych.* πέπαιξεν (lege πέπαικεν), ἐπάταξεν. – מָחַץ, *percutio, percutiendo frango.* Iob. V, 18. *Symm.* Num. XXIV, 17. παίσει. – נָגַף, *caedo, ferio, percutio.* 1 Sam. XXVI, 10. in notione *necandi.* – רָדָה, *dominor.* Ies. XIV, 6. ubi vox hebr. notat *tyrannidem exercere.*

ΠΑΛΑ΄ΘΗ, massa ficuum et pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes calcant atque compingunt, (*Martial.* XIII, 28.) it. *spica recens.* דְּבֵלָה, *palatha, massa ficuum aridarum compressa.* 1 Sam. XXV, 18. XXX, 12. 2 Reg. XX, 7. 1 Par. XII, 40. – כַּרְמֶל, *spica virens,* etiam *grana contusa.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 1354 sequ. 2 Reg. IV, 42. ἄρτους κριθίνους καὶ παλάθας, panes hordeaceos et *massas ficuum.* Aliter *Gloss. in lib.* 4 *Reg.* Παλάθας, χίδρα. – צִמּוּק, *ligatura uvae passae. Inc.* et LXX sec. ed. *Compl.* 2 Sam. XVI, 1. ubi cod. *Vat.* φοίνικες habet. – קַיִץ, *aestivi fructus. Inc.* 2 Sam. XVI, 2. αἱ παλάθαι εἰς βρῶσιν τοῖς παιδαρίοις, *massae ficuum* in escam pueris. Vide et Iudith. X, 5. *Hesych.* παλλάθη (lege παλάθη), ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις. Idem: παλάθαι, σύκων μαζία. – רִפוֹת plur. *contusa grana. Theod.* et LXX sec. ed. *Compl.* 2 Sam. XVIII, 19. παλάθας. Sic enim legendum loco πλάθας. *Gloss. in lib.* 2 *Reg.* Ἀραφώθ, παλάθας. Caeterum conf. *Intt.* ad *Alciphr.* III, 20.

**ΠΑ΄ΛΑΘΟΣ, pila* vel *massa,* i. q. παλάθη. Sir. XXIV, 15. sec. *Compl.* ὡς πάλαθος. Sed videndum, annon ibi legendum sit ἀσπάλαθος, ut per diastolen duarum vocum legunt per systolen unica voce *Romana* et caetera graeca.

ΠΑ΄ΛΑΙ, olim, ab antiquo. לְמֵרָחוֹק, *e longinquo.* Ies. XXXVII, 26. – לְפָנִים. *Inc.* 1 Sam. IX, 9. τὸ πάλαι. Praeterea legitur Ies. XXVIII, 29. ubi πάλαι post ἐξῆλθεν de suo addidit *Symmachus. Lex. Cyrilli MS. Brem.* πάλαι, ποτέ, ἀρχῆθεν.

ΠΑΛΑΙΟ'Σ, antiquus, vetus, senex, decrepitus. אֵיתָן, *perennitas,* etiam *peernni vigore praeditus. Symm.* Mich. VI, 2 – אֲשִׁישָׁה, *lagena. Aqu.* Hos. III, 1. παλαιά. *Aqu. Theod.* Iob. XV, 10. In utroque loco pro אֲשִׁישֵׁי legerunt יְשִׁישֵׁי, nam יָשִׁישׁ *decrepitum* notat, coll. Iob. XII, 12. Fortasse tamen putavit, אֲשִׁישֵׁי dictum esse pro יְשִׁישֵׁי, ut Ies. XVI, 7. *Aqu.* τοῖς πολυχρονίοις. – בָּלֶה. Ios. IX, 4. 5. – בְּלוֹיִם plur. *vetera-*

menta. Ier. XXXVIII, 11. - *טֶפַח, *palmus.* Ps. XXXVIII, 6. *παλαιάς.* Sed sine dubio reponendum est ibi *παλαιστὰς*, ut habent alii libri, ac legitur in *Catena Corderii* p. 721. Confer ad h. l. *Montf.* ac notas *L. Bosii. Semlerus* coniicit *παλαμαίας. Vulg. mensuraliter. Hieronymus: breves. Alcaeus* apud *Athen.* lib. X. c. 8. *δάκτυλος ἁμέρα.* - יָשִׁישׁ, *decrepitus.* Iob. XV, 10. *καί γε πρεσβύτης, καί γε παλαιὸς ἐν ἡμῖν*, et senex et aetate iam gravis inter vos. *Aqu.* Iob. XII, 12. Sic de persona etiam legitur apud *Platonem Conviv.* p. 319. *καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος, οὔτε παλαιὸς, ὡς αἰσχρόν.* Vide *Schwartzii Comm. Crit. l. gr. N. T.* p. 1023. - יָשָׁן. Levit. XXV, 22. XXVI, 10. Cant. VII, 13. - עָתִיק, *durabilis.* 1 Paral. IV, 2. Dan. VII, 9. 13. 22. *Symm. Theod.* Prov. VIII, 18. ubi *παλαιὸν durabile, diu superstes* notat, coll. Iob. XXI, 7. - *שֵׁן, *Sen*, nomen proprium loci. 1 Sam. VII, 12. ubi loco הַשֵּׁן sine dubio legerunt יָשָׁן, aut הַיָּשָׁן. Sap. XII, 3. 2 Macc. VI, 21. *Hesych. παλαιὸν, ἀρχαῖον, σαθρόν.*

ΠΑΛΑΙΑ' ΠΑΛΑΙΩ῀Ν, *vetera veterum.* יָשָׁן, *vetus.* Levit. XXV, 22. - נוֹשָׁן part. Niph. *veteratus.* Levit. XXVI, 10.

ΠΑΛΑΙΟ'Ω, *antiquo, vetustate consumo, veterem reddo*, et ΠΑΛΑΙΟ'ΟΜΑΙ, *veterasco, consenesco.* בְּלָא chald. *detero. Al.* Dan. VII, 25. *τοὺς ἁγίους ὑψίστου παλαιώσει*, sanctos altissimi faciet veterascere. *Gloss. MS. in Dan. καὶ ἁγίους ὑψίστου παλαιώσει, τουτέστι ταπεινώσεως.* Legendum videtur *ταπεινώσει, humiliabit*, quemadmodum et *al.* pro *παλαιώσει* Dan. l. c. habent. Praeferenda tamen videtur lectio *πλανήσει*, quam *Arabs* expressit, quae vel coniecturae loco XI, 32. ortae, vel lectioni יְשַׁנֶּה aut יַטֶּה ortum suum debet. - בָּלָה: בָּלָה, Kal et Pih. Deut. XXIX, 5. *οὐκ ἐπαλαιώθη τὰ ἱμάτια ὑμῶν*, vestimenta vestra *vetustate non consumta sunt.* Vide et Ios. IX, 13. Nehem. IX, 21. Iob. XIII, 28. Ies. LXV, 22. *ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν παλαιώσουσιν*, opera laborum ipsorum *veterabunt.* Thren. III, 4. *ἐπαλαίωσε σάρκα μου, veterem reddidit* carnem meam. *Inc.* Deut. XXIX, 5. *ἐπαλαιώθη.* Vide et *Symm.* Iob. XIII, 28. *Aqu. Theod.* Iob. XIV, 12. - בָּלֶה, *vetus.* Ios. IX, 5. - כָּלָא Pih. *claudo. Al.* Dan. IX, 24. *τοῦ παλαιωθῆναι.* Legit לְבַלֹּה. - כָּלָה, *deficio. Symm.* Genes. XVIII, 12. *παλαιοῦμαι, consenesco. Symm.* Iob. XXXVI, 11. Legit בָּלָה, ut etiam est in pluribus codd. ac editionibus. - *לֶהָבָה, *flamma.* Dan. XI, 33. *παλαιωθήσονται ἐν αὐτῇ*, sec. *Chis.* Ex una voce hebr. וּבְלֶהָבָה duas effecit interpres וּבָלָה בָה. - נָבַל, *cado.* Psalm. XVII, 49. *υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν*, filii peregrini consenuerunt. Legerunt יִבְלוּ a rad. בָּלָה, *veterascere*, aut potius ex sententia *Buxtorfii* in *Anticrit.* p. 676. tribuerunt *τῷ* נָבַל notionem *τοῦ* בָּלָה, coll. Exod. XVIII, 18. Idem valet quoque de loco Ezech. XLVII,

13. *Phavorinus* ac *Zonaras Lex.* 821. ἐπαλαιώθησαν, ἐγήρασαν. - נושן Niph. a יָשֵׁן, vulgo: *inveteratus.* Levit. XIII, 11. *Aqu. Symm. Theod.* sec. 130. *Holm.* Deut. IV, 25. - עָתַק: הֶעְתִּיק, Kal et Hiph. *consenesco, inveterascere iubeo.* Iob. IX, 5. ὁ παλαιῶν ὄρη, qui *ad vetustatem adducit* montes. Vide et Iob. XIV, 18. XXI, 7. πεπαλαίωνται. Psalm. VI, 7. ἐπαλαιώθην. Vnius literae demtione scribe ἐπαλαιώθη, ut ad oculum referatur. - *עָתִיק, *vetus. Symm.* Ies. XXIII, 18. παλαιῶσαι, *diu conservare. Inc.* Dan. VII, 9. Legit מעתיק. Praeterea legitur Dan. XI, 35. sec. cod. *Chis.* ubi verbis καὶ παλαιωθήσονται ἐν αὐτῇ nihil respondet in textu hebr. Susan. 52. πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, *inveterate* diebus malis. Sirac. XI, 19. ἐν τῷ ἔργῳ σου παλαιώθητι, in officio tuo *consenescas.*

ΠΑΛΑΙΣΤΗ' et *ΠΑΛΑΙΣΤΗ'Σ*, *palmus*, *mensura quatuor digitorum.* טֶפַח. 1 Reg. VII, 26. 2 Paral. IV, 5. Ps. XXXVIII, 7. ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, ecce palmos posuisti dies meos. Inter mensuras in SS. minima est palmus. Ergo *exiguae mensurae*, aut: *certo termino conclusae, quem egredi fas non est. Vulg. mensurabiles.* Dicitur παλαιστὴ ἡμέρα, *palmus dies*, ut apud *Athenaeum* Lib. X. c. 8. vetus quidam poeta *Alcaeus* dicit δάκτυλος ἁμέρα, *digitus* ; dies. *Vtimur apposite*, inquit *Drusius Adag.* Cl. II. Lib. III. num. 185., *cum indicamus vitae spatium perpusillum.* - טֹפַח. Exod. XXV, 25. στεφάνην παλαιστοῦ, h. e. παλαιστιαῖον, quod notat *quidquid magnitudine est palmari s. quatuor digitorum.* Exod. XXXVII, 12. Ezech. XL, 5. 45. XLIII, 13. ad quem locum videndus est *Montfauconius. Hesych.* παλαιστή, παλάμη, τὸ τεττάρων δακτύλων μέτρον, καὶ ἡ σπιθαμή. Conf. *Drusium in Fragm. vett. Intt. Graec.* p. 670. et *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* XIII, 5.

ΠΑΛΑΙΣΤΙΑΙ'ΟΣ, *qui est magnitudine palmari* s. *quatuor digitorum.* גֹּמֶד אָרְכָּהּ, *cubitus longitudo eius. Aqu. Symm.* Iud. III, 16.

ΠΑΛΑΙ'ΣΤΡΑ, *palaestra, locus ubi decertatur, lucta.* 2 Macc. IV, 14. *Hesych.* παλαίστρα, ἀγωνία. *Suidas:* παλαίστρα, τὸ γυμνάσιον.

ΠΑΛΑΙ'ΣΤΩΜΑ, *palmus.* טפחות plur. *Aqu.* 1 Reg. VII, 9. παλαιστωμάτων, palmorum, vel palmarium.

ΠΑΛΑΙ'Ω, *luctor, certo, conflictor.* נֶאֱבַק Niph. Gen. XXXII, 24. ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ, luctabatur vir cum illo. - גִּיחַ, *prodeo, erumpo. Aqu.* Iob. XXXVIII, 8. ἐν τῷ παλαίειν, cum luctaretur, h. e. omni vi contenderet emergere. Sermo ibi est de mari, ac imago desumta ab embryonibus, qui partui vicini ipsi omni vi annituntur ex utero emergere. Vide *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. - הֵגִיחַ Hiph. a גוח. *Al.* Iud. XX, 33.

ΠΑΛΑΙ'ΩΜΑ, antiquitas, vetustas. שַׁחַק, *coelum.* Iob. XXXVI, 28. XXXVII, 18. 21. ubi plerique statuunt eos, sed admodum inepte, עֲתָקִים legisse. Mihi autem videntur respexisse notionem *attenuandi* ac *comminuendi*, quam vox שָׁחַק in l. *Chald. Syr. Samar.* et *Arab.* habet: nam vetustate res atteruntur et consumuntur.

ΠΑΛΑΙ'ΩΣΙΣ, idem. בְּלִיַּעַל, *Belial, nequam.* Nahum. I, 15. *εἰς παλαίωσιν.* Legerunt, aut positum existimarunt pro עַל בְּלִי. עַל acceperunt pro אֶל: בְּלִי autem derivarunt a rad. בָּלָה, quae παλαιοῦσθαι significat. - בַּלֹּתִי. *Symm.* Ps. XCII, 11. Vox hebraica derivanda est a בָּלַל, *miscere, confundere*, etiam *perfundere*, hoc sensu: *inungis me oleo recenti.* Sed *Symmachus* aeque ac LXX, qui h. l. *γῆρας* habent, derivavit a בָּלָה, *veterascere*, ut sit infin. Pih. Caeterum apud *Symmachus* olim fuisse existimo παλαιότης. - *בְּלִי. *Symmachus* vel potius *Aquila* Psalm. LXXI, 7. Vide supra s. v. *οὐ* notata. - עָתִיק. *Theod.* Ies. XXIII, 18.

ΠΑΛΑ'ΜΗ, palma manus. כַּפַּיִם, *dual. Symm.* Iob. XI, 13. *τὰς παλάμας.* Ib. XXXVI, 32. *παλάμαις.* Lege *ἐν παλάμαις. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐν παλάμαις, ἐν ταῖς χερσίν.*

ΠΑΛΑ'ΤΙΟΝ, vox latina, *palatium.* הֵיכַל, *palatium. Symm.* Dan. IV, 1. *παλατίῳ.*

ΠΑ'ΛΙΝ, iterum, rursus. יָסַף, *addo.* Gen. VIII, 10. *Symm.* Ion. II, 5. - *יָשַׁב, *sedeo.* Ierem. XXXVI, 15. Iudice *Cappello* in *nott. critt.* ad h. l. p. 531. pro שֵׁב legerunt שׁב, et acceperunt significatione *Chaldaeorum*, quibus תוב est *rursus.* Sic infra v. 28. - שׁוּב, *revertor.* Gen. XXVI, 18. XXX, 31. Num. XXXV, 32. et alibi.

ΠΑ'ΛΙΝ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, rursus fio, vel *nascor.* חֲלִיפָה בָּא, *mutatio venit.* Iob. XIV, 14. *ὑπομενῶ, ἕως πάλιν γένωμαι*, tolerabo, donec rursus fiam vel nascar, h. e. donec *in novum et meliorem statum veniam*, aut secundum alios: *ex mortuis resurgam.* Sic apud *Hesychium παλιγγενεσία* exponitur *τὸ ἐκ δευτέρου ἀναγεννηθῆναι, ἢ ἀνακαινισθῆναι.* Sic etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.*, nisi quod pro *ἀναγεννηθῆναι* rectius habeat *γεννηθῆναι.* Et eadem vox de mortuorum resurrectione, qua illi renascuntur quasi, reperitur Matth. XIX, 28. Conf. ad h. l. *Wolfium* p. 288. Huc facit etiam locus *Philonis* de *Legat. ad Caium* p. 729. ubi Agrippa in *Ep. ad Caium: τὸν ἐπικρεμάμενον ἀεὶ τοῦ θανάτου φόβον ἀπώσω, καὶ τεθνεῶτα τῷ δέει ζωπυρήσας, καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας ἀνήγειρας.* Adde, quae ex *Luciano* notat *Schwartzius Comm. Crit. Gr. L. N. F.* p. 1023. Sic et genethliaci quidam, qui idem corpus et eandem animam, quae coniuncta fuerint aliquando in homine, annis numero quadringentis quadraginta rursus in coniunctionem redire olim putarunt, *παλιγγενεσίαν* illud dixerunt. Vide *Augustinum* de *civit. Dei* L. XXII. c. 28. -

Vide alibi *ἀπέρχομαι, ἀποκαθίστημι, βαδίζω, πορεύομαι, προσέρχομαι*, et *σπεῖραι*.

ΠΑΛΛΑΚΗ', *puella*, *iuvencula*, item *pellex*, *concubina*. בִּילְגֶשׁ: פִּלֶגֶשׁ, idem. Gen. XXV, 6. XXXVI, 12. Iud. VIII, 31. et alibi saepius. - שֵׁגַל, *coniux regia*. Neh. II, 6. *Symm*. Psalm. XLIV, 10. - נָשִׁים plur. *uxores*. *Inc*. Gen. XXXVII, 2. Ex sententia *Scharfenbergii* ad h. l. temere quis coniecerit, *Inc. Int.* pro נְשֵׁי legisse פִּלַגְשֵׁי, *pellicum*. Sed *τῶν παλλακῶν* est glossema ductum e libris doctorum veteris Ecclesiae Christianae, qui Balam et Selpham non legitimas uxores, sed concubinas appellant, ut ex locis ibi adductis luculenter apparet.

ΠΑΛΛΑΚΙ'Σ, idem. בֶּטֶן, *venter*. Iob. XIX, 17. *υἱοὺς παλλακίδων μου*, liberos pellicum mearum. Ita verterunt LXX, quia secundum cap. I. 18. 19. liberi Iobi funesta morte perierant, ut adeo liberi, quos h. l. commemorat, de liberis pellicum explicari debeant. Illis autem temporibus patrem familias servabus suis pro pellicibus aut concubinis uti potuisse, constat ex historia Abrahami et Iacobi. Vide supra s. v. *παῖς*. - פִּילֶגֶשׁ, *pellex*, *concubina*. Genes. XXII, 24. Confer quae ex *Athenaeo* notat *Drusius* ad Esth. II, 14.

ΠΑ'ΛΛΟΜΑΙ, *palpito*, *contremisco*, a *πάλλω*, *vibro*, *quatio*, *concutio*. מְעִיל, *pallium*. Esdr. IX, 3. 5. *ἐπαλλόμην*, *insilii*. Coniecturam *Trommii* et *Bielii*, ex qua עָלָה legerunt, mihi non satisfacere ingenue fateor. Mallem utrobique reponere *ἐπενδύτην*. *Hesych*. *πάλλεται, πηδᾷ, σείεται, κραδαίνεται, κινεῖται, σφύζει*. Inde *παλμὸς*, *tremor*. *Hesych*. *παλμὸς, τρόμος*.

ΠΑΜΒΑΣΙΛΕΥ'Σ, *omnium s. summus rex*, *absolutus dominator*. Sir. L, 18. *ὑψίστῳ παμβασιλεῖ*: ubi de Deo dicitur. Substantivum *παμβασιλεία* reperitur apud *Aristoph. Nub.* 356. et 1149.

ΠΑΜΒΟ'ΤΑΝΟΝ, *quaelibet* vel *omnis herba*. *ΠΑΜΒΟ'ΤΑΝΟΣ*, *totus herbaceus*. עֵשֶׂב, *herba*. Iob. V, 25. filii tui erunt *ὥσπερ τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ*. Reddiderunt hanc vocem *Hesychio* loco *πάμπανος* Interpretes, ut Ceres *παμβότανος* dicatur, quatenus est *omnium herbarum productrix*.

ΠΑΜΜΕΓΕ'ΘΗΣ, *omnino magnus*, *maximus*. אַבִּיר, *fortis*. *Symm*. Ps. LXVII, 31. *παμμεγεθῶν*.

ΠΑΜΜΕΛΗ'Σ, *varie modulatus*, *canorus*, *concinnus*, *suavis*. 3 Macc. VII, 16. *ἐν αἴνοις καὶ παμμελέσιν ὕμνοις*, laudibus et suavibus hymnis. *Hesych*. *παμμελέσιν, ἐμμελέσι, γλυκεροῖς*.

**ΠΑΜΜΙΑΡΩ'ΤΑΤΟΣ*, *omnium scelestissimus*. 4 Macc. X, 17.

ΠΑΜΜΙΓΗ'Σ, *promiscuus, ex omni genere mixtus.* 2 Macc. III, 21. XII, 13. παμμιγέσιν ἔθνεσιν. *Aeschyl. Pers.* 269. ubi *Schol.* διαφόρων ἐθνῶν.

ΠΑ'ΜΜΙΚΤΟΣ, *omni ex genere mixtus, omnis generis.* עָרֹב, *mixtura insectorum. Aquil.* Ps. CIV, 31. Respexit etymologiam vocis ab עָרַב, *miscuit. Aeschyl. Pers.* v. 52. *Schol.* et v. 905.

ΠΑΜΜΥΙ'Α, *omni modo musca.* עָרֹב, *mixtura insectorum. Aqu.* Exod. VIII, 17. (21.) Psalm. LXXVII, 45. Ita transtulit ex origine τοῦ עָרַב, *miscuit.* Descriptionem huius animalis dat *Iosephus A. I.* II, 14. Caeterum *Scharfenbergius* ad Exod. VIII, 21. observavit, pro παμμυῖαν in utroque loco scribendum esse πάμμικτον, ut edidit *Martianaeus* ad *Hieronym.* T. II. *Opp.* p. 663. Vide quoque supra s. v. κοινομυῖα.

ΠΑΜΠΛΗΘΗ'Σ, *permultus, quam plurimus.* עָצַם, *fortifico, roboro,* etiam *numerosum reddo. Symm.* Psalm. XXXIV, 18. et CXXXVIII, 17. παμπληθεῖς. *Suidas:* παμπληθεῖς, πάνυ πολλάς.

*ΠΑΜΠΟΙ'ΚΙΛΟΣ, *varius.* 4 Macc. XV, 11. παμποίκιλοι βάσανοι, *varia* tormenta. Adde *Etymol. M.* 113, 24. et *Etymol. M. Gud.* 60, 45. et 435, 7.

*ΠΑ'ΜΠΟΛΥΣ, *plurimus, permultus.* לְמַכְבִּיר, *ad copiam. Symm.* Iob. XXXVI, 31. παμπόλλην. *Vulg. multis mortalibus.* – *רַב, *multus. Symm.* Ps. XXXIX, 6. *Suidas:* παμπόλλη, ἡ πολλὴ καὶ ποικίλη.

*ΠΑΜΠΟ'ΝΗΡΟΣ, *valde improbus, pessimus.* 2 Macc. XIV, 27. ταῖς τοῦ παμπονήρου ἐρεθισθεὶς διαβολαῖς. *Vulgatus: pessimi huius criminationibus irritatus. Schol. ad Aristoph. Ran.* v. 106. ὁ παμπόνηρος, ὁ εἰς πάντα πονηρευόμενος. Πᾶν in compositione haud raro est i. q. πολὺ, ut παμποίκιλος est πολύτροπος, teste *Phavorino.* In *Stephani Thesauro* ἀμαρτύρως affertur hoc adiectivum, quod tamen legitur apud *Alciphr.* I, 30. III, 10. *Aristoph. Acharn.* 854. et *Polluc. Lex.* III, 58.

ΠΑΜΦΥΛΙ'Α, *omne genus populorum.* גּוֹיִם, *gentes. Symm.* Gen. XIV, 1. παμφυλίας, *omnipopulanae,* ut transtulit *Grotius.* Alias est nomen proprium regionis Asiae minoris.

ΠΑ'ΜΦΥΛΟΣ, *ex omni gentium genere mixtus,* q. d. *ex omni tritu.* 2 Macc. VIII, 9. ὑποτάξας παμφύλων ἔθνη οὐκ ἐλάττους. Adde *Aristoph. Av.* 1063. *Ioseph. de Maccab.* §. 4. p. 502, 28.

*ΠΑΝΑ'ΓΙΟΣ, *sanctissimus.* 4 Maccab. VII, 4. de Eleasaro.

*ΠΑΝΑ'ΡΕΤΟΣ, *omni virtutum genere ornatissimus,* item *summam praeceptionum utilium de omni virtute com-*

prehendens. Prol. Sir. ed. *Camerarii*, ubi ex sententia *Camerarii* post πανάρετος supplendum est βίβλος, h. e. *liber universae virtutis doctrinam complectens.* Ita praeter Siracidae librum etiam a toto antiquorum choro *Sapientiae Salomonis* liber teste *Eusebio H. E.* IV, 25. appellabatur.

**ΠΑΝΓΕΩΡΓΟΣ*, *communis omnium agricola.* 4 Macc. I, 29. ὁ πανγέωργος λογισμός.

**ΠΑ'ΝΔΕΙΝΟΣ*, *gravissimus.* 4 Macc. III, 15. πάνδεινον κίνδυνον. Ib. IV, 7. *indignum* facinus. Ib. v. 15. *insolens*, ubi cum δεινὸς permutatur in codd.

ΠΑΝΔΗΜΕΙ', *cum omni totius populi frequentia*, *publice*, *vulgo*, *passim.* כָּלִיל, *prorsus.* Deut. XIII, 16. ἐμπρήσεις πάντα τὰ σκῦλα αὐτῆς πανδημεὶ, incendes omnia spolia eius *publice.* Sic *Aelianus V. H.* l. IV. c. 5. Ἀθηναῖοι δὲ πανδημεὶ τοῖς Ἡρακλέους ἀπογόνοις ἀπέτισαν χάριτας, Athenienses publice gratias posteris Herculis persolverunt. Idem *hist. anim.* XVII, 27. πανδημεί τε καὶ παγγενεῖ. *Hesych.* πανδημεὶ, σὺν παντὶ τῷ δήμῳ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πανδημεὶ, σὺν ὅλῳ τῷ δήμῳ.

ΠΑ'ΝΔΗΜΟΣ, *ad universum populum pertinens*, *publicus*, *communis*, *universus.* מִשְׁפָּחָה, *familia. Symm.* 1 Sam. XX, 29. θυσία πάνδημος, victima *totius populi.* 2 Maccab. III, 18. πάνδημον ἱκετείαν. *Hesychius:* πανδήμου, δημοσίας, κοινῆς.

**ΠΑΝΕΘΝΙ'* (proprie πανεθνεὶ), *cum universo populo*, *universus populus.* Formatum est, ut πανοικεὶ et similia, de quibus vid. *Fischerus Proluss. de vitiis Lex. N. T.* p. 590. sequ. Sap. XIX, 18. δι' οὗ (sc. πεδίου) πανεθνὶ διῆλθον, qua via plana *universus* transiit *populus. Strabo Geogr.* lib. V. p. 326. A. ἀπώλοντο πανεθνεί.

ΠΑΝΕΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ, *omnia intuens*, *omnium rerum inspector*, *omniscius*, vel *omnia prospiciens.* Sap. VII, 23. ubi de Deo usurpatur, et cod. *Alex.* habet παντεπίσκοπον. Legitur quoque apud *Clement. Alex. Strom.* p. 837, 9.

ΠΑΝΕΠΟ'ΠΤΗΣ, *omnia inspiciens*, *omnia oculis suis lustrans.* 2 Maccab. IX, 5. sec. Cod. *Vat.* ubi *Alex.* παντεπόπτης habet. Conf. *Suiceri Thes. Eccles. s. h. v.*

ΠΑΝΗΓΥΡΕ'Ω, *festum s. panegyrin celebro*, *exulto.* הגיל Hiph. a גיל. Ies. LXVI, 10. πανηγυρήσατε ἐν αὐτῇ. Sed Editoribus Londinensibus *Thesauri gr. l. H. Stephani* T. I. f. 486. vera ibi lectio videtur πανηγυρίσατε, ut edidit *L. Bos.*

ΠΑΝΗΓΥΡΙ'ΖΩ, idem. חָגַג. *Symm.* Psalm. XLI, 5. πανηγυρίζων, et Lev. XXIII, 41. πανηγυρίσετε. Vide quoque s. v. πανηγυρέω.

ΠΑΝΗ'ΓΥΡΙΣ, *festivus ac solemnis populi conventus*, *publica celebritas.* חַג, *festum. Symm.* Lev. XIII, 41. — *חָגַג,

festum celebro. Symm. 1 Sam. XXX, 16. *ὡς ἐν πανηγύρει*, sc. *ὄντες*: quae verba *Vulgatus* ita transtulit: *quasi festum celebrantes diem.* – מוֹעֵד, *conventus.* Ezech. XLVI, 12. Hos. II, 11. IX, 5. – עֲצָרָה, *dies feriatus.* Amos. V, 21. Loca profanorum, ubi vox occurrit, vide apud *Wolfium* ad Hebr. XII, 22. ac in *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣΜΟ'Σ, festi panegyrici celebratio, panegyrica pompa vel *ostentatio*, item *mercatus publicus, nundinae.* Sap. XV, 12. *ἐλογίσαντο τὸν βίον πανηγυρισμὸν ἐπικερδῆ*, opinati sunt, vitam esse *mercatum publicum* quaestuosum. *Lex. Cyrilli MS. Brem. πανηγυρισμὸν* interpretatur *θέατρον, πανήγυριν.* Sic quoque *πανήγυρις* pro *nundinis* sumitur. Vide *Gaulmin.* ad *Eustathium H. et H. Amor.* p. 57.

ΠΑ'ΝΘΗΡ, panthera, nomen animalis. שַׁחַל, *leo ferox*, aut secundum alios *leo niger.* Vide *Bochartum Hieroz.* P. I. Lib. III. c. 1. p. 717. Hos. V, 14. XIII, 7. ubi Arabs *leonem* posuit, شبل. Confer notata infra in *πάρδαλις.*

**ΠΑΝΟ'ΔΥΡΤΟΣ, valde lamentabilis, flebilis, lugubris*, i. q. *πανδάκρυτος.* 3 Macc. IV, 2. *πανόδυρτος μετὰ δακρύων βοή*, valde lugubris cum lacrymis coniunctus clamor. In cod. *Alex.* perperam ibi legitur *πανόδυρκτος.* Ib. VI, 32. *καταλήξαντες δὲ θρήνου πανόδυρτον μέλος*, finito flebili lamentationis cantico.

ΠΑΝΟΙΚΙ', cum tota domo s. familia. בַּיִת, *domus. Al.* Exod. I, 1. Vide quoque 3 Macc. III, 27. ubi in cod. *Alex.* *πανοικίᾳ* legitur. Repudiat quidem hanc vocem *Thomas Mag.* p. 676. ed. *Bernard.*, dum scribit: *πανοικὶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων, πανοικεσίᾳ δὲ καὶ πανοικησίᾳ.* sed reperitur tamen apud *Diod. Sic.* et *Iosephum* in locis a *Wittero* ad h. l. adductis, quibus addo *Aeschin. Socr. Dial.* III. c. 1. *πανοικὶ ἐξαιρεῖν*, cum omni familia delere ac interficere. Vide quoque *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* XIV. 115. *Lex. Cyrilli MS. Brem. πανοικὶ, σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ.*

ΠΑΝΟΙΚΙ'Α, tota familia, universa domus. בַּיִת, *domus. Al.* Gen. L, 22. ubi alii libri *παροικίᾳ* habent. – טַף, *puerulus. Theod.* Iud. XVIII, 21. *Additam. Esther.* XVI, 12. *σὺν τῇ πανοικίᾳ. Vulg. omnis cognatio eius.*

ΠΑΝΟΠΛΙ'Α, i. q. *ὅλη ἡ ἁρματωσία, omnis generis arma militaria* (seu, uti *Ambrosius* ad Ephes. VI, 11. exprimit, *universitas armorum*), *universa armatura, gravis armatura*, et ex adiuncto: *potentia vis bellica.* אַרְבֶּה, *locusta.* Iob. XXXIX, 20. *Bielius* putat, LXX hic legisse vocem ea ratione punctatam, qua *cataractam* notat, nempe אֲרֻבָּה. Sed *Grevio* (in libro inscripto: *Vltima capita libri Iobi ad gr. vers. recens. notisque*

illustr. Part. I. *Daventr.* 1788. 4. p. 12.) verba: *περιέθηκας δὲ αὐτῷ πανοπλίαν*, glossema esse videntur ad versum praecedentem, quod locum verae interpretationis occupaverit. Convenit cum eo *Kreyssigius*, qui in *Obss. Phil. Critt. in Iob.* XXXIX, 9 - 25. p. 14. sequ. in his verbis alius interpretis graeci versionem, pertinentem illam ad verba v. 19. הֲתִתֵּן לַסּוּס גְּבוּרָה, latere suspicatus est. - חֲלִיצָה, *exuviae.* 2 Sam. II, 21. Vide et Iud. XIV, 3. - *צִנָּה, *clypeus*, *lancea*, *hasta.* *Aqu.* Ps. XCI, 4. - שְׁלָטִים plur. *scuta.* *Symm.* 2 Reg. XI, 10. *Aqu.* 2 Sam. VIII, 7. Psalm. XC, 5. In omnibus his locis שֶׁלֶט, *scutum*, per metonymiam speciei pro genere de *omnis generis armis* interpretati sunt. Conf. supra s. *ὅπλον.* *Vulgatus* quoque 2 Reg. l. l. *arma* habet. *Scharfenbergius* in *Prolus.* de *Iosephi et Vers. Alex. consensu* p. 21. existimat, *πανοπλίας* apud *Aquilam* 2 Sam. VIII, 7. esse desumtum e *Iosepho A. I.* VII, 5, 3. Sap. V, 18. Sirac. XLVI, 8. *ἵνα γνῶσιν ἔθνη τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ*, nempe Dei. *Vulgatus: ut cognoscant gentes potentiam eius.* 2 Maccab. III, 25. X, 30. Conf. *Raphelii annotatt. ex Polybio* ad Ephes. VI, 11. p. 548. *L. Bos* ad Eph. VI, 13. p. 192. et *Ottii Spicileg. ex Iosepho ad N. T.* p. 409.

ΠΑΝΟΥ'ΡΓΕΥΜΑ, *callide factum* aut *excogitatum*, *calliditas*, *dolus.* Sir. I, 6. ubi sapientiae *πανουργεύματα*, et quidem bono sensu, tribuuntur, h. e. *prudentia et abscondita consilia.* Ib. XLII, 24. Sic quoque עָרְמָה Prov. I, 4. et cap. VIII, 5. 12. bono sensu dicitur, ut sit i. q. חָכְמָה, et Sirac. VI, 34. *πανοῦργος* et *σοφὸς* commutantur. Legitur praeterea apud *Schol. Aristoph. Equit.* 414. et *Suidam* s. v. *ὑπέρχεται.*

ΠΑΝΟΥΡΓΕΥ'Ω, *callide ago.* עָרַם, idem. 1 Sam. XXIII, 22. Vide quoque *Phavorinum* s. v. *αἰγυπτιάζει.*

ΠΑΝΟΥ'ΡΓΗΜΑ, i. q. *πανούργευμα*, it. *prudens consilium.* Iudith. XI, 8. (*πανουργήματα τῆς ψυχῆς*, *callida consilia prudentiaeque plena.*) et Sirac. I, 6. sec. cod. *Alex.* ex emendatione certa *L. Bosii.* Sir. XLII, 18. *πανουργήμασιν* et *πανουργεύμασιν* confunduntur.

ΠΑΝΟΥΡΓΙ'Α, *calliditas*, *astutia*, *versutia*, it. *prudentia.* *עַד־מָה, *donec*, *quousque.* Num. XXIV, 22. *νοσσιὰ πανουργίας*, *nidus*, *in quo astute latitet.* Legerunt contracte עָרְמָה. Non male. - עָרְמָה. Ios. IX, 4. Prov. I, 4. *ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν*, ut det simplicibus *prudentiam.* Ib. VIII, 5. *Symm.* Prov. VIII, 12. In priore loco vox haec malo sensu adhibetur de hominibus ad malitiam et fraudem acutis (ut apud *Philonem quod det. insid. pot.* p. 159. ubi ei *φρόνησις* opponitur), in reliquis vero in laudem confertur, et adhibetur de eorum virtute, qui dextre ac sollerter in rebus gerendis versari norunt. Sirac. XIX, 25. *πανουργία ἀκριβής.*

Vulg. solertia certa, quia certis mediis, quae dilegenter exquisivit, subnixa est. Ib. XXI, 15. XXXIV, 10.

ΠΑΝΟΥΡΓΟΣ, proprie et generatim *is, qui in omnibus rebus est versatus*, deinde autem sensu malo *callidus et versutus, astutus*, ac sensu bono *prudens, sapiens*, quemadmodum et Latini *versutos et callidos* appellant, *quorum mens celeriter versetur, et usu concalluerit. Cicero de Nat. Deor.* III, 10. חָכָם, *sapiens*. Prov. XIII, 1. – מֵבִין יוֹדֵעַ, *intellegens sciens*. Prov. XXVIII, 22. – עָרוּם. Iob. V, 12. βουλὰς πανούργων, consilia *callidorum*. Sic *Aeliano V. H.* I, 5. ἀλώπηξ πανοῦργος. Prov. XIII, 17. πᾶς πανοῦργος πράσσει μετὰ γνώσεως, omnis *prudens* agit cum consilio. Prov. XIV, 8. σοφία πανούργων, sapientia *prudentum*. Vide et v. 15. ac 18. Prov. XXII, 3. et conf. Prov. XII, 24. ubi *Alii* pro συνετὸς habent πανοῦργος. Adde *Theodot.* Iob. XV, 5. ubi pro πανοῦργον legere mallem πανούργων. *Aqu.* Gen. III, 1. καὶ ἡ ὄφις ἦν πανοῦργος ἀπὸ παντὸς ζώου τῆς χώρας, erat autem inter feras bestias omnes una quaedam serpens prae caeteris *insidiosa*. Constructione πανοῦργος cum ἀπὸ pro πανουργότερος, ut apud *Symmachum* legitur, hebraismi servandi et exprimendi causa usus est. – *עֹשֶׁר, *opulentia*. Prov. XIV, 24. Loco עָשְׁרָם, *opulentia eorum*, legisse quidem videri possent עָרוּם, deficiente ש, si modo appareret, quo modo πανοῦργος dici possit στέφανος σοφῶν. Assentior igitur *Grabio*, qui eius loco πλοῦτος αὐτῶν ex *Ald.* et *Compl. Aqu.* ac *Theod.* substituit. Sirac. XXI, 12. ubi *Vulg. sapiens*. Sirac. XXII, 33. ubi σφραγὶς πανοῦργος est sigillum *firmum, artificiose factum et caute impositum*, ut nempe totum os claudat. *Vulg. signaculum certum*. Sirac. VI, 34. πανοῦργος et σοφὸς commutantur. Sir. XXI, 20. πανοῦργος *Bretschneidero* is dici videtur, *qui urbanitate ac moribus longa peritia perpolitis est conspicuus*, ut sit i. q. πολύπειρος v. 22. *Moeris Att.* κομψεία, Ἀττικῶς· πανουργία, Ἑλληνικῶς. *Phavorinus:* πανοῦργος κυρίως ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, καὶ ὁ δραστήριος, καὶ ἐνεργὴς, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ὁ ἐπὶ κακοῖς νοήμασιν εὐεπίβολον ἔχων γνώμην, ὡς καὶ πανοῦργος, ὁ πάντα ἐργαζόμενος καὶ ὁ μηχανικός. Eadem fere habet *Thomas Magister. Hesychius:* πανοῦργος, πάντα μανθάνων, δόλιος, πάντα ἐν πονηρίᾳ ἐργαζόμενος. *Suidas:* πανοῦργος, ὁ πάντα ἐν πονηρίᾳ ἐργαζόμενος. λέγεται δὲ καὶ ὁ πάνυ φρόνιμος, καὶ ὁ πάντα ἐπιστάμενος.

ΠΑΝΟΥΡΓΟΤΕΡΟΣ, comparat., *prudentior, callidior, astutior*. הֶעֱרִים Hiph. *callide, prudenter ago*. Prov. XV, 5. ὁ δὲ φυλάσσων τὰς ἐντολὰς, πανουργότερος, qui autem custodit praecepta, *prudentior*. – עָרוּם, sequenti voce cum praefixo מ. *Symm.* Gen. III, 1.

ΠΑΝΟΥΡΓΟΤΕΡΟΣ ΓΙΝΟΜΑΙ, *prudentior fio*. חָכַם, *sapiens sum*. Prov. XXI, 11. *Symm.* σοφισθήσεται.

ΠΑΝΟΥΡΓΟ'ΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *prudentior* seu *sapientior sum*. הֶעֱרִים Hiph. Prov. XIX, 25. ἄφρων πανουργότερος ἔσται, stultus *prudentior* reddetur.

ΠΑΝΟΥ'ΡΓΩΣ 'ΟΜΙΛΕ'Ω, *astute conversor*. הֶעֱרִים סוֹד, *callide ineo secretum*. *Symm.* Ps. LXXXII, 4.

ΠΑΝΣΕ'ΛΗΝΟΣ, *plenilunaris*. כֶּסֶא, *plenilunium*, ita dictum, quod tum tota luna tegatur luce. *Aqu.* Prov. VII, 20. εἰς ἡμέραν πανσελήνου, in diem *plenilunii*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πανσελήνου, πέντε καὶ δεκαταίας. *Phavorinus:* πανσελήνου, πεντεκαιδεκατέας (lege e *Lex. cit.* πέντε καὶ δεκαταίας) πεπληρωμένης σελήνης. Adde *Aristoph. Equit.* 317. *Athen.* IX. p. 407. A. ubi vid. *Casaub.*

**ΠΑ'ΝΣΟΦΟΣ*, *omnifaria sapientia et scientia praeditus*, *sapientissimus*. 4 Maccab. I, 12. τῷ πανσόφῳ θεῷ. Ib. II, 19. Iacobus patriarcha ita dicitur ob summam eius prudentiam. Ib. XIII, 18. πρόνοια πάνσοφος. *Etymol. M. Gudian.* 285, 35.

ΠΑΝΣΠΕΡΜΙ'Α, *omne seu omnis generis semen*, seu *fruges* (*Alciphr.* III, 14.). דָּגָן, *frumentum*. *Symm.* Psalm. LXIV, 10. πανσπερμίαν. Adiectivum πανσπερμηδὸς reperitur apud *Athenaeum* IX. p. 372. F. *Photius Lex.* παγκαρπία (lege παγκαρπία), πανσπερμία.

**ΠΑΝΤΑ'ΠΑΣΙ* vel *ΠΑΝΤΑ'ΠΑΣΙΝ*, Adv. *omnino*, *prorsus*, *plane*. Sirac. XXXVII, 28. παντάπασιν sec. ed. *Aldin.* Sed legendum ibi est divisim πάντα πᾶσι. Idem valet de loco XL, 14.

ΠΑΝΤΑΧΗ͂, *ubique*. בחוצות, *in plateis*. Ies. XXIV, 11. – *כֹּל. *Inc.* 1 Reg. II, 3. Vnde apparet, post כֹּל in textu hebraico omissum esse מָקוֹם. Vide quoque Sap. II, 9. 2 Macc. VIII, 7.

**ΠΑΝΤΑΧΟ'ΘΕΝ*, *undique*, *ex omnibus partibus*. 4 Macc. XIII, 1. *omnino*. Ib. XV, 32.

ΠΑΝΤΕΛΩ͂Σ, *omnino*, *prorsus*. רַק. *Inc.* Iud. III, 2. Vide quoque 2 Macc. III, 12. 31. VII, 40. XI, 1. XIV, 46.

**ΠΑΝΤΕΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ*, *omnia inspiciens et lustrans*. Sap. VII, 23. sec. cod. *Alex.* ubi in reliquis libris legitur πανεπίσκοπος.

**ΠΑΝΤΕΠΟ'ΠΤΗΣ*, *omnia videns*. 2 Maccab. IX, 5. sec. *Alex.*

**ΠΑΝΤΕΥΧΙ'Α*, *armatura tota*, *arma*. 4 Macc. III, 12. ubi alii libri πανοπλίας habent. *Zonaras Lex.* col. 1507. παντευχία, ἡ πανοπλία. Idem quoque tradit *Photius*, *Hesychius* et *Suidas*.

ΠΑ'ΝΤΗ, *penitus*, *prorsus*, it. *ubique*, *undique*, *quoquoversum*. Sirac. L, 24. θεῷ, τῷ μεγαλοποιοῦντι πάντη. *Hesych.* πάντη, πάντως, πανταχοῦ, πάντοθεν.

ΠΑΝΤΟΔΑΠΙ'Α, *omnimoda abundantia.* Respondet haec vox in versione *Aquilae* Ies. LXVI, 11. non hebr. כָּבוֹד, *gloria*, ut *Bielius* festinanter scripsit, sed זִיז, *splendor.* Aeque ac *Symmachus* et *Theodotion*, qui πλῆθος posuerunt, legit זִיז a זָזָה, arab. زوى, *collegit*, *congessit*, unde מְזָוִים, *promtuaria*, *penuaria.* *Vulg. omnimoda gloria:* quibus verbis *Aquilae* interpretatio exprimi videtur.

ΠΑΝΤΟΔΑΠΟ'Σ, *varii generis*, *omnimodus*, s. *omnigenus*, *quasi qui est ex omni solo ac regione*, ex παντὸς et δάπεδον, *pavimentum*, *solum.* זִיז, *splendor.* *Aqu.* Ps. XLIX, 11. LXXIX, 14. παντοδαπά. Vide supra s. v. παντοδαπία. – Vide alibi δένδρον.

ΠΑΝΤΟΔΥ'ΝΑΜΟΣ, *omnipotens.* Sap. VII, 23. XI, 18. XVIII, 15. et 2 Macc. XI, 13. sec. *Compl.*

ΠΑ'ΝΤΟΘΕΝ, *undique*, *ab omni parte.* כַּלְכֵּל infin. Pih. a כּוּל, *sustentare.* Ierem. XX, 9. ubi fortasse legerunt כָּלִיל. Vide et Sirac. LI, 10. Susann. 21. et confer Luc. XIX, 43.

ΠΑΝΤΟΙ~ΟΣ, *omnigenus*, *varius*, *omnimodus.* *כֹּל. *Symm.* 2 Sam. VI, 5. – *נְבִזְבָּה, *erogatio.* Dan. II, 6. sec. cod. *Chis.* λήψεσθε δόματα παντοῖα. Eleganter. – תְּכֵלֶת, *hyacinthus.* *Theod.* Ezech. XXIII, 6. ubi tamen post παντοίας omissum est ἐσθῆτος, aut κατασκευῆς. Vide supra s. v. κατασκευή. Vide et 2 Macc. V, 3. παντοίους θωρακισμούς.

**ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΙ'Α*, *omnipotentia*, *summa maiestas.* Sirac. XIX, 18. (21. sec. *Compl.*) cum omni vera sapientia legum divinarum observatio, καὶ γνῶσις τῆς παντοκρατορίας αὐτοῦ, et maiestatis divinae cognitio coniuncta esse solet. Est vox haec eodem modo formata, quo αὐτοκρατορία. Adiectivum παντοκρατορικὸς legitur apud *Clementem Alex. Strom.* p. 564, 17.

ΠΑΝΤΟΚΡΑ'ΤΩΡ, *omnipotens.* צְבָאוֹת plur. ex צָבָא, *exercitus.* 2 Sam. V, 10. VII, 8. 26. et alibi saepius. – שַׁדַּי, *fortissimus*, *validissimus.* Iob. V, 17. VIII, 5. *Hesych.* παντοκράτωρ, ὁ θεὸς, πάντων κρατῶν. Quomodo alii hanc vocem exposuerint, vide apud *Steph. le Moyne* in *Obss. ad Varia Sacra* p. 124. et *Suicerum Thes.* T. II. p. 562.

**ΠΑ'ΝΤΟΤΕ*, *semper.* Sap. XIX, 8.

ΠΑΝΤΟΤΡΟ'ΦΟΣ, *omnium nutritor et altor.* Sap. XVI, 25. τῇ παντοτρόφῳ σου δωρεᾷ, omnia nutrienti tuo dono. Vide *Hesychium* s. v. παμβῶτις.

**ΠΑΝΤΟΦΑΓΙ'Α*, *voracitas.* 4 Macc. I, 27. Similis vox est πολυφαγία in *Etymol. M.* 206, 24.

ΠΑ'ΝΤΩΣ, *omnino.* *כִּי. *Symmachus* 2 Sam. XIV, 13. πάντως γὰρ θανάτῳ θανατούμεθα, omnino enim nobis omnibus

moriendum est. Vide quoque Tob. XIV, 11. et 2 Maccab. III, 13.

ΠΑ'ΝΤ, *admodum*, *valde*. 2 Macc. IX, 6. XII, 43. et alibi aliquoties.

**ΠΑΝΤΠΕ'ΡΤΑΤΟΣ*, *supremus*, *eminentissimus*, et ex adiuncto: *maxime celebris*, *gloriosus*, *praestantissimus*. 3 Macc. I, 17. *εἰς τὸ πανυπέρτατον ἱερὸν ἠθροίζοντο*, ad eminentissimum, h. e. maxime gloriosum ac splendidissimum templum congregati sunt. *Syrus* ܗܝܟܠܐ ܡܫܒܚܐ, templum gloriosum, splendidum. *Hesychius* et ex eo *Phavorinus*: *πανυπερτάτη, πασῶν ὑπερκειμένη τῶν παρακειμένων νήσων*, ad quem locum *Alberti* monet, alludi ab *Hesychio* ad *Homer. Odyss.* I, 25. Confer quoque *Ez. Spanhemium* ad *Callimach. Hymn. in Iov.* v. 91.

ΠΑ'ΠΠΟΣ, *avus*. *Prolog. Sir.* Conf. *Aeliani V. H.* l. XII. c. 43. p. 739.

ΠΑΠΤΡΕΩ'Ν, Ω῀ΝΟΣ, *papyreon*, *locus in amne papyris consitus*. סוּף, *alga*. *Aqu.* Exod. II, 3. 5.

ΠΑΠΤ'ΡΙΝΟΣ, *papyrinus*, *ex papyro factus*. גֹּמֶא, *iuncus*. *Symm.* Ies. XVIII, 2. *Plutarch.* de *Isid. et Osir.* c. 18. *τοὺς ἐν παπυρίνοις σκάφεσι πλέοντας*.

ΠΑ'ΠΤΡΟΣ, vox Aegyptiaca, *papyrum* vel *papyrus*, *frutex in palustribus Aegypti nascens*. *בִּצָּה, *coenum*. Iob. XL, 16. sec. *Ald.* Observetur hic duplex interpretatio vocis בִּצָּה. - גֹּמֶא, *iuncus*. *Aqu. Symm.* et LXX Exod. II, 3. ubi tamen in versione *Symmachi* loco *παπύρου* scribendum est *παπύρινον*, coll. Ies. XVIII, 2. Iob. VIII, 11. *Plinius H. N.* lib. XIII. c. 11. *Papyrum nascitur in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatae stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquae crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut usu eius alio quam floris ad Deos coronandos. Radicibus incolae pro ligno utuntur, nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quoque papyro navigia texunt, et e libro vela, tegetesque, nec non et vestem, etiam stragulam et funes. Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum devorantes.* Conf. *Theophr. hist. plant.* l. IV. c. 9. *Humphr. Hodium* de *Text. Bibl. Original.* p. 117. *I. G. Vngerum* pec. Diss. de *papyro frutice* ad Ies. XIX, 7. Lips. 1731. *Iablonski* T. I. *Opusc.* p. 197. sequ. ac *Nicol. Schowii* praefat. ad *chartam papyraceam* p. 4 — 22.

**ΠΑΠΤΡΩ'Ν*, i. q. *παπυρεών*, quod vide supra. סוּף. *Aqu. sec. cod. Mosqu.* Exod. II, 3. *παπυρῶνι*.

ΠΑΡΆ, cum genitivo, *a*, *ab*, *apud*, *praeter*, cum dativo, *apud*, *supra*, et cum accusativo, *ad*, *apud*, *iuxta*, *secundum*, *prae*, *propter*. אַחַר, *post*. Exod. XI, 5. – אֵצֶל, *iuxta*. Gen. XXIX, 15. Levit. I, 16. X, 12. et alibi saepius. – מֵאֵצֶל, *ex apud*. 1 Sam. XVII, 30. – בַּעַל, *dominus*. Cohel. XII, 11. Legerunt בַּעֲלֵי, et acceperunt pro praepositione עֲלֵי. Adde *Symm*. Prov. I, 19. בְּעָלָיו, *patronorum illius*, παρ᾽ αὐτῶν. Legit מֵעָלָיו, aut בְּעָלָיו. – עַל דְּבַר, *propter verbum*. Deut. XXIII, 4. – מִדֵּי, *prae sufficientia*. Exod. XXXVI, 4. – בְּיַד, *in manu*. Genes. XXXVIII, 20. XLIV, 16. Num. XXXI, 49. – לְיַד, *ad manum*. Prov. VIII, 3. – מִיַּד, *e manu*. Genes. XXI, 30. XXXIII, 19. Ies. XXXVII, 14. – עַל יַד, *ad manum*. Exod. II, 5. Num. XIII, 30. Nehem. III, 8. – עַל יְדֵי, *ad manus*. Iud. XI, 26. – ל praefixum. Psalm. LXXXVIII, 27. ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, excelsum *supra* reges terrae. – מ praefixum. Deut. VII, 8. παρὰ τὸ ἀγαπᾶν κύριον ὑμᾶς, *eo quod* amaret vos Dominus. Psalm. VIII, 6. παρ᾽ ἀγγέλους, angelis. Psalm. XXX, 14. παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου, *apud* omnes inimicos meos. Prov. XII, 2. παρὰ κυρίου e coniectura *Grabii* loco παρὰ κυρίῳ, quam satis confutavit e locis N. T. *Iaegerus* ad h. l. –, *מֵאֵת. *Inc. et LXX* 2 Sam. XV, 3. παρὰ τοῦ βασιλέως, pro ὁ ὢν παρὰ τοῦ βασιλέως, qui stat *a partibus* regis. *Vulg. constitutus a rege*. Ios. XI, 20. sex. *Oxon*. – מִן, *a*, *ex*. Ier. XXXIII, 10. 12. παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἄνθρωπον καὶ κτήνη, *propterea quod* non sit homo et pecus. *Aqu*. 2 Sam. XXIII, 18. ubi *prae* seu *magis quam* notat. – נֶגֶד, *coram*. Prov. XV, 12. – בְּעֵבֶר, *in latere*. Ios. VII, 7. XXII, 7. – *מֵעֵבֶר, *de latere*. Num. XXII, 1. – בְּעֵינֵי, *in oculis*. Exod. XXXIII, 16. εὕρηκα χάριν παρά σοι, inveni gratiam *apud* te. Vide et Num. XI, 15. et conf. Luc. I, 30. – עַל. Exod. XXXV, 21. παρὰ τῶν γυναικῶν, *praeter* mulieres. – *עִם, *cum*. Psalm. LXXII, 25. παρά σου. Legendum παρά σοι, *apud* te, h. e. cum te habeam. – לְפִי, *ad os*. Psalm. CXL, 9. – מֵאֵת פְּנֵי, *a facie*. Gen. XLIII, 34. – לִפְנֵי, *ad faciem*. Exod. XL, 6. Lev. III, 8. et alibi. – מִלִּפְנֵי, *a facie*. Exod. XXXVI, 2. Levit. IX, 24. X, 2. – בִּקְצֵה, *in fine*. Exod. XIII, 20. – עַל־שְׂפַת, *ad littus*. 1 Reg. IV, 29. coll. Marc. I, 16. *Additam*. ad Dan. III, 32. πονηρότατος παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν, pro ἐν πάσῃ τῇ γῇ, et v. 37. ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, pro ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Sirac. XV, 5. *prae*, *plusquam*. Sirac. V, 6. ἔλεος καὶ ὀργὴ παρ᾽ αὐτοῦ, est misericors, ac severe punit, coll. I, 1. 3 Esdr. I, 14. ubi in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 15. est חוֹזֶה, quod LXX προφήτης transtulerunt. 3 Esdr. II, 28. παρὰ ταῦτα, *praeterea*. Sap. XV, 5. παρὰ πάντας οἶδεν, omnium optime cognovit. 1 Macc. IX, 49. παρὰ Βακχίδου, *de parte* Bacchidis.

'*Ο ΠΑΡ' ΑΥ'ΤΗ͂Σ*, sc. ὤν, *qui est apud illam*, *familiaris ipsius*. בְּעָלָיו, *dominus suus*. Cohel. VIII, 8. καὶ οὐ διασώσει ἀσέβεια τὸν παρ' αὐτῆς, non servat improbitas suos: ubi ὁ παρά τινος *studiosum*, *deditum* notat. *Vulg. impium*.

'Ο *ΠΑΡΑ' ΤΙΝΟ'Σ*, sc. ὤν, *qui apud aliquem est*, *suus*, *propinquus*, *amicus*, *familiaris*, *minister alicuius*. 3 Esdr. I, 14. ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως, qui apud regem, h. e. *intimus familiaris regis*. 1 Macc. II, 15. οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως, *regii ministri*. Conf. *Elsnerum* ad Luc. VIII, 49. p. 218. 1 Macc. XIII, 52. ᾤκει ἐκεῖ αὐτὸς καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ, habitabat ibi ipse cum *suis*. Vide et 1 Maccab. IX, 44. 58. XI, 73. XV, 15. XVI, 16. Conf. Marc. III, 21. ubi *Theophylactus*: οἱ παρ' αὐτοῦ, τουτέστιν οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ. Conf. et *Wolfium* ad Marc. l. l. p. 444. *Hist. Susann.* v. 35. ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς, flebant autem *propinqui eius*. Conf. v. 30. - Vide alibi αὐτὸς, βραχὺς, ἐμαυτῷ, μικρὸς, ὀλίγον, πᾶς, σεαυτοῦ.

ΠΑΡΑΒΑΙ'ΝΩ, *transgredior*, *recedo*, *declino*, *aberro*, *praevaricor*, *violo*. *וְעַל דִּבְרַת, *et super verbum*. *Symm.* Cohel. VIII, 2. καὶ παραβῆναι: ubi vel sensum expressit, vel legit וְעָבוֹר. - הֵפִיר et הֵפֵר Hiph. a פּוּר, *frango*. Ezech. XVI, 58. XVII, 15. XLIV, 7. - מַעַל, *praevaricatio*. Lev. XXVI, 40. Adde *Aqu. Theod.* Prov. XVI, 10. - מָרָה, *rebello*. Num. XXVII, 14. Deut. I, 43. - סוּר, *recedo*. Exod. XXXII, 8. παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, *declinarunt* cito a via, quam praecepisti illis. Vide et Deut. IX, 12. 16. Deut. XVII, 20. ἵνα μὴ παραβῇ ἀπὸ τῶν ἐντολῶν, ne *recedat* a praeceptis. Vide et Deut. XXVIII, 14. 1 Sam. XII, 21. μὴ παραβῆτε ὀπίσω τῶν μηδὲν ὄντων, non *declinetis* post illa, quae nihil sunt, h. e. non sectemini idola. - סִיג, *scoria*. Ps. CXVIII, 118. παραβαίνοντας, ubi pro סִיגִים, *scoriae*, legerunt סוּגִים aut נְסוֹגִים, a סוּג, *retrocedere*, *avertere*. Est autem h. l. παραβαίνειν *errare*, *rectum iter amittere*, *declinare a recta via*. - עָבַר, *transgredior*. Num. XIV, 41. ἱνατί ὑμεῖς παραβαίνετε τὸ ῥῆμα κυρίου; quare vos *transgredimini* verbum Domini? Conf. Matth. XV, 3. Ios. VII, 11. παρέβη τὴν διαθήκην μου, *violavit* foedus meum. Vide et Ios. XXIII, 16. Hos. VI, 7. VIII, 1. Sic *Aelian. V. H.* X, 2. παραβῆναι τὰς συνθήκας. Ies. XXIV, 5. τὸν νόμον παρέβησαν, leges *transgressi* sunt. Ita *Lysias* Orat. I. *pro caede Eratosthenis* p. 13. τὸν νόμον παραβαίνειν dixit, et *Cicero ad Attic.* lib. V. Ep. 21. *Iulia lege transita*. Vide et Sirac. XIX, 20. 1 Macc. VII, 2. - פָּשַׁע, *praevaricor*. Ies. LXVI, 24. τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοὶ, cadavera hominum, qui *praevaricati sunt* in me. - *שָׂטָה, *declino*. Num. V, 12. 19. 20. 29. - שָׁקַר, *mentior*. *Symm.* Psalm. LXXXVIII, 33. οὐ παραβήσομαι. *Aqu.* Psalm. XLIII, 18. Huc enim referenda est

versio *Aquilae* in *Hexaplis Montf.* ad v. 21. sed inepto loco posita. Vide quoque *Opuscula Critica* p. 197. Sirac. XXIII, 25. ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ, homo, qui transgreditur a toro suo, sc. in alienum, h. e. qui *adulterium committit.* Hinc lucem foeneratur locus Sir. XLII, 15. μετὰ ἀνδρὸς οὖσα μήποτε παραβῇ, viro iuncta ne transgrediatur, h. e. ne *transgrediendo in alienum torum adulterium committat.* Vide *Henckii* Diss. de *usu scriptt. apocryph. V. V. in N. T.* p. 12. 1 Macc. VII, 18. παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον, *violarunt* enim statutum et iusiurandum. Sic *Aristaenetus* lib. II. Ep. 9. τὸν ὅρκον παρέβης, iusiurandum *violasti.* Vide et *Aelian. V. H.* XIV, 2. *Alberti* ad Matth. XV, 3. p. 104. et *Elsnerum* ad Matth. l. l. p. 72. 3 Esdr. I, 15. *recedo*, hebr. סוּר מֵעַל, 2 Paral. XXXV, 15. 3 Esdr. VIII, 79. *derelinquo, sperno, negligo*, hebr. עָזַב Esdr. IX, 10. 3 Esdr. VIII, 24. chald. לָא עֲבַד, *non facere*, Esdr. VII, 26. 3 Esdr. VI, 32. chald. הַשְׁנֵא, *mutare*, Esdr. VI, 11. – Vide quoque supra s. v. ἀκών.

ΠΑΡΑΒΑ'ΛΛΩ, *adiicio, adverto, obiicio, proiicio, periculo obiicio*, it. *quiesco.* בָּלַל, *misceo. Inc.* Iud. XIX, 21. παρέβαλλε τοῖς ὑποζυγίοις, *obiecit* s. *praebuit* pabulum iumentis. *Vulg. praebuit.* Actionem consequentem ac connexam pro antecedente posuit. – הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino.* Prov. II, 2. παραβαλεῖς καρδίαν σου εἰς σύνεσιν, *advertes* animum tuum ad intellegentiam. Vsi sunt alia formula in SS. obvia, *addere cor ad aliquid* pro *attendere*, a qua altera, *inclinare cor*, minime differt. Auctor autem alterius versionis, παραβαλεῖς δὲ αὐτὴν ἐπὶ νουθέτησιν τῷ υἱῷ σου, legisse videtur חֵמָּה לְבִנְךָ, ut הָ referatur ad חָכְמָה. *Phavor.* παραβαλεῖς, παραθήσεις, πλησιάσεις. Idem tradit *Zonaras Lex.* 1519. Prov. IV, 20. V, 1. 13. XXII, 17. ubi παραβάλλειν τὸ οὖς, aurem *praebere* attentam et benignam, etiam a formula alias recepta, *inclinare aurem*, minime differt. In notione *admovendi* παραβάλλειν legitur quoque apud *Platon. Phaed.* §. 51. – הֵלִין Hiph. a לִין, *pernocto.* Ios. IV, 3. οὗ ἐὰν παραβάλητε ἐκεῖ τὴν νύκτα, ubi *quieveritis* nocte. *Hesych.* παραβαλοῦ, ἀνάπαυσαι· ἀπὸ δὲ τῶν νεῶν ἡ μεταφορά. – *חָנָה, *castra metor.* 1 Par. XI, 15. ubi tamen loco παραβεβλήκει in *Cod. Cant.* reponendum παρεμβεβλήκει. – *נִחַם. Iob. XXI, 24. sec. *Compl.* παραβαλεῖτε, ubi tamen legendum est π α ρ α κ α λ ε ῖ τ ε. – *נָפַל. Iud. VII, 12. Sed pro παραβεβλήκεσαν, quod in cod. *Basil. Theodotioni* tribuitur, rescribendum est ex *Compl. Ald.* cod. *Alex. et Oxon.* παρεμβεβλήκεισαν, *castra posuerant.* Conf. *Drusium* ad Ioel. II, 8. ac supra ad חָנָה notata. – *נִמְשַׁל Niph. a מָשַׁל, *assimilor. Aqu.* Psalm. CXLII, 7. ubi παραβάλλεσθαι notat *comparari, similem esse.* – שָׁלַל, *in spolium relinquo, spolio.* Ruth. II, 16. παραβαλόντες παραβαλεῖτε αὐτῇ ἐκ τῶν βεβουνισμέ-

νων, *proiicientes proiicite* illi e manipulis, sc. spicas. 2 Macc. XIV, 38. καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ παραβεβλημένος, qui et corpus et animam pro Iudaismo *exposuerat*, nempe *summis periculis*, coll. 4 Macc. VI, 14. *Suidas*: παραβαλλόμενος, ἀντὶ τοῦ ἀδεῶς ἐπερχόμενος. Idem verba *Polybii* lib. IV. c. 57. addit, ubi verbum eo sensu occurrit. Rursus *Suidas*: παραβάλλεσθαι, πρὸς κίνδυνον ῥίπτειν ἑαυτόν. *Hesychius*: παραβαλλόμενος, ἐναποκινδυνεύων, ὅ ἐστι παράβολος μαχόμενος. Confer *Budaei Comment. gr. linguae* p. 625. Hinc παράβολος, *audax, temerarius periclitator*. Sic enim per hanc vocem v. ῥιψοκίνδυνος interpretatur *Hesychius*: Ῥιψοκίνδυνος, παράβολος, τολμηρὸς, ἐπικίνδυνος. Et παραβολὴ est *periculum praesentissimum*. Rursus *Hesychius*: ἐκ παραβολῆς, ἐκ παρακινδυνεύματος. Sic et παράβολα sunt *maxime periculosa*. Vide *Plinium* lib. IX. Ep. 26.

ΠΑΡΆΒΑΠΤΑ, *picta*. סְרוּחֵי טְבוּלִים, *tiarae tinctae*. Ezech. XXIII, 15. iuxta ed. *Rom.* ubi tamen alii rectius τιάραι βαπταί. Vide notas *L. Bosii* ac *Semleri Epist. Crit.* ad h. l. *Cappello in nott. critt. ad h. l.* p. 553. παράβαπτα videtur significare *pannum colore plane saturum atque exuberanter infectum*, ut pannus purpura vel murice satur. Sic bene responderet vocibus hebr. סְרוּחֵי טְבוּלִים, quae reddi possunt: *exuberantissime tincta*. Nam טָבַל *tingere, intingere* significat, et סָרַח est *redundare, luxuriari*, ac de *veste* dicitur, *quae nimia est, exceditque iustam magnitudinem.*

ΠΑΡΑΒΑΣΙΛΕΎΩ, *abutor regno*, s. *rege abutor*. 3 Macc. VI, 24. Ita *Bielius*. Sed παραβασιλεύειν mihi ibi *impie contra regem agere, laedere maiestatem, ein Staats- und Majestäts-Verbrechen begehen* notare videtur: nam illud παραβασιλεύετε in sequentibus explicatur ita: ἐμὲ αὐτὸν ἐπιχειρεῖτε τῆς ἀρχῆς ἤδη καὶ τοῦ πνεύματος μεθιστᾶν, μηχανώμενοι τὰ μὴ συμφέροντα τῇ βασιλείᾳ.

ΠΑΡΆΒΑΣΙΣ, *transgressio*. סֵטִים plur. (ס pro שׂ), *declinationes, peccata*. Ps. C, 4. ποιοῦντας παραβάσεις. – בַּעֲבוּר, *propter*. *Theod.* Gen. III, 17. In mente habuit notionem *transgrediendi*, quam habet עָבַר. – עֲלוּמִים plur. *adolescentia*. *Symm.* Iob. XX, 11. Sic et alii interpretes vocem hebr. de *provitate iuvenili* aut *vitiis adolescentiae*, ut *Vulgatus* transtulit, interpretati sunt. Vide *Lex. N. T.* s. v. νεωτερικός. Sap. XIV, 31. τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν. 2 Macc. XV, 10. τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν.

ΠΑΡΑΒΆΤΗΣ, *transgressor, violator legis, impius*. פָּרִיץ, *effractor*, ac metaphorice *is, qui recusat teneri legibus divinis, easque violat ac perfringit*. *Symm.* Ps. XVI, 5. ἐγὼ ἐφυλαξάμην ὁδοὺς παραβάτου, fugio scelera et peccata: nam ὁδοὶ παραβάτου sunt *facta et instituta impiorum hominum,*

h. e. scelera. Idem Ezech. XVIII, 10. – רָשָׁע, *improbus.* Ps. CXXXVIII, 19.

ΠΑΡΑΒΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *vim facio, cogo, precibus urgeo et expugno, vi persuasionum adigo, vi perrumpo,* it. *summa vi contendo.* הֵזִיד Hiph. a זוד, *superbe ago.* Deut. I, 43. *παραβιασάμενοι ἀνέβητε εἰς τὸ ὄρος, vi perrumpentes* ascendebatis in montem. Bene quoad sensum: nam vox hebr. h. l. *insolenter, proterve agere* notat. – חָתַר, *fodio,* it. *remigo.* Ion. I, 13. *παρεβιάζοντο τοῦ ἐπιστρέψαι, summa vi contendebant,* nempe remigando redire. Eodem sensu *ἐκβιάζεσθαι* legitur, quod vide supra. – *עָצַר, *retineo.* Iud. XIII, 15. sec. cod. *Oxon.* *παραβιασώμεθα δή σε,* ubi *Alex. Ald.* et *Compl.* *βιασώμεθα* habent, et in cod. *Vat.* legitur *κατάσχωμεν.* – פָּצַר, *insto, urgeo.* Gen. XIX, 9. 2 Reg. II, 17. V, 16. ubi, ut vernaculum *einen nöthigen,* de *intensis precibus* dicitur. – פָּרַץ, idem. 1 Sam. XXVIII, 23. *παρεβιάζοντο αὐτὸν, cogebant* illum, *multis* sc. *precibus et persuasionibus.* Conf. Act. XVI, 15. et ad h. l. *Elsnerum* p. 435. Eodem sensu simplex verbum *βιάζεσθαι* usurpatur, et *καταβιάζεσθαι.* Vide supra.

ΠΑΡΑΒΙΑ'ΟΜΑΙ, idem. מְסָרֵף partic. Pih. *ustor,* nempe *funerum* (ס pro שׂ). Amos. VI, 10. *παραβιῶνται.* *Arabs: conabuntur.* *Cappello* in *Crit. S.* pag. 536. legisse videntur וַיִּפְרְצוּ, aliis פָּצְרוּ aut פָּרְצוּ. Nonnulli autem praeferunt lectionem cod. *Alex.* *παραβιωταὶ, convictores,* i. q. *συμβιωταί.* Vide infra sub v. *παραβιωτής.*

ΠΑΡΑΒΙΒΑ'ΖΩ, *aufero, removeo.* הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* 2 Sam. XII, 13. *παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά μου,* h. e. *remisit* mihi peccatum meum. *Inc.* ibi habet *ἀφεῖλε.* *Vulg. transtulit:* melius *abstulit.* 2 Sam. XXIV, 10. *παραβίβασον τὴν ἀνομίαν τοῦ δούλου σου.* *Aqu. Symm. Theod.* Lev. XVIII, 21. *Inc.* Lev. XXV, 9. *παραβιβάσεις.*

**ΠΑΡΑΒΙΩΤΗ'Σ* seu *ΠΑΡΑΒΙΩ'ΤΗΣ.* מְסָרֵף part. Pih. *ustor,* nempe *funerum* (ס pro שׂ). Amos. VI, 10. sec. cod. *Alex.* *καὶ οἱ παραβιωταί.* *Anonymo* in *Repertorio Eichhorniano* T. VI. p. 250. *παραβιῶται* e lectione *παραβιῶνται* ortum esse videtur, quia putaverint scilicet, מְסָרֵף *avunculum patris, agnatum* significare, ac voci *παραβιώτης* similem significationem subiici posse crediderint, ut sit i. q. *συμβιώτης, convictor, compotor, parasitus.* Aliis *παραβιωτὴς* est h. l. *superstes, der überlebende.* Mihi *παραβιωτὴς* h. l. *violenter urgentem* s. *cogentem* significare videtur, a *παραβιάομαι.* Sed ipse mihi in hac re non satisfacio.

ΠΑΡΑΒΛΕ'ΠΩ, *aspicio, intueor,* item: *neglegenter aspicio, despicio.* שָׁזַף, *aspicio, conspicio.* Iob. XX, 9. XXVIII, 7. Cant. I, 5. *ὅτι παρέβλεψέν με ὁ ἥλιος,* ubi *Ernesti* in *Noviss. Bibl. Theol.* P. III. p. 489. coniicit legendum esse *παρέβλαψεν* seu *παρέφλεξεν.* Sed *παραβλέπειν* aeque ac *παρανα-*

βλέπειν (quod vide infra) explicandum h. l. est de *radiis solis decolorantibus et adurentibus*. *Vulg. decoloravit me.* Sirac. XVIII, 9. ἐν ἀῤῥωστήματί σου μὴ παράβλεπε, in tua infirmitate non *despicias*, sc. *te ipsum*, ut de restitutione sanitatis desperes, aut ne praetereas Deum.

ΠΑΡΑΒΟΛΗ', *parabola*, *comparatio*, *similitudo*, *fabula*, *apophthegma*, *proverbium*, *sententia moralis*, *scite dictum*. הֹלֵלָה, *insania*. Cohel. I, 17. παραβολάς. Sed ex *Hieronymi Comment.* ad h. l. legendum erit περιφορὰς aut παραφορὰς, quod *Montfauc.* in *Hexaplis Theodotioni* tribuit. – מְשׁוֹל infin. a מָשַׁל. Ezech. XIX, 14. – מֹשֵׁל part. *dominator*. 2 Sam. XXIII, 3. Legerunt מָשָׁל. Idem valet de *Symmacho* Ierem. LI, 46. ubi aut duae versiones coaluerunt, aut παραβολὴ ἐπὶ παραβολὴν est e secunda versione *Symmachi*. – מָשָׁל. Num. XXIII, 7. 18. Deut. XXVIII, 37. 1 Sam. XXIV, 14. 1 Reg. IV, 32. *Suidas:* παραβολὴ, διήγημα· (Psalm. LXXVII, 2.) ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἀντὶ τοῦ, ἐν διηγήσει ἀρχαίων λόγων. καὶ ἡ ὁμοίωσις, καὶ τὸ λάλημα, καὶ ὑπόδειγμα· (Psalm. XLIII, 16.) ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Idem: εἰς παραβολὴν, εἰς γέλωτα, εἰς διήγημα. Conf. quae ex profanis notat *Bochartus Diss. Epist.* p. 1179. repetita *Oleario Addend.* ad *not. in Philostrat.* p. 953. – מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XVIII, 2. Praeterea legitur in *cod. Chis.* Dan. XII, 8. ubi nihil in textu respondet. Sap. V, 3. εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ, ubi παραβολὴ est *proverbium sarcasticum*, de qua notione vid. *Suiceri Thes. Eccl.* T. II. c. 569. Eadem formula occurrit quoque in libro Tobiae cap. III, 4. ubi *Vulg. fabulam* habet. Sirac. III, 31. παραβολὴ est *sapientia sublimior et magis recondita*. Sirac. XIII, 25. παραβολαὶ, *sententiae absconditae*, aut omnino *ea quae sunt recondita*. Sirac. XX, 20. παραβολὴ, *gnome*, seu *sententia gravis*, *acuta et sapiens*. Sir. XXXIX, 3. ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν, in aenigmatibus parabolarum. Vide et Sirac. XLVII, 16. Ibid. XLIII, 18. παραβολῶν ed. *Ald.* in παρεμβολῶν mutandum est. *Hesych.* παραβολὴ, πραγμάτων ὁμοίωσις. *Schol. Homeri Il.* β', v. 144. παραβολὴ, ὁμοιωματικὴ πράγματος τοῖς ὑποκειμένοις παράθεσις πρὸς δήλωσιν ἐναργεστέραν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παραβολή ἐστι, ὅταν ἀνόμοιον ἀνομοίῳ ἀπεικάσω, οἷον λέοντι ἄνθρωπον ἢ φυτῷ. *Suidas:* παραβολὴ, λόγος αἰνιγματώδης καὶ κεκρυμμένος, πρὸς ὠφέλειαν φέρων. Confer *Glassii Philol. S.* pag. 1305. et *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 4.

"ΕΠΩ ΠΑΡΑΒΟΛΗ'Ν, *dico proverbium*. מָשָׁל. Ezech. XII, 23. – מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XXIV, 3.

"ΕΠΩ 'ΕΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗ͂ι, *dico in proverbio*. מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XVI, 43.

*"ΕΠΩ ΠΑΡΑΒΟΛΗ'Ν, *dico proverbium.* 2 Sam. XXIII, 3. ubi post Ἰσραὴλ punctum ponendum est, ut vere legitur in Cod. *Coisl.* I. Vide *Repert. Or. Lit.* P. II. p. 238.

ΛΕΓΟΜΕ'ΝΗ ΠΑΡΑΒΟΛΗ', *dicta parabola.* מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XVIII, 2. – מְמַשֵּׁל מְשָׁלִים. Ezech. XX, 48.

ΠΑΡΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *mando, praecipio, voco, convoco, annuntio, denuntio.* אָמַר, *dico.* Ios. VI, 7. Adde Dan. III, 4. sec. cod. *Chis.* – הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Esdr. I, 1. παρήγγειλε φωνὴν, mandabat vocem, h. e. iubebat voce praeconum publice promulgari. Confer 2 Par. XXXVI, 22. – הִצְעִיק Hiph. *convoco.* 1 Sam. X, 17. παρήγγειλε Σαμουὴλ παντὶ τῷ λαῷ πρὸς Κύριον, *convocabat* Samuel omnem populum ad Dominum: ubi alii libri συνήγαγε habet. Sc. παραγγέλλειν est h. l. elliptice positum, et notat: *iubere, ut ad certum locum conveniant*, h. e. *convocare.* – זָעַק, *clamo.* Iud. IV, 10. – שָׁמַע : הִשְׁמִיעַ Pih. et Hiph. *audire facio.* 1 Sam. XV, 4. XXIII, 8. 1 Reg. XV, 22. et alibi. – Vide alibi s. κηρύσσω.

ΠΑΡΑ'ΓΓΕΛΜΑ, *denunciatio, mandatum, praeceptum, interdictum, adhortatio* et *consilium.* מִשְׁמַעַת, *auscultatio.* 1 Sam. XXII, 14. *Vulg. ad imperium tuum.*

ΠΑΡΑΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *advenio.* אָמַר, *dico.* *Al.* sec. ed. *Compl.* 2 Sam. XIV, 4. παρεγένετο. Tribuit hic voci אָמַר notionem seriei orationis admodum convenientem, immo necessariam. In reliquis libris legitur ἦλθεν, et εἰσῆλθεν. – בּוֹא, *venio.* Gen. XIV, 13. XXVI, 32. XXXV, 9. et alibi saepius. – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *pertingo.* Esth. VI, 14. – *הֶעֱבִיר. *Symm.* Ierem. XLVI, 17. καιρὸς παρεγένετο, tempus *pertransiit.* – יָלַךְ, *eo.* Ios. IX, 12. 1 Reg. XX, 27. – נָגַשׁ, *appropinquo.* 1 Reg. XVIII, 36. – נוֹעַד Niph. a יָעַד, *convenio.* Iob. II, 11. – צִוָּה Pih. *praecipio.* Gen. L, 16. Sc. צִוָּה est h. l. *praecipere nuntio misso, s. mandare alicui, ut aliquem adeat, eique aliquid dicat.* – שׁוּב, *revertor.* Num. XIV, 36. Ios. XVIII, 8. 3 Esdr. VI, 8. respondet chald. אֲזַל, *abiit*, Esdr. V, 8. 3 Esdr. VI, 19. chald. אֲתָא, *venit*, Esdr. V, 16.

ΠΑΡΑΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *praelego.* 2 Macc. VIII, 23. παραγνῶναι τὴν ἱερὰν βίβλον. Ita *Bielius.* Sed παραγινώσκειν notat *praeter ius et aequum statuere, perperam iudicare*, et, ut recte monuit *Bretschneiderus*, quia non intelligitur, unde huic verbo illa significatio, sunt potius illa expungenda e Thesauro. Nam pro παραγνοὺς cod. *Alex.* et ed. *Compl.* recte legunt παραναγνοὺς, quod etiam *Vulgatus* et *Syrus* expresserunt. Sic etiam cod. *Alex.* 3 Macc. I, 12. παραγινώσκω, ubi alii rectius παραναγινώσκω. Orta est haec varietas lectionis e compendio scribendi.

ΠΑΡΑΓΡΑΦΙ'Σ, *stylus, runcina* (qua voce Iesaiae l. l. *Vulgata* quoque utitur), *qua pictores aliquid delineant*,

amussis. שָׂרִיד, *filum messorium, amussis. Aqu.* Ies. XLIV, 13. Admodum enim erravit *Bielius*, qui hanc vocem ad מַקְצוּעָה transtulit.

*ΠΑΡΑΓΡΑ΄ΦΩ, *tollo, abrogo.* Hoc verbo Dan. VI, 8. usus est *Inc. Int.* ὅπως ἂν μὴ παραγραφῇ κατέναντι τούτου, pro chald. דִּי לָא תֶעְדֵּא, *ut non transgrediatur. Montfauconius* male transtulit: *ut non violetur e conspectu eius.* Potius: *ne abrogetur, tollatur, rescindatur,* sc. lex. Nam ultima verba κατέναντι τούτου, male huc relata, ad דְּנָה כָּל־קֳבֵל v. 9. pertinere, docuit *Scharfenbergius* in *anim. in Dan. ad h. l. Hesych.* παραγράφεται, ἐκβάλλεται.

ΠΑΡΑ΄ΓΩ, *traduco, transveho, transire facio, abduco,* et, subintellecto ἑαυτὸν, *transeo.* הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino, declino. Symm.* 2 Sam. III, 27. παρήγαγεν, *seorsim abduxit.* – הֵסִיר Hiph. a סוּר. *Symm.* 2 Sam. VI, 10. παραγαγεῖν, *abducere* s. *divertere ad se.* – עָבַר: הֶעֱבִיר, Kal et Hiph. 1 Sam. XVI, 9. παρήγαγεν, *transire fecit.* 2 Sam. XV, 18. πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ ἀνὰ χεῖρα αὐτοῦ παρῆγον, omnes servi eius ad manus eius *transibant.* Psalm. CXXVIII, 8. οἱ παράγοντες, *praetereuntes.* Psalm. CXLIII, 5. ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι, dies eius tanquam umbra *praetereunt.* Confer 1 Cor. VII, 31. Cohel. XI, 11. πάραγε πονηρίαν ἀπὸ σαρκός σου, *transire fac* vel *depelle* malum a carne tua, vel corpore tuo. Adde *Aqu.* Ierem. XLVI, 17. ubi de *tempore* adhibetur. – עָרַב, *misceo.* Esdr. IX, 2. παρήχθη ἐν λαοῖς, ubi non עָבַר legerunt, sed sensum expresserunt. 3 Esdr. V, 78. εἰς τὸ παράγειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Λιβάνου ξύλα, ut *transveherent* ligna ex Libano, ubi in textu hebr. Esdr. III, 7. est הָבִיא.

*ΠΑΡΑΓΩΓΗ΄, *productio, adductio.* Addit. Esth. III, 13. sec. *Vet. Arundel.* ἐναντίᾳ παραγωγῇ, ubi παραγωγὴ esse videtur i. q. simplex ἀγωγὴ, *vitae ratio.* Adde *Herodot.* I. p. 59, 2. et 351, 14.

ΠΑΡΑΓΩΝΙ΄ΣΚΟΣ, *angulus,* vel *norma, regula.* מַקְצֻעָה, *angulus.* Ies. XLIV, 13. ἐν παραγωνίσκοις, vel, ut alii legunt, περιγωνίοις, aut περιγωνίσκοις. Vide ad h. l. *Cappelli notas critt.* p. 515.

ΠΑΡΑ΄ΔΕΙΓΜΑ, *exemplar, exemplum.* דֹּמֶן, *stercus.* Ierem. VIII, 2. IX, 21. XVI, 3. Non possum a me impetrare, ut credam, LXX in omnibus his locis loco לְדֹמֶן in codd. suis invenisse לִדְמוּת, ut coniecit *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. p. 525. cum constet, saepe eos ingeniis suis indulgentes liberius vertisse. Παράδειγμα, ut *exemplum,* haud raro de iis adhibetur, qui publicae ignominiae exponuntur, et puniendo infamantur, ut exemplum aliis fiant. Conf. *Lex. N. T.* s. παραδειγματίζω. – רֳאִי, *speculum.* Nahum. III, 6. θήσομαί σε εἰς παράδειγμα, ponam te in exemplum. Intellegitur exemplum *poenitionis*, de quo ita *A. Gellius N. A.* L. VI. c. 14.

Tertia ratio vindicandi est, quae παράδειγμα a Graecis dicitur, quum poenitio propter exemplum necessaria est, ut caeteri similibus a peccatis, quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae terreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla *pro maximis gravissimisque poenis dicebant.* Non male itaque LXX hac voce usi sunt pro רְאִי, sive hanc vocem in notione *speculi* acceperint, sive notionem *spectaculi* ei subiecerint. – תַּבְנִית. Exod. XXV, 9. 1 Par. XXVIII, 11. 12. 18. 19. Praeterea legitur apud LXX 1 Reg. IX, 8. sec. ed. *Compl.* ubi verba ἔσται εἰς παράδειγμα vel de suo addiderunt, vel continent versionem alius interpretis ad vocem עֶלְיוֹן pertinentem; nam quae alta sunt, facile ab aliis conspici possunt. Sirac. XIX, 3. ut statuatur in *exemplum* insigne caeterorum. 3 Macc. II, 5. *exemplum punitionis.* Conf. *Demosthen.* p. 375, 20. ed. *Reisk. Polyb.* IV, 23, 8. IX, 28, 3. *Hesych.* παράδειγμα, ὑπόδειγμα, ἢ παρασκευασθέν τι ἔλαττον εἰς μείζονα.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙ'ΖΩ, *exemplum facio, in exemplum punio, palam traduco, ignominiae expono.* הוֹקִיעַ Hiph. a יָקַע, *suspendo.* Num. XXV, 4. παραδειγμάτισον αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, *publicae ignominiae* illos *expone* Domino. Confer Hebr. VI, 6. – *אִתְעֲבֵד הַדָּמִין chald. *dilanior, in frusta dissecor.* Dan. II, 5. sec. cod. *Chis.* ubi verbum generis pro specie posuerunt, coll. III, 29. (96.). *Theodot.* utroque loco aeque vage transtulit: εἰς ἀπώλειαν ἔσεσθε. – חָמַס, *vim facio.* Ier. XIII, 22. παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου, *ut publicae ignominiae exponantur*, h. e. *retegantur calcanei tui.* Vocem hebr. interpretes h. l. de retectione vestium et nudatione obscoenorum recte explicarunt. Posuerunt itaque h. l. iterum vocabulum generis pro specie ignominiae publicae. – רָאָה, *video.* Ezech. XXVIII, 17. ἐναντίον βασιλέων ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι, coram regibus dedi te ignominiae exponendum. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Esther. XIV, 11. τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ' ἡμᾶς παραδειγμάτισον, *ede exemplum in eum*, qui auctor est horum omnium.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟ'Σ, *traductio, qua quis exemplo aliis statuitur. Al.* Sir. XIX, 3. ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι, tabescet in *exemplum* maius, vel ut maiori sit exemplo. Vide et *Al.* Sir. XXIII, 1. et 3 Macc. IV, 11.

ΠΑΡΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *demonstro, ostendo, indico.* הוֹדִיעַ Hiph. a יָדַע, *notifico.* Ezech. XXII, 2. παράδειξον αὐτῇ πάσας τὰς ἁμαρτίας, *demonstra* ei tot sua scelera. – *הִפְלִיא, *mirabile facio.* Secundum *Eusebium* Ps. XXX, 27. apud *Symmachum* pro παραδοξάσας (quod *Montfauc.* e 4 MSS. *Theodoreto* et *Drusio* edi iussit) legitur ὁ παραδείξας, quam lectionem *Eusebii* a librariis vitiatam, et meram explicationem vocis παραδοξάσας esse statuit *Montfauconius.* Sed mihi secus, ac potius contrarium statuendum esse videtur. Lectio

παραδοξάσας est emendatio ad textum hebr. et cum הִפְלִיא sit h. l. *miraculoso modo alicui aliquid exhibere ac praestare*, bene usus esse videtur *Symmachus* voce παραδείκνυμι. Habet enim παρὰ in compositis haud raro notionem *insoliti ac inexspectati*. – הַרְאָה Hiph. *videre facio*. Exod. XXVII, 8. Legitur praeterea Dan. XIV, 7. et 8. sec. cod. *Chis.*

ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΣ, *paradisus, hortus et locus irriguus vel aquis abundans*. גַּן, *hortus*. Gen. II, 10. ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον, fluvius autem egreditur ex Eden ad irrigandum *paradisum*. Gen. XIII, 10. aspiciebat omnem circumiacentem Iordanis regionem, quod tota esset irrigata, antequam Deus Sodomam et Gomorrham everteret, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ, tanquam paradisus Dei. Num. XXIV, 6. tentoria Israelis dicuntur fuisse ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμῶν. - גַּנָּה, idem. Ies. I, 30. ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων, tanquam paradisus aquam non habens. - פַּרְדֵּס, *paradisus*. Nehem. II, 8. Cohel. II, 5. *Hebr.* et LXX Cant. IV, 13. Sirac. XXIV, 31. ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον, tanquam canalis in paradisum egrediebar. Susan. v. 4. ἐπεθύμησε λούσασθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, volebat lavare se in paradiso. Patet ex his locis, quod παράδεισος *hortum praecipue irriguum* denotet. Vnde etiam *Hesychio* παράδεισος exponitur τόπος ἔνυδρος, ἢ εὔυδρος, ἐν ᾧ περίπατοι. Conf. Apoc. II, 7. coll. XXII, 2. ac quae de Paradiso in Media ad Bagistanum montem instituto, et magnum fontem habente, qui totum plantarium irrigaverit, memorat *Diodorus Siculus* lib. II. p. 100. Eoque sensu procul dubio vocem accepit *Theophrastus* lib. V. c. 9. Cum enim ibi narrasset, quod in Syria cedri cum longitudine tum crassitudine praestantissimae nascantur, addit: τοῖς δὲ παραδείσοις ἔτι καὶ μείζω καὶ καλλίω. Nam quod hic per παραδείσους *loca praecipue irrigua* intellexerit, ex eo manifestum, quod alias etiam in sacris aeque ac profanis monumentis inveniamus, cedros in locis irriguis in ampliorem, quam alibi, amplitudinem adolescere. Inde enim Bileamus tentoria Israelis cum *cedris iuxta aquas* comparat. Vide et Ezech. XXXI, 3. sequ. et *Ovid. Amor.* lib. I. Eleg. XIV. v. 11. et 12. ac *Bielii Diss. de Lignis ex Libano ad Templum aedificandum petitis* p. 52 sequ. De origine vocis παράδεισος vide praeter *Relandum Diss. Miscell.* P. II. p. 210. *Lex. N. T. s. h. v.*

ΠΑΡΑΔΕΧΟΜΑΙ, *accipio, recipio, suscipio*. נָשָׂא, *fero*. Exod. XXIII, 1. οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν, non *suscipies* rumorem vanum, h. e. non *fidem habebis* rumori vano. Sic 1 Tim. V, 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, contra presbyterum accusationem non suscipe, h. e. accusationi ne *fidem habeas*. Sic etiam *Philostratus* de *Vit. Apoll. Tyan.* lib. VIII. c. 26. οὐ θαυμάζω, ἔφη, τῶν μήπω προσδεχο-

μένων τὸν λόγον. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – רָצָה, *bene volo.* Prov. III, 12. *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται,* castigat autem unumquemque filium, quem *amat.*

**ΠΑΡΑΔΗΛΟ'Ω*, *prae me fero, significo, declaro.* הֶרְאָה Hiph. *videre facio.* Exod. XXVII, 8. sec. cod. 106. *Holm. παραδηλωθέν.* Praeterea legitur haec vox apud *Dion. Cass.* p. 285, 61. *Reim.*

ΠΑΡΑΔΙ'ΔΩΜΙ, *trado, dedo.* *הָיָה אֱמוּנָה, *erit veritas.* Ies. XXXIII, 6. *παραδοθήσονται.* Versio haec fortasse lucem foeneratur e l. arab. in qua أمن in Coniug. X. notat *fidei se commisit facta deditione.* – אִנָּה Pih. *obvenire facio.* Exod. XXI, 13. ubi sensum expresserunt. – בּוֹא, *venio.* Prov. XI, 8. *ἀντ' αὐτοῦ παραδίδοται ὁ ἀσεβὴς,* in eius locum *succedet* impius. – הִגִּיר Hiph. a נָגַר, *diffluere facio.* Psalm. LXII, 9. *παραδοθήσονται.* Secundum *Houbigantium* legerunt cum *Syro* יגרו, *miscebuntur,* vel *tradentur,* a גָּרָה. Sed potius deduxerunt a גָּרַר, quod *trahere* notat. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio,* h. e. *vinco, ad perniciónem deleo.* Num. XXXII, 4. *παραδέδωκεν,* h. e. *subiecit.* – הִלְשִׁין Hiph. *lingua offendo, calumnior.* Prov. XXX, 10. *μὴ παραδῷς εἰς χεῖρας,* ne committe, ut per obtrectationes aut delationes servum peccantem subiicias flagello et verberibus domini, vel: noli prodere servum fugitivum et reducere in domini potestatem, uti, monente *Geiero*, Iudaeorum magistri hanc sententiam explicarunt. – הִמְצִיא Hiph. *invenire facio.* Zach. XI, 2. – הֵנִיחַ Hiph. a נוּחַ, *colloco.* Ps. CXVIII, 120. *μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με,* ne tradas me illis, qui me iniuria afficiunt. Conf. Sir. XXIII, 5. – הִסְגִּיר Hiph. *concludo.* Deut. XXIII, 15. *οὐ παραδώσεις παῖδα τῷ κυρίῳ αὐτοῦ,* non trades servum domino suo. Iob. XVI, 11. *παρέδωκε γάρ με ὁ κύριος εἰς χεῖρας ἀδίκων,* tradidit enim me Dominus in manus iniustorum, h. e. permisit, ut in potestatem iniustorum venirem. Sic Rom. I, 28. *παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν,* tradidit illos Deus in mentem perversam, h. e. permisit, ut magis magisque procederent in insulsis suis ratiociniis, quibus se dederant. Vide ad h. l. *Wolfium* p. 32. Sic et *Chrysostomus* et alii Patres *τὸ παρέδωκε* Rom. I, 24. per *εἴασε, permisit,* interpretati sunt. Et apud *Suidam παρέδωκεν* exponitur *συνεχώρησεν,* procul dubio ex *Theodoreto* ad Rom. l. c. ubi ita: *τὸ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε τέθεικε.* Psalm. LXXVII, 53. *παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτοῦ,* tradidit grandini iumenta illorum. – הֶעֱרָה Hiph. *effundo.* Ies. LIII, 12. *παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ,* tradita in mortem est anima eius. Confer *Glassii Philol. Sacr.* pag. 1084 sequ. – הִקְרָה Hiph. *obvenire facio.* Gen. XXVII, 20. *ὃ παρέδωκεν κύριος ὁ θεός σου ἐναντίον μου,* quod *obvenire* mihi *fecit* Do-

minus Deus tuus. - הִשְׁלִים Hiph. *perficio.* Ies. XXXVIII, 13. ubi post παρεδόθην supplendum est θανάτῳ seu εἰς θάνατον. - חָלַק, *divido*, et ex adiuncto *distribuo.* Ies. XXXIII, 23. - אֶל יַד, *in manum.* Esth. II, 3. - יְהַב chald. *do.* Dan. III, 29. - יָרַד, *descendo.* Deut. XX, 20. ἕως ἂν παραδοθῇ. Sc. *Bielius* cum *Trommio* רִדְתָּהּ deduxit a יָרַד, quae vox tamen potius derivanda h. l. est a רָדָה, *dominari*, quod h. l. *expugnando capere* notat. - כָּלָא, *claudo.* Ps. LXXXVII, 9. παρεδόθην καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην, ita miseriae traditus, et quasi miseriarum vinculis conclusus sum, ut exitus non pateat. - לוּט, *operio.* Ies. XXV, 7. παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσι. N. L. *Cappellus* in *nott. critt.* p. 511. παράδος ad פְּנֵי retulit, pro quo legerint פְּנֵה, et in sequentibus: הָלַךְ הַלָּז כָּל עַל הָעַמִּים. - מוֹגֵג Pih. a מוּג, *liquefacio.* Ies. LXIV, 7. ubi loco תְּמוּגֵנוּ *Dathio*, *Michaeli* et *Lowthio* legisse videntur cum *Chaldaeo* et *Syro* תְּמַגְּנֵנוּ, *tradidisti nos peccatis nostris.* Mihi autem παραδιδόναι h. l. eodem sensu accipiendum esse videtur, ut supra Psalm. LXXXVII, 9. Vide sub כָּלָא. Sequitur enim διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, non ταῖς ἁμαρτίαις ἡ., ut adeo sic bene expresserint notionem metaphoricam vocis מוֹגֵג. - מִגֵּן Pih. Gen. XIV, 20. - מָכַר, *vendo.* Nehem. V, 8. ubi pro παραδοθήσονται alii habent παραθήσονται. - מָנָה, *numero*, *certo numero do vel trado.* Ies. LXV, 11. παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν. - נֵזֶר, *corona.* Prov. XXVII, 24. Secundum *Bielium* ac *Trommium* legerunt נֹזֵר. Sed ne tunc quidem apparet, quomodo vox graeca cum hebr. conciliari possit. Recte itaque monuit *Iaegerus* ad h. l., נֵזֶר a graecis h. l. exprimi per ἰσχὺς in commatis prioris societatem adscitum, παραδίδωσι autem additum esse h. l. ab interprete absolvendae sententiae causa loco ἐστί. Conf. cap. I, 14. Dicitur autem παραδίδωσι passive, *traditur*, *transit imperium ad liberos et posteros*, ex usu loquendi scriptorum graecorum et latinorum. Conf. *Vigerum* de idiotism. l. gr. c. 5. sect. I. et *Corte* ad *Sallust. Iugurth. Excurs.* VI. nec non *L. Bos. Exercitatt.* ad Marc. IV, 9. - נָתַן, *do.* Iud. II, 14. παρέδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ προνομευόντων, *tradidit* illos in manum diripientium. Vide et Iud. III, 10. IV, 7. 14. VI, 1. et conf. 1 Macc. V, 51. 1 Sam. XI, 12. παράδος τοὺς ἄνδρας καὶ θανατώσομεν αὐτούς, trade viros, ut occidamus illos. 2 Par. XXXII, 11. τοῦ παραδοῦναι ὑμᾶς εἰς θάνατον καὶ λιμὸν, ut tradat vos morti et fami. Sic et apud profanos passim cum praepositione εἰς construitur. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Ps. CXVII, 18. τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με, morti me non tradidit. Esth. II, 13. καὶ ᾧ ἐὰν εἴπῃ παραδώσειν αὐτὴν συνεισέρχεσθαι. Lege: καὶ ὃ ἐὰν εἴπῃ, παραδώσει αὐτῇ συνεισέρχεσθαι α., hoc sensu: quodcunque petierit, tradatur illi, ut cum ea veniat ad domum regiam. Dan. XI, 11. sec. *Chis.* ubi loco παραδοθήσει reponendum est

παραδοθήσεται. - סכר Pih. *concludo.* Ies. XIX, 4. - *ערף, *decervico, decollo. Samar.* Exod. XIII, 13. παραδώσεις, trades, sc. morti. - פגע: הפגיע, Kal et Hiph. *incurro, incurrere facio.* Ies. XLVII, 3. οὐκέτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις, ubi in textu hebr. legitur לא אפגע, *non occurram*, h. e. nemini obvium et conspiciendum me praebebo. Vnde luculenter apparet, vel post παραδῶ supplendum esse ἐμαυτὸν, vel loco μὴ scribendum esse με. Ies. LIII, 6. κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, *Deus ab eo exegit poenam peccatorum nostrorum*, coll. v. 12. ubi legitur διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν παρεδόθη, sc. εἰς θάνατον. Vide quoque Rom. IV, 25. - קדמה, *antiquitas.* Ies. XXIII, 7. Libere verterunt. - רמה Pih. *decipio*, h. l. *decipio aliquem ita, ut aliis tradam.* 1 Par. XII, 17. τοῦ παραδοῦναί με τοῖς ἐχθροῖς μου, ad tradendum me inimicis meis. - *שדד, *vasto.* Ies. XXXIII, 1. παραδοθήσονται pro תושד, *devastaberis.* Sensum expresserunt. - שוה Pih. *pono.* Ies. XXXVIII, 13. - תנה, *mercede conduco.* Hos. VIII, 10. παραδοθήσονται. Pro יתנו, *dona miserunt*, a תנה, derivantes a נתן legerunt יתנו. - תקע, *figo*, it. *plaudo.* Prov. VI, 1. παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. 3 Esdr. II, 12. hebr. ספר, *numero*, coll. Esdr. I, 8. 3 Esdr. II, 11. pro על יד circumscribendo ponitur, coll. Esdr. I, 8. 3 Esdr. VIII, 56. coll. Esdr. VIII, 26. 3 Esdr. VIII, 61. coll. Esdr. VIII, 33. 3 Esdr. IX, 39. צוה, coll. Nehem. VIII, 1. 3 Esdr. VI, 17. chald. יהב, *do, trado*, coll. Esdr. V, 14.

ΟΥ ΠΑΡΑΔΙΔΩΜΙ, scil. ἐμαυτὸν, *non trado me.* השלים Hiph. *pacem facio.* Ios. XI, 19. οὐκ ἦν πόλις, ἥτις οὐ παρέδωκε (sc. ἑαυτὴν) τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, non erat urbs, quae *se non tradebat* filiis Israel. Confer *L. Bos. Ellips. gr.* pag. 58.

ΠΑΡΑΔΙΔΩΜΙ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ, *fructum trado*, i. e. *fructum fero, offero.* פרח, *floreo. Inc.* Hab. III, 16. ὅτι ἡ συκῆ οὐ μὴ παραδῷ τὸν καρπὸν, quoniam ficus neutiquam offeret fructum. LXX οὐ καρποφορήσει. Alias fructus ipse παραδιδόναι, sc. ἑαυτὸν, dicitur, v. c. Marc. IV, 29. ad quem locum videndus *Wolfius* p. 452.

ΠΑΡΑΔΟΞΑΖΩ, *mirabilem efficio*, etiam *dehonesto.* הפליא Hiph. *mirificum reddo.* Deut. XXVIII, 59. παραδοξάσει κύριος τὰς πληγάς σου, dominus miras plagas vobis infliget, h. e. *novas et extraordinarias.* Conf. Sir. X, 14. *Symm.* sec. cod. *Barber.* Ies. XXVIII, 29. - הפלה Hiph. *separo.* Exod. VIII, 22. παραδοξάσω ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὴν γῆν. Ib. IX, 4. XI, 7. Adde *Symm.* Ps. XVI, 7. et XXX, 22. In omnibus his locis non legerunt הפליא, ut plerique Intt. voluerunt, sed deserentes propriam *separandi* ac *distinguendi* notionem, quam habet הפלה, secuti sunt notionem adiunctam, *eximium, singularem fecit*, a plerisque locis supra laudatis admodum alienam.

Sirac. X, 13. παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, h. e. *multis et inusitatis* calamitatibus *affecit. Vulgatus* pro ἐπαγωγὰς legisse videtur συναγωγάς. Vertit enim *conventus malorum.* Quae lectio si locum habet, παραδοξάζειν erit *dehonestare*, quod etiam voluit *Vulgatus* suo *exhonorare*, coll. v. 18. 2 Macc. III, 30. laudabant Dominum, τὸν παραδοξάζοντα τὸν ἑαυτοῦ τόπον, qui mirabilem reddebat locum suum *ac praeter omnem spem*, h. e. *miraculoso modo, defendebat* templum suum.

ΠΑΡΑΔΟΞΑΣΜΟ'Σ. Vox, ni fallor, ficta ex παρὰ δόξαν, quasi dicas *admirabilitas, res mirabilis, stupenda, insolita.* פֶּלֶא *admirabilis. Symm.* Ies. IX, 6. Praeterea legitur quoque apud *Symm.* Psalm. XLV, 4. pro hebr. גַּאֲוָה, *sublimitas, potentia*, ubi tamen *Montf.* pro παραδοξασμῷ, quod legitur in *Eusebio* et *duobus MSS.*, mavult reponere ἐνδοξασμῷ, quod vide supra.

ΠΑΡΑ'ΔΟΞΟΣ, *inexspectatus, inopinatus, mirabilis.* נִפְלָא part. Niph. *Aqu.* Psalm. CXVII, 24. παράδοξον. *Symm.* Psalm. CXXXVIII, 19. παράδοξα τὰ ἔργα σου, mirabilia opera tua. Conf. Sir. XLIII, 30. et Luc. V, 26. Sic etiam *Aelianus V. H.* IX, 21. συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Iudith. XIII, 14. παράδοξον ἦν αὐτοῖς, *inopinatum* erat illis. 2 Macc. IX, 24. ἐάν τι παράδοξον ἀποβαίνῃ, si quid *praeter opinionem* acciderit. Sap. V, 2. XIX, 5. *Suidas:* παράδοξον, θαυμαστὸν, ἀπροσδόκητον.

*ΠΑΡΑΔΟΞΟ'ΤΑΤΟΣ, *praeter omnium opinionem mirabilis.* Sap. XVI, 17. *Dio Cass.* p. 1109, 32. *Reim.* παραδοξότατα ἐσώθη.

ΠΑΡΑΔΟ'ΞΩΣ, *praeter opinionem, inopinato.* בִּגְבוּרוֹת, *in fortitudinibus. Symm.* Ps. XIX, 7. ubi vid. *Montf.* Adde 4 Macc. IV, 14.

ΠΑΡΑ'ΔΟΣΙΣ, *traditio.* הִנָּתֵן infin. Niph. a נָתַן, *dando, tradendo.* Ierem. XXXII, 4. Vide et Ierem. XXXIV, 2. ubi nihil legitur in textu hebr. De *traditione in carcerem* legitur Esdr. VII, 26. ubi chald. אֱסוּרִין, *vincula*, respondet, quod alter interpres 3 Esdr. VIII, 24. per ἀπαγωγὴ expressit.

ΠΑΡΑΔΡΟΜΗ', *transcursus, cursus, quo alicui a latere currimus, concursatio.* רְהָטִים plur. *ambulacra.* Cant. VII, 5. βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς, ubi παραδρομαὶ esse videntur *ambulacra*, quae Galli vocant *galleries, quibus ab una parte domus ad aliam superne discurritur. Vulg.* habet *canalibus*, a רָהַט, *currere.* 2 Macc. III, 28. μετὰ πολλῆς παραδρομῆς, cum multo cursorum comitatu. *Latinus* vertit: *cum multis cursoribus.*

ΠΑΡΑΖΕΥ'ΓΝΥΜΙ, *adiungo.* Iudith. X, 18. καὶ παρέζευξαν αὐτῇ, h. e. *comites dederunt* ei. Alii male reddiderunt: *currum iunxerunt* ei.

ΠΑΡΑΖΗΛΟ'Ω, *ad zelum, ad aemulationem, ad iram, ad invidiam provoco, irrito.* הִתְחָרָה Hithp. *accendo me*, sc. *ira*, *exardesco.* Psalm. XXXVI, 1. μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, ne irriteris illis, qui maligne agunt. Ita *Bielius.* Sed παραζηλοῦν h. l. est *contendere velle, et non verbis, sed rebus certare cum aliquo*, hoc sensu: *ne certes, ut illos aeques. Suidas* ex *Theodoreto* ad h. l. παραζήλου, παρερεθίζου, παροξύνου εἰς μίμησιν τῶν κακίᾳ (Sic enim *Küsterus* apud *Suidam* ex *Theodoreto* pro τῶν μὴ κακίᾳ reponit.) συζώντων. Idem *Suidas* alio loco μὴ παραζήλου interpretatur μὴ ὁμοιωθῇς. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Similiter apud *Hesychium* exponitur μὴ ὁμοιοπαθῇς. Conf. *Wolfium* ad 1 Cor. X, 22. p. 462 sequ. Psalm. XXXVI, 7. 8 - עָשָׂה, *facio.* 1 Reg. XIV, 22. ubi loco παρεζήλωσαν, quod habet ed. *Ald.*, sine dubio ἐποίησαν reponendum erit, ut in reliquis libris legitur. Lectio παρεζήλωσαν haud dubie ex antecedentibus huc irrepsit. - קָנָא : הִקְנִיא, Pih. et Hiph. Deut. XXXII, 21. παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, *ad zelum* me *provocarunt* illo, qui non est Deus, exacerbarunt me idolis suis. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παραζηλοῦν, τὸ ἐρεθίζειν, καὶ παραθήγειν (καὶ κινεῖν addit *Zonaras Lex.* 1517.) εἰς ζηλοτυπίαν, ὁποῖον τὸ, αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, τουτέστιν, ἐκίνησαν ἐν ἐμοὶ ζῆλον, καὶ οἷον εἰς ὀργήν με ἠρέθισαν εἰδωλολατροῦντες. Idem tradit *Zonaras Lex.* l. l. qui quoque videndus est s. v. ζηλοῦν c. 958. Vide et 1 Reg. XIV, 22. Ps. LXXVII, 64. et conf. 1 Cor. l. c. Sir. XXX, 3. διδάσκων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, παραζηλώσει τὸν ἐχθρὸν, qui docet s. bene educat filium suum, *ad invidiam* vel *indignationem concitabit inimicum.*

ΠΑΡΑΖΗ'ΛΩΣΙΣ, *aemulatio*, *zelus.* Hinc ἐκτύπωμα παραζηλώσεως, *simulacrum zeli.* סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה, *imago zeli zelare facientis*, h. e. *simulacrum, quod zelum Dei provocabat. Symm.* Ezech. VIII, 3.

ΠΑΡΑΖΗΤΕ'Ω, *quaero, indago.* בִּקֵּר, *visito. Inc.* Lev. XXVII, 33. sec. *Coisl.* et *Lips. K.*

ΠΑΡΑΖΩ'ΝΗ, *cingulum*, *zona.* חֲגֹרָה. 2 Sam. XVIII, 11. - חֲדָשָׁה, *novus. Theodot.* 2 Sam. XXI, 16. παραζώνην. Iam cum ad vocem חֲדָשָׁה, consentientibus omnibus Intt., subintellegendum sit חֶרֶב, (*Vulg. ense novo*), omnino alienam esse h. l. versionem *Theodotionis* a textu hebr. sponte apparet. Mallem itaque divisim legere παρὰ ζώνην, ut vel *Theodotion* haec verba de suo addiderit, fortasse ex aliis locis, vel pertineant ad proxime antecedens חָגוּר. Vide quoque *Phavor.* s. v. μάχαιρα.

ΠΑΡΑΘΑΛΑ'ΣΣΙΟΣ, *ad mare situs, maritimus.* יָם, *mare.* Ezech. XXV, 9. Vide ad h. l. *Cappelli nott. critt.* p. 555. - *חוֹף יָם, *portus navis.* Ezech. XXV, 16. τοὺς κατοικοῦντας τὴν παραθαλασσίαν, sc. γῆν, incolentes terram maritimam. Ier.

XLVII, 7. ἐπὶ τὰς παραθαλασσίους, ad oram maritimam. - *שְׂפַת יָם, *littus maris*. 2 Par. VIII, 17. Vide et 1 Macc. VII, 11. XI, 8. 2 Macc. VIII, 11.

*ΠΑΡΑΘΑΡΣΥ'ΝΩ, *fiduciam addo, confirmo*. 4 Macc. XIII, 8. παρεθάρσυνον ἀλλήλους, se invicem *confirmabant*.

ΠΑΡΑ'ΘΕΜΑ, *additamentum*. מִכְבָּר, *cribrum*. *Al.* Exod. XXXVIII, 5. sec. cod. *Vat.* ubi tamen cod. *Alex.* et *Ald.* περίθεμα habent. Vox hebr. notat *opus aeneum instar cribri formatum*.

ΠΑΡΑΘΕΡΜΑΙ'ΝΩ, *calefacio, inflammo*. יָחַם, idem. Deut. XIX, 6. Legitur praeterea apud *Hesychium* s. v. παραθαλπομένας, *Eustathium* ad *Od.* α', pag. 51, 22. et *Athen.* V. p. 185. C.

ΠΑΡΑ'ΘΕΣΙΣ, *appositio, id ipsum, quod apponitur, apparatus, ferculum, repositio, qua aliquid in penu reponitur*. אָבוּס part. Pah. *saginatus*. Prov. XV, 18. παράθεσις μόσχων, ferculum ex vitulis. Vnde venerit ibi παράθεσις, se non prorsus scire fatetur *Iaegerus*. Sed mihi aut de suo addidisse videntur, aut pertinet ad אָבוּס, cuius radix mihi olim notionem *apponendi* habuisse videtur. Caeterum παράθεσιν *ferculum* notare apparet ex *Athenaeo* Lib. X. ubi *Polybius*: καὶ τοὺς διακόνους δὲ τὰς παραθέσεις φέροντας αὐτὸς εἰσῆγεν. - אוֹצָר, *thesaurus*, 2 Par. XI, 10. παραθέσεις βρωμάτων, *apparatus* ciborum. Conf. 1 Macc. IX, 52. 2 Macc. XII, 14. - *בַּר, *frumentum*. Amos. VIII, 6. sec. ed. *Compl.* ubi alii libri habent πράσεως. - כֵּרָה, *convivium*. 2 Reg. VI, 23. *Vulg. ciborum praeparatio*. - מַאֲכָל, *cibus*. Prov. VI, 8. πολλὴν δὲ ἐν τῷ ἀμητῷ ποιεῖται τὴν παράθεσιν, et magnum sibi in messe *nutrimentorum apparatum* parat. - *מִמְכָּר, *venditio*. Levit. XXV, 50. sec. cod. *Oxon.* ubi loco παραθέσεως fortasse rectius legetur παραδόσεως, quia venditio coniuncta est cum traditione. Alii libri habent πράσεως. Vide supra s. v. בַּר. 2 Macc. XII, 27. βελῶν πολλαὶ παραθέσεις ὑπῆρχον, telorum magnus apparatus erat.

ΠΑΡΑΘΗ'ΚΗ, *depositum*. פִּקָּדוֹן, *res magna cura commissa et deposita*. Lev. VI, 2. 4. *Aqu.* Gen. XLI, 36. Vide et 2 Macc. III, 15. et confer ad h. l. *Perizonii notas ad Aelian. V. H.* XIII, 2. Voce etiam usus est *Herodotus* et alii. Vide *Wolfium* ad 1 Tim. II, 12. p. 504. et *Lex. N. T. s. h. v.* nec non notata infra s. v. παρακαταθήκη.

ΠΑΡΑΘΛΙ'ΒΩ, *collido*. לָחַץ, *premo*. 2 Reg. VI, 32. Vide quoque *Sext. Empir. Pyrrh. Hyp.* p. 14, 11.

ΠΑΡΑΙ'ΝΕΣΙΣ, *admonitio, adhortatio, consolatio*. פִּקּוּדִים, *praecepta*. *Symm.* Psalm. CXVIII, 100. παραινέσεις. Confer quoque ib. v. 56. ubi omissum est *Symmachi* nomen. Sap. VIII, 10. παραίνεσις φροντίδων καὶ λύπης, *consolatio* curarum et moeroris.

ΠΑΡΑΙΝΕ'Ω, *admoneo*, *hortor.* 2 Macc. VII, 25. 26.

ΠΑΡΑΙΡΕ'Ω et *ΠΑΡΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ*, *aufero*, *adimo.* אָצַל, *sepono.* Num. XI, 25. παρείλετο (subintellegendum τι) ἀπὸ τοῦ πνεύματος, *auferebat* aliquid de spiritu. - *הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio. Symm.* Psalm. LXXX, 7. - הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *oblivisci facio. Symm.* Iob. XXXIX, 17. παρεῖλεν, *abstulit.*

ΠΑΡΑΙΤΕ'ΟΜΑΙ, *expeto*, *precor*, *deprecor*, *recuso*, *devito.* הֵפֵר Hiph. a פּוּר, *irritum facio. Theod.* Iob. XV, 4. παρῃτήσω, *recusasti.* - הִתְחַנֵּן Hithp. *deprecor.* Esth. IV, 7. παραιτήσασθαι τὸν βασιλέα, ut deprecaretur regem. - נִשְׁאַל Niph. *expeto.* 1 Sam. XX, 16. παραιτούμενος παρῃτήσατο ἀπ' ἐμοῦ, *expetens expetiit*, h. e. *multis precibus a me efflagitavit.* - נִשְׁאֹל נִשְׁאַל, *expetendo expeto.* 1 Sam. XX, 27. *Suidas:* παραιτεῖσθαι, παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν. Idem ex *Xenophonte* loca subiungit, quibus verbum eo sensu legitur. Rursus *Suidas:* παρῃτεῖτο, παρεκάλει, ἐλιπάρει. Ὁ δὲ ἐλθὼν, παρῃτεῖτο τὸν Πέρσην, τυγχάνων δὲ οὐδενὸς, ὧν ἐδεῖτο, αὐτὸς ἔλυσεν. Confer quae *Raphelius* notat ex *Herodoto* ad Act. XXV, 11. p. 592. 2 Macc. II, 32. τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας παραιτεῖσθαι, elaboratam pertractationem *devitare.*

ΠΑΡΑΙ'ΤΙΟΣ, *qui in causa ex parte est*, item simpliciter *auctor*, *causa.* 2 Macc. XI, 19. πειράσομαι παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν, tentabo causa bonorum esse.

ΠΑΡΑΚΑΘΕΥ'ΔΩ, *prope dormio*, *excubo.* Iudith. X, 22. οἱ παρακαθεύδοντες Ὀλοφέρνῃ. Confer *Aelian. V. H.* I, 13.

ΠΑΡΑΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *assideo.* יָשַׁב, *sedeo.* Esther. I, 14. οἱ πρῶτοι παρακαθήμενοι τῷ βασιλεῖ.

ΠΑΡΑΚΑΘΙ'ΖΩ, idem. יָשַׁב. Iob. II, 13. ubi יָשַׁב cum אֵת construitur.

**ΠΑΡΑΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ*, *iuxta colloco*, *appono*, *paratum habeo.* Legitur 2 Macc. XII, 3. in cod. *Alex.* ubi alii habent παρίστημι.

ΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, *advoco*, *voco*, *acclamo*, *admoneo*, *hortor*, *excito*, *adhortor*, *rogo*, *precor*, *invoco*, *consolor*, *solatio erigo*, *roboro*, et Παρακαλέομαι, *consolationem admitto*, *luctum depono*, *oblector*, item: *poenitet me*, *misereor.* אִמֵּץ Pih. *fortifico.* Deut. III, 28. κατίσχυσον αὐτὸν καὶ παρακάλεσον αὐτὸν, confirma illum, et *solatio erige* illum. Ies. XXXV, 3. γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε, genua labantia *roborate.* Conf. quae in h. v. post hebr. חִזֵּק allata sunt ex Iob. IV, 3. - הִנְחָה Hiph. *deduco.* 1 Sam. XXII, 4. παρεκάλεσε τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως, *rogabat* regem. Conf. 1 Macc. IX, 35. Ies. LVII, 18. παρεκάλεσα αὐτὸν, *consolabar* illum. In utroque loco pro נָחָה sine dubio legerunt נִחַם. - *הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito.* Ies. XIII, 2. παρακαλεῖτε τῇ χειρί. Sensum

expresserunt. Verba enim hebr. sonant: *agitatione manus signum date*, et idem vult παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ apud LXX, modo non vertatur cum *Montfauconio adhortamini manu*, sed *advocate*, seu *convocate manu*. - הֵסִית Hiph. a סות, *incito*. Deut. XIII, 6. ἐὰν δὲ παρακαλέσῃ σε ὁ ἀδελφός σου, si autem *exhortetur* te frater tuus. Confer 1 Macc. XII, 50. 2 Macc. IV, 34. IX, 26. *Suidas*: παρακαλεῖν, τὸ καλεῖν ἢ τὸ προτρέπεσθαι. - הֶעְטָה Hiph. *obvelo*. Ezech. XXIV, 17. οὐ μὴ παρακληθῇς ἐν χείλεσιν αὐτῶν, neutiquam consolationem admittas a labiis illorum. Vide et v. 22. Videntur accepisse הֶעֱטָה, quasi esset a יעט, quod *Chaldaeis* significat *consulere*, *consilium dare*. Sic *Cappellus in nott. crist.* ad h. l. p. 555. - הֵעִיז Hiph. ab עוז, *congrego me*. Ies. X, 31. Παρακαλεῖν notat h. l. *convocare fugitivos*. - הִשְׁבִּית Hiph. *quiescere facio*. Ies. XXI, 2. παρακαλέσω ἐμαυτὸν, h. e. *quaeram mihi solatium*. Ita putarunt vocem hebr. explicandam esse. - חִזֵּק Pih. *confirmo*. Iob. IV, 3. χεῖρας ἀσθενεῖς παρεκάλεσας, manus infirmas *roborasti*. - חָלַם, *somnio*, it. *integer et sanus sum*, Hiph. הֶחֱלִים, *reviviscere facio*, *sano*. Ps. CXXV, 1. ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι, facti sumus quasi *revocati a morte*, aut *ex morbo recreati*. (*Schindlerus* in *Lex.* putat, LXX legisse חמלים.) Sic חָלַם Ies. XXXVIII, 16. (ad quem locum videndus *Scheidius* p. 138.), ubi *Hieronymus*: *vivificabis me*. Potest quoque verti: *corroborati et ad bene sperandum animati*; nam παρακαλεῖν notat etiam *hortari bono animo esse ac bene sperare*, et *solari* ex origine est *solum* *&* *integrum facere*, et hinc *in spem bonam erigere*. Vide ad h. l. *Rosenmülleri* Scholia. Idem valet de loco Ies. XXXVIII, 16. παρακληθεὶς ἔζησα, ubi nonnulli suspicantur eos legisse הִנָּחֵם. *Hesych.* παρακεκλημένοι, παραμυθηθέντες, παρακληθέντες. *Zonaras Lex.* 1518. παρακεκλημένοι ἀντὶ τοῦ παρακληθέντες. - חָמַם, *incalesco*. Ies. LVII, 5. οἱ παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα, *invocantes* idola. Non legerunt נִחָמִים a נָחַם, ut nonnullorum sententia fuit, sed sensum expresserunt. Nam *incalescere in idola* est *colere ac studiose sectari idola*. - מְבַשֵּׂר נָתַן, *nuntium laetum do*. Ies. XLI, 27. ἱερουσαλὴμ παρακαλέσω εἰς ὁδὸν, Hierosolymitanos *vocabo* in viam. Ita *Bielius*. Equidem mallem ita: Hierosolymitanos *consolabor* in via (*Alex.* ἐν ὁδῷ), sc. laeto nuntio misso. - נָהַג, *duco*. Ies. XLIX, 10. Libere verterunt. Imago enim desumta est a pecoribus, quae ad aquas ducuntur. - נֵהֵל Pih. *leniter duco*. Exod. XV, 13. παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου, *advocasti* robore tuo ad diversorium sanctum tuum. Aliter *Gloss. MS. in Cant. Script.* παρεκάλεσας, παρεμυθήσω. Ita *Bielius*. Sed παρακαλεῖν h. l. est latinum *evocare*, h. e. pedetentim videlicet et molliter evocando ducere, ut pastores greges sensim voce ducunt. *Symm.* habet διεβάστασας.

Non opus itaque est statuere, LXX נַחֲמָה legisse. Ies. XL, 11. et LI, 18. ubi נִהַל metaphorice dicitur de *consolatore, qui lugentem ducit et manu apprehendit.* Vide infra s. παρηγορέω. - *נָהַם, *rugio.* Ezech. XXIV, 23. Legerunt וְנִחַמְתֶּם. - נוּד, *condoleo.* Iob. II, 11. XLII, 11. In priore loco, ubi legitur: τοῦ παρακαλέσαι καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, sine dubio verba sunt transposita, ita ut ἐπισκέπτομαι hebr. נוּד, et παρακαλεῖν hebr. נָחַם respondeat, uti e versione *Vulgata* apparet, quae habet: *ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur.* - נָחַם Niph. et Pih. itemque in *Pyh.* et *Hithp.* Gen. XXIV, 67. παρεκλήθη Ἰσαὰκ περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς, *luctum deponebat* Isaac de Sara, matre sua. Gen. XXXVIII, 12. παρακληθεὶς Ἰούδας, *luctum deponens* Iudas. Iud. XXI, 6. παρεκλήθησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ περὶ Βενιαμὶν, *luctum deponebant* filii Israel de Beniamin. Vide et v. 15. 2 Sam. XIII, 39. Gen. XXXVII, 34. οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, nolebat *consolationem admittere.* Vide et Psalm. LXXVI, 3. Ierem. XXXI, 15. et conf. Matth. II, 18. Deut. XXXII, 36. ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται, *miserebitur* servorum suorum. Vide et Ps. LXXXIX, 15. CXXXIV, 14. et conf. 2 Macc. VII, 6. Iud. II, 18. παρεκλήθη κύριος ἀπὸ τοῦ στενάγματος αὐτοῦ, *misertus* est Dominus suspirii eorum. 2 Sam. XXIV, 16. παρεκλήθη κύριος ἐπὶ τῇ κακίᾳ, *poenitebat* Deum mali. 2 Sam. XXIV, 16. sec. cod. *Vat.* ubi fortasse vera lectio est μετεμελήθη, quam ed. *Complut.* exhibet. Vide notas *L. Bos.* Ion. III, 10. sec. ed. *Compl.* Psalm. XC, 13. παρακλήθητι, *exorabilem te praesta,* aut, ut *Vulgatus* expressit, *deprecabilis esto*, h. e. ex ira et indignatione ad benignitatem redi. Ps. CXXXV, 14. παρακληθήσεται, *deprecabitur*, passive, *er wird sich erbitten lassen. Hieron. exorabilis erit. Al.* 1 Sam. XV, 11. παρακέκλημαι, ὅτι ἐβασίλευσα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, *poenituit me*, quod Saulem in regem constituerim. *Aqu.* Iob. XLII, 6. παρεκλήθην, *poenituit me.* Eodem sensu *Symmachus* verbo utitur Amos. VII, 3. et 6. *Aqu.* Iob. XLII, 6. παρεκλήθην ἐπὶ χοῦ καὶ σποδῷ, quae verba *Bielius* male transtulit: *solatium accepi* in pulvere et cinere; potius: in pulvere et cinere *poenitentiam ago*, ut *Vulgatus* transtulit. - נֶחָמָה, *consolatio.* Psalm. CXVIII, 50. - נָפַף: הֵנִיף, Pih. et Hiph. a נוּף, *agito.* Ies. X, 32. παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ τὸ ὄρος τὴν θυγατέρα σιών. Vide supra s. v. הֵנִיף. Ies. XIII, 2. παρακαλεῖτε τῇ χειρί. *Symm.* κινήσατε. - עָתַר, *oro*, it. *preces fundo.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1208. Esth. VII, 7. ὁ δὲ Ἀμὰν παρεκάλει καὶ ἠτεῖτο τὴν βασίλισσαν, Aman autem orabat et deprecabatur reginam. - קָרָא, *voco, clamo.* Prov. VIII, 4. ὑμᾶς, ὦ ἄνθρωποι, παρακαλῶ, vobis, o homines, *acclamo.* Ies. XL, 2. παρακαλέσατε αὐτὴν, *acclamate* illi. - רִחַם Pih. *misereor.* Ies. XLIX, 15. - שִׁעֲשַׁע Pih. a שָׁעַע, *oblecto.* Ies. LXVI, 12. ἐπὶ γονάτων παρακληθήσονται, in

genibus *oblectabuntur*. Sic Luc. XVI, 25. de Lazaro, cum esset in sinu Abrahae: *νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι*, nunc autem hic oblectatur, tu vero cruciaris. Praeterea legitur 2 Sam. XIV, 1. ubi *παρεκλήθη*, quod in ed. *Complut.* legitur, huc irrepsit e cap. XIII. v. 39. Sirac. XVII, 24. ubi *Vulg.* *παρακαλεῖν* per *confirmare* transtulit. 1 Macc. IX, 35. *παρακαλεῖν* in notione *rogandi, precandi* legitur. *Addit. Esther.* XV, 14. *παρακαλεῖν* per *succurrere, opem ferre* vertere mallem.

ΟΥ' ΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, non consolor. נָחַם, *gemo.* Ezech. XXIV, 23. ubi ante *παρακαλέσατε* inserenda erit particula negationis omissa in omnibus codd., etiam in *Cod. Syr. Hex.* Conf. supra s. v. *παρακαλέω*.

ΠΑΡΑΚΑ'ΛΥΜΜΑ, quod obtenditur alicui rei ad eam tegendam, tegumentum, aulaeum, velamen. מָסָךְ, *operimentum. Inc.* Ex. XXVI, 36. Sap. XVII, 3. *ἀφεγγεῖ λήθης παρακαλύμματι*, obscuro oblivionis *velamine*.

ΠΑΡΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, obtego, occulto. הֶעְלִים Hiph. idem. Ezech. XXII, 26. - *לָאַט, *involvo.* 2 Sam. XIX, 4. sec. ed. *Compl.* - פָּחַד, *paveo.* Ies. XLIV, 8. *μὴ παρακαλύπτεσθε*, ne occultate vos. *Semlerus* correxit *παρεκπλήττεσθε*. Sed *παρακαλύπτεσθαι* h. l. notat *prae magno pudore aut timore se abscondere et occultare.* Qui enim timent, aut pudore suffunduntur, se abscondere solent.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗ'ΚΗ, i. q. *παραθήκη, depositum.* מְלָאכָה, *opus.* Exod. XXII, 8. *τῆς παρακαταθήκης*. Sic recte a LXX translatum esse apparet ex omni orationis serie. Tob. X, 11. *παρατίθημί σοι τὴν θυγατέρα μου ἐν παρακαταθήκῃ*, committo tibi filiam meam, ut *depositum*. *Wassius* ad *Thucyd.* lib. II. c. 72. contra MSS. reponere vult *ἐν παραθήκῃ*. Sed hac medicina mihi hic locus non indigere videtur, significatione enim haec duo vocabula prorsus non differre multis exemplis docui in *Lex. N. T.* T. II. p. 406. et 410. Pro *deposito* vox alias saepius occurrit. Sic *Philo Byblius* apud *Eusebium Praep. Evang.* lib. I. p. 25. 26. *σύντροφοι δὲ τοῖς ἐκείνων (Ἑλλήνων) πλάσμασιν αἱ ἀκοαὶ ἡμῶν γενόμεναι, καὶ προληφθεῖσαι πολλοῖς αἰῶσιν, ὡς παρακαταθήκην φυλάσσουσιν, ἣν προσεδέξαντο μυθοποιΐαν.* Vide et *Philonem Alex. in Flacc.* p. 676. et *lib. quis rer. div. haeres* p. 336. et aliorum loca observata auctoribus citatis a *Wolfio* ad 1 Tim. VI, 20. p. 496. et ad 2 Tim. I, 12. pag. 504. Caeterum *Moeris* vocem *παρακαταθήκη* Atticam esse dicit, *παραθήκη* vero Hellenicam. Conf. *Thom. Magist.* qui hanc apud *Herodotum*, illam apud *Thucydidem* occurrere observat.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, depono, committo fidei alicuius, commendo. הִפְקִיד Hiph. *praeficio.* Ierem. XL, 7. *παρεκατέθετο αὐτῷ ἄνδρας καὶ γυναῖκας*, *fidei* eius *commiserat* viros et

uxores. Vide et Ierem. XLI, 10. et conf. 2 Macc. IX, 25. Ita et *Diodorus Sic.* lib. V. p. 326. Ῥέας αὐτοῖς παρακαταθεμένης τὸ βρέφος, cum Rhea infantem *fidei* illorum *commisisset.* Confer et *Aelian. V. H.* III, 26. 2 Macc. III, 15. τοῖς παρακαταθεμένοις σῶα διαφυλάξαι, ut illis, qui *deposuerant,* salva haec custodiret.

ΠΑΡΆΚΕΙΜΑΙ, pass. *apponor*, inprimis de cibis, et med. *adiaceo, vicinus sum.* אָצַל, *Azal*, nom. proprium. *Symm.* Zach. XIV, 5. παρακείμενος, *adiacens.* Legit אֵצֶל. Sirac. XXX, 17. θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ, fercula ciborum *apposita* in sepulcro. Vide et Sir. XXXI, 18. ac *Alciphr.* I. Ep. 22. 2 Macc. IV, 4. ἐκ τῆς παρακειμένης σποδοῦ, ex cinere *adiacente.* Vide quoque 2 Macc. XII, 16. 2 Macc. IX, 25. κατανοῶν τοὺς παρακειμένους δυνάστας, respiciens *vicinos* principes. Iudith. III, 2. ubi παρακεῖσθαι ex sententia *Bretschneideri* notat: *prosternere se, tradere se,* h. e. *praesto esse ad omne obsequium*, et cum formula δοῦλον τινὸς εἶναι permutatur.

ΠΑΡΑΚΛΕΙ'Ω, *includo carceri, in vincula coniicio.* 2 Macc. IV, 34. Ita *Bielius.* Sed παρακλείειν ibi adiunctam habet notionem *interficiendi*, unde *Vulgatus* verba ὃν καὶ παραχρῆμα παρέκλεισεν transtulit: *statim eum peremit.* Ita quoque *Syrus.* Praeterea v. 35. narratur, Iudaeos et multos alios indignatos esse ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδίκῳ φόνῳ.

ΠΑΡΆΚΛΗΣΙΣ, *adhortatio*, *cohortatio*, it. *preces.* מְנַחֵם part. Pih. *consolator.* Nah. III, 7. – נִחַם Pih. *consolor.* Ier. XVI, 6. – נֹחַם. Hos. XIII, 14. – נֶחָמָה. *Aqu. Theod.* Job. VI, 10. – נִחֻמִים plur. Ies. LVII, 18. – שֶׁבֶת infin. a יָשַׁב, *sedeo.* Ies. XXX, 7. ὅτι ματαία ἡ παράκλησις ὑμῶν ἔσται. Ita quoque *Syrus.* Clarum est, eos legisse הַמַּשְׁבַּת, *quiescere faciens*, *stabiliens. Michaelis* in *Bibl. Or.* T. XIV. App. p. 99. confert arab. ثبت, *stabilis fuit*, Coni. II. *stabilivit.* – תַּחֲנוּנִים plur. *deprecationes.* Ier. XXXI, 9. – תַּנְחוּמִים plur. masc. Ps. XCIII, 19. Ies. LXVI, 11. Ier. XVI, 6. – תַּנְחוּמוֹת plur. foem. Iob. XXI, 2. 1 Macc. X, 24. γράψω αὐτοῖς λόγους παρακλήσεως, quae verba *Bielius* transtulit: scribam illis et ego *verba exhortationis.* Sed παράκλησις ibi potius *rogationem, preces* significare videtur, ut λόγοι παρακλήσεως sint *literae petitoriae.* 2 Maccab. VII, 24. διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν παράκλησιν, verbis *hortabatur. Suidas* ex *Harpocratione:* Παράκλησις, ἀντὶ τοῦ προτροπή. Ἰσοκράτης· Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες. Eodem sensu et Patres quidam vocem acceperunt Rom. XI, 8. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 581. Quod vero ad alteram *precum* notionem attinet huic voci supra vindicatam, *Thomas Mag.* Παρακαλῶ, τὸ προτρέπω ὡς ἐπὶ πολὺ, ἅπαξ δὲ καὶ τὸ δέομαι, ubi *Drakenb.* citat

Demosthen. de corona p. 473. *Suidas: παρακαλεῖν τὸ καλεῖν, ἢ τὸ προτρέπεσθαι· ἄκυρον γὰρ τὸ δέεσθαι.*

ΜΑΤΑΙ'Α ΠΑΡΆΚΛΗΣΙΣ, vana consolatio. תּוּשִׁיָּה, *essentia.* Ies. XXVIII, 29. Videntur legisse תְּשַׁשֶּׁה, *in nihilum redigis*, formatum a שָׁוְא, *vanitas, nihilum*, coll. rad. שָׁאָה, *vastari, in nihilum redigi.* Conf. Iob. XXX, 22.

ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΌΣ, consolatorius. נחמים plur. *consolationes.* Zach. I, 13. *Plato de rep.* II. p. 523. D.

ΠΑΡΆΚΛΗΤΟΣ, consolator. מְנַחֵם part. Pih. idem. *Aqu. Theod.* Iob. XVI, 2. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΑΡΑΚΛΗ'ΤΩΡ, idem. מְנַחֵם part. Pih. idem. Iob. XVI, 2. *παρακλήτορες κακῶν*: ubi *παρακλήτορες κακοὶ* reponendum esse nullus equidem dubito. Inde fortasse apud *Hesychium παρακλήτορες* sunt *παραμυθηταὶ, consolatores.* Vide quoque *Suidam* s. v. *παραιτητὴς*, et *Soph. Oedip. Tyr.* v. 189. *Schol.*

ΠΑΡΑΚΛΥ'ΖΩ, inundo. שָׁטַף, idem. *Inc.* Ps. CXXIII, 4. *παρέκλυσεν, inundavit. Hesych. παρέκλυσε* (sic enim legendum puto pro *παρέκλησε*), *παρῆλθεν. Schol. Lycophr. Alex.* v. 1290.

ΠΑΡΑΚΜΆΖΩ, florem aetatis supergredior, consenesco. Sirac. XLII, 9. *μήποτε παρακμάσῃ*, ne forte *exolescat*, *Παρακμάζειν* dicitur hic filia, quae *ὑπέρακμος* Paulo 1 Cor. VII, 36. et *exoleta virgo Plauto.* Vide *Grotium* ad *Sirac. l. c.*

ΠΑΡΆΚΟΙΤΟΣ, sensu proprio et generali *iuxta cubans, accubans, excubans. Diod. Sic.* p. 214, 51. *Παράκοιτος, ἡ, sc. γυνὴ, concubina.* לְחֵנָה, *chald. concubina.* Dan. V, 2. 3. 25.

ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΈΩ, sequor, intersum, consequor, obsequor. בּוֹא sequ. אַחֲרֵי, *venio post, sequor. Aqu.* Cohel. II, 12. *τί δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα παρακολουθήσῃ βουλῇ;* quid vero est homo, ut *intersit* consilio? Eodem sensu *Iosephus* lib. I. c. *Apion. δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον, hoc sciendum est, debere eum, qui aliis verorum factorum narrationem pollicetur, ipsum prius illorum esse scientissimum, vel quod rebus ipsis interfuerit, vel quod eas ex iis cognoverit, qui ipsi viderunt.* Sic etiam *Demosthenes, Polybius* et *Lucianus* verbum usurparunt. Vide *Raphelii annotatt. ex Polybio* ad Luc. I, 3. p. 164. sequ. 2 Macc. VIII, 11. *οὐ προσδεχόμενος τὴν παρὰ τοῦ παντοκράτορος μέλλουσαν παρακολουθήσειν ἐπ' αὐτῷ δίκην*, non expectans vindictam, quae eum ab omnipotente *esset consecutura.* 2 Maccab. IX, 27. *παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει, obse-*

quentem meae voluntati. Conf. 1 Tim. II, 6. et 2 Tim. III, 10.

ΠΑΡΑΚΟΜΙ'ΖΩ, *apporto*, *affero*, *porto*, *exporto*. 2 Maccab. IV, 19. 20. 23. IX, 8. In activo quoque dici de *cadaveribus funere efferendis* docet locus 2 Maccab. IX, 10. *Ἀντίοχον παρακομίζειν οὐδεὶς ἐδύνατο διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος.*

ΠΑΡΑΚΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ, med. *funere efferendum curo*. 2 Macc. IX, 29. *παρεκομίζετο δὲ τὸ σῶμα Φίλιππος*, cadaver autem *funere efferendum curavit* Philippus.

ΠΑΡΑΤΑ'ΣΣΩ vel Α'ΤΤΩ, *paro*, *praeparo*, *instruo*, et παρατάσσομαι med. *paro me*, *aciem instruo*, *pugno*, *dimico*, *milito*. אָסַר, *ligo*. 2 Par. XIII, 3. παρετάξατο Ἀβιὰ τὸν πόλεμον (pro εἰς τὸν πόλεμον, nam εἰς alias additur, ut paulo post videbimus), Abia parabat se ad bellum. *Ligare bellum* est h. l. *proelium incipere*, *aciem instruere*, coll. 1 Reg. XX, 14. – גּוּר, *peregrinor*. Psalm. CXXXIX, 2. παρετάσσοντο (εἰς) πολέμους, parabant se ad bella. Legisse videntur nonnullis יְגוּרוּ, *excitabant*, pro יָגוּרוּ. Sec. *Knappium* legerunt יָעִירוּ ab עוּר, quod non solum intransitive *se excitare*, sed etiam transitive *excitare*, *commovere*, v. c. Iob. XLI, 2., notat. Sed mallem equidem גּוּר h. l. in notione *colligendi*, *congregandi* accipere, quam haud raro habet, aut cum *Clerico* statuere, גּוּר esse i. q. גָּרָה, *concitavit*. – זָמַם, *cogito*. Zach. I, 6. καθὼς παρατέτακται κύριος τοῦ ποιῆσαι ἡμῖν κατὰ τὰς ὁδοὺς ἡμῶν, sicut *paratus fuit* (potius *decrevit*) dominus omnipotens, ut faceret nobis secundum facta nostra. – זָעַם, *indignor*. Mal. I, 4. λαὸς, ἐφ' ὃν παρατέτακται κύριος ἕως αἰῶνος, populus, contra quem *confligere paratus* vel *instructus est* Deus in aeternum. *Hesychius*: παρατέτακται, ἡτοίμασται. Metaphora desumta ab illis, qui ad bellum vel proelium parati et instructi sunt. Pro παρατέτακται *Lud. Cappellus* in *nott. critt.* ad h. l. p. 184. legendum putabat παρατετάρακται. Sed vana est haec coniectura. Nam παρατετάχθαι ἐπί τινα eleganter dicuntur *milites*, *qui stant in acie parati pugnare in hostem*. Conf. *Fischeri Proluss. Quinque* (*Lips.* 1779. 8. editas) p. 41. *Arabs* et *Syrus* h. l. textum hebr. secuti esse videntur. – מִשְׁלַחַת, *dimissio*. *Symm.* Cohel. VIII, 8. οὐδὲ ἔστι παρατάξασθαι εἰς πόλεμον, neque est *aciem instruere* ad bellum. Videtur מִשְׁלַחַת accepisse in notione *missionis*, quam habet Psalm. LXXVIII, 49., hoc sensu: nemo potest aciem instruere contra mortem. Coniicere tamen fortasse aliquis possit, legendum esse ἀποτάξασθαι aut συντά-

ξασθαι, quod interdum *valedicere* notat. Vid. *D'Orville ad Chariton.* T. II. p. 151. - נָגַשׁ, *appropinquo.* 1 Paral. XIX, 14. παρετάξατο. Bene quoad sensum. - נִלְחַם Niph. *pugno.* Exod. XVII, 9. ἐξελθὼν παράταξαι τῷ Ἀμαλὴκ, exiens *aciem instruere* adversus Amalecitas. Num. XXI, 23. ἐξῆλθε παρατάξασθαι τῷ Ἰσραὴλ, exibat, ut *aciem instrueret* vel *pugnaret* adversus Israelitas. Vide et Ios. XXIV, 8. 9. Iud. V, 20. ἐξ οὐρανοῦ παρετάξαντο οἱ ἀστέρες, ex coelo *pugnabant* stellae. *Hesych.* παρετάξαντο, ἐπολέμησαν. Iud. VIII, 1. παρατάξασθαι ἐν Μαδιὰμ, ad *pugnandum* adversus Midian. Vide et Nehem. IV, 8. Zach. XIV, 3. 14. Nehem. IV, 14. παρατάξασθε περὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, *pugnate* pro fratribus vestris. - עָדַר, *ordino.* 1 Par. XII, 38. ἄνδρες πολεμισταὶ παρατασσόμενοι παράταξιν, viri bellicosi *instruentes aciem.* - עָרַךְ, idem. Gen. XIV, 8. παρετάξαντο αὐτοῖς εἰς πόλεμον, *parabant se* adversus illos ad proelium. Vide et 1 Sam. IV, 2. XVII, 2. 8. Ioel. II, 5. 2 Sam. X, 9. παρετάξαντο ἐξ ἐναντίας Συρίας, *instruebant aciem* adversus Syriam. Vide et v. 10. et 17. Ierem. VI, 23. ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι παρατάξεται ὡς πῦρ εἰς πόλεμον πρὸς σὲ, equis et curribus *instruet se* tanquam ignis ad proelium adversus te. Ierem. L, 14. παρατάξασθε ἐπὶ Βαβυλῶνα κύκλῳ πάντες τείνοντες τόξον, *parate vos* adversus Babylonem in circuitu omnes, qui tenditis arcum. *Aqu.* Prov. IX, 2. παρέταξεν τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν, ubi παρατάσσειν aut *apponere*, aut *parare*, h. e. *instruere cibis*, significat, ac *Symmachus* voce προστίθημι usus est. - צָבָא, verbum, *milito.* Num. XXXI, 7. παρετάξαντο ἐπὶ Μαδιὰμ, *pugnabant* adversus Midian. - צָבָא, nomen, *militia.* Num. I, 45. XXVI, 2. 1 Par. VII, 4. μονόζωνοι δυνάμει παρατάξασθαι εἰς πόλεμον, expediti in exercitu ad *proelium ineundum.* - קִדֵּשׁ Pih. *sanctifico*, it. *sacris ritibus apparo et praeparo*, etiam *praeparo* simpliciter. Ierem. VI, 4. παρατάξεσθε ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον, *parate vos* adversus illam ad bellum. Ita legitur in ed. *Aldina.* Sed LXX ibi scripsisse videntur παρασκευάσασθε, et παρατάξεσθε *Symmacho* tribuendum est. - קְרָאָה, *occursus*, sensu militari. Num. XXI, 23. - שׁוּב, *revertor.* Zach. VIII, 15. οὕτως παρατέταγμαι, *sic decrevi.* Videntur חָשַׁב legisse. 2 Macc. I, 11. πρὸς βασιλέα παρατασσόμενοι, adversus regem *militantes.* Ib. v. 12. et XII, 34. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρατάσσεται, πάσῃ δυνάμει πολεμεῖ. *Hesych.* παρατάσσεται, ἐν πολέμῳ ἀνθίσταται. *Phavorinus:* παρατάσσεται, πολεμεῖ, ὁπλίζεται.

ΠΑΡΑΤΕΙ'ΝΩ, *protendo, praetendo, extendo, dilato.* בַּחֻרִין, nomen propr., sec. etymologiam *resecta regio.* 2 Sam. II, 29. διέβαινον τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἐπορεύθησαν ὅλην τὴν παρατείνουσαν, sc. χώραν, et transibant Iordanem, et ibant per totam regionem *praetentam*, h. e. *prope adiacentem*, aut *planitiem.* *Thucyd.* lib. IV. p. 256. ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη,

τόν τε λιμένα παρατείνουσα καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη, ἰσχυρὸν ποιεῖ καὶ τοὺς ἔσπλους στενούς, insula enim *Sphacteria* dicta, et portui (Pyli) praetenta et prope adiacens, munitum illum reddit, et introitum navium angustum. – הֶאֱרִיךְ Hiph. ab אָרַךְ, *prolongo*, *extendo*. *Symm.* Psalm. CXXVIII, 3. παρέτειναν, *extenderunt*. – יַרְכָּה, *latus*. Gen. XLIX, 13. παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος, *protendet se* usque ad Sidonem. – מָשַׁךְ, *traho*. Ps. XXXV, 11. παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, *protende* (h. e. *continua* s. *perge*, quam notionem h. l. et מָשַׁךְ habet.) misericordiam tuam illis, qui cognoscunt te. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παράτεινον, πλάτυνον. *Zonaras Lex.* 1520. παράτεινον, ἐξάπλωσον, πλάτυνον. – *מֶשֶׁךְ, *Mesec*, nomen propr. Ezech. XXVII, 13. παρατείνοντα, *adiacentia*, a מָשַׁךְ, *trahere*, quasi dicat, *qui cum illis trahuntur*, h. e. *consociantur*. – נִשְׁקַף Niph. *specto*, etiam *protendor*, *exporrigor*. Num. XXIII, 28. παρατεῖνον εἰς τὸν ἔρημον, *protendens se* usque ad desertum.

*ΠΑΡΑΤΕΥ'ΧΩ, *fabricor*, *struo*, *paro*. Παρατεύχομαι, *apparor*. יְהוּא, *erit*. *Symm.* Cohel. XI, 3. ἐκεῖ παρατεύξονται, ibi parabantur. Bene quoad sensum. Arab. هو, media Ie, *paratus fuit*.

ΠΑΡΑΤΗΡΕ'Ω, *observo* (*Theophr. Char.* VII, 2.), et speciatim *malo animo observo*, *clam et ex insidiis observo*. הַרְגִּשׁ chald. Aph. *convenio*. Dan. VI, 11. *Incertus* ibid. v. 15. – זָמַם, *cogito*. Psalm. XXXVI, 12. παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, *insidiose observabit* peccator iustum. Conf. Luc. XIV, 1. – שָׁמַר, *custodio*. Psalm. CXXIX, 3. *Symm.* 1 Sam. I, 12. – שִׁמֻּרִים plur. *observationes*, *custodiae*. *Symm.* Exod. XII, 42. παρατετηρημένη. Susann. v. 12. παρετήρησαν φιλοτίμως καθ' ἡμέραν ὁρᾶν, *observabant* studiose, sc. occasionem, ut cotidie viderent illam. Vide et v. 15. 16. *Glossae*: παρατηρῶ, *observo*, *praestolo*, *praestolor*. Confer *Raphelii annotatt. ex Polyb.* ad Marc. III, 2. p. 119. et *Elsnerum* ad Luc. XX, 20. p. 270.

ΠΑΡΑΤΗ'ΡΗΣΙΣ, *observatio*. שִׁמֻּרִים plur. *observationes*, *custodiae*. *Aqu.* Exod. XII, 41. παρατηρήσεων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρατήρησις, παραφυλακή. Conf. de hac voce *Elsnerum* ad Luc. XVII, 20. et *Hombergium* fil. *Parerg. Sacr. Vindic.* p. 50 sequ.

ΠΑΡΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *appono*, *pono*, *propono*, *depono*, *committo*, *concredo*, *commendo*. הִצִּיג Hiph. a יָצַג, *colloco*. Gen. XXX, 29. – כָּרָה, *apparo*. 2 Reg. VI, 23. – נָתַן, *do*. 2 Par. XVI, 10. παρέθετο αὐτὸν εἰς φυλακήν, *coniecit* illum in carcerem. – לִפְנֵי, *ad faciem*, *coram*. Prov. XXIII, 1. νόει τὰ παρατιθέμενά σοι, considera, quae *apponuntur* tibi, h. e. *cibos tibi appositos*. Conf. Luc. X, 8. Verba hebr. אֵת

אֲשֶׁר לְפָנֶיךָ plerique de *ipso principe* exponunt, hoc sensu: *quocum verseris.* — פָּקַד: הִפְקִיד. Lev. VI, 4. τὴν παραθήκην, ἥτις παρετέθη αὐτῷ, depositum, quod ipsi *concreditum est.* 2 Reg. V, 24. παρέθετο ἐν οἴκῳ, *deponebat* in domo. Psalm. XXX, 6. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου, in manus tuas *commendabo* spiritum meum. Confer 1 Petr. IV, 19. — שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. Exod. XIX, 7. παρέθηκεν αὐτοῖς πάντας τοὺς λόγους τούτους, *proponebat* illis omnia verba illa. Vide et Exod. XXI, 1. et conf. Matth. XIII, 24. Deut. IV, 44. ὁ νόμος, ὃν παρέθετο Μωϋσῆς, lex, quam Moses *proponebat.* 2 Sam. XII, 20. παρέθηκαν αὐτῷ ἄρτον, *apponebant* illi panem. Vide et 2 Reg. VI, 22. ac *Apollod.* lib. I. cap. 9. §. 21. (οἱ δὲ παρέθεσαν αὐτῷ τράπεζαν ἐδεσμάτων) ac *Drakenborch.* ad *Livium* lib. 40. cap. 59. §. 8. Tob. IV, 1. τοῦ ἀργυρίου, οὗ παρέθετο Γαβαήλῳ, argenti, quod Gabaelo *commiserat*, seu: quod *fidei* Gabaeli *concrediderat.* Vide et v. 28. 1 Macc. IX, 35. et conf. Luc. XII, 48. 2 Tim. II, 12.

ΠΑΡΑΤΡΕ'ΠΩ, *everto*, *subverto.* הֵסִיר Hiph. a סוּר, *removeo.* *Symm.* Iob. XII, 24. παρατρέπων. Cum vox haec nec hebraicae respondeat, nec de corde h. l. commode dici possit, scribendum existimo περιτρέπων, coll. v. 20. *Vulg. qui commutat.* Idem valet de loco Iob. XXXIV, 5. ubi *Symmacho* παρέτρεψεν tribuitur. — נָטָה. *Symm.* Iob. XXIV, 4. παρέτρεψαν. Id. Ps. CXL, 7.

ΠΑΡΑΤΡΕ'ΧΩ, *a latere curro*, *curro iuxta currum, quo vehitur ille, quem honoris causa prosequimur*, *accurro*, *procurro*, *praetercurro.* רוּץ, *curro.* 1 Sam. XXII, 16. τοῖς παρατρέχουσι, h. e. *stipatoribus*, *satellitibus.* 2 Sam. XV, 1. sec. *Vat.* ubi est i. q. simplex τρέχειν, quia ἔμπροσθεν sequitur. *Symm.* et LXX 1 Reg. XIV, 28. 2 Reg. X, 27. — רָצִים, *cursores.* *Al.* 2 Reg. XI, 20. παρατρέχοντας. Sap. V, 9. ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα, tanquam nuncius *praetercurrens.* *Hesych.* παρατρέχει, παρέρχεται.

**ΠΑΡΑΤΥΓΧΑ'ΝΩ*, *intervenio*, *intersum.* יֶהֱוֶא, *fractio.* *Symm.* Cohel. XI, 5. ἐκεῖ παρατεύξονται. Habuit pro futuro vocis הָוָה, *ruere*, *cadere*, scripto sec. orthographiam *syr.* et *arab.* Cf. *Kreyssigii Obss.* ad *Intt. GG.* Iob. XXXIX, 30.

ΠΑΡΑΥΤΙ'ΚΑ, *confestim*, *statim.* עַל עֵקֶב, *pro mercede.* Psalm. LXIX, 4. Vide et Tob. IV, 18. ac infra s. v. παραχρῆμα.

ΠΑΡΑΦΕ'ΡΩ, *transfero*, *praeterveho*, it. *transire facio.* Et med. παραφέρομαι, *insanum me gero.* הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Esdr. X, 7. παρήνεγκαν φωνὴν ἐν Ἰούδᾳ, *transire faciebant* vocem in Iuda, h. e. *publice per praeconem proclamabant* in Iuda. *Symm.* 2 Reg. XXVIII, 10. παραφέρειν διὰ πυρὸς, *transire facere* per ignem. LXX διάγειν. *Vulg. consecrare per ignem.* *Syrus Int.* Ierem. XLVI, 14. — הִתְהַלֵּל

Hithp. *insano impetu feror.* 1 Sam. XXI, 15. *παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, insanum se gerebat* in manibus eius. *Hesych.* *παρεφέρετο, ἐδαιμονίζετο. Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Suidas:* *παράφορος, ὁ παρ' ἑαυτὸν καὶ ὑπὸ δαίμονος παραφερόμενος.* Idem fragmentum *Aeliani* addit, ubi vox eo sensu occurrit. Vide v. *παράφορος* paulo post. Praeterea legitur Iud. VI, 5. ubi *παρέφερον, transtulerunt* vel *circumtulerunt*, videtur esse versio vocis יַעֲלוּ, quae primum margini adscripta perperam huc in textum translata fuit. Ex sententia *Scharfenbergii* ante יָבֹאוּ adhuc legerunt יָבִיאוּ.

ΠΑΡΑΦΟΡΑ΄, translatio, it. *error mentis, furor, insania.* הוֹלֵלוֹת, *insania. Theod.* Cohel. I, 17. *παραφορὰς*, ubi vid. *Montf.* qui laudat *Drusium* monentem, alibi *περιφορὰς* legi, quae vocabula significatione inter se conveniunt. Vide *Opuscula Critica* p. 319. Adde *Al.* Cohel. II, 12. ubi in ed. *Rom.* *παραφορὰν* legitur, sed in cod. *Alex. Ald. et Compl.* *περιφορὰν*, ubi *Schol.* *παραφορὰν* habet. – מְהוֹלָל part. Pyh. *insanus. Al.* Cohel. II, 2. *Gloss. Brem.* *παραφορὰ, μανία.* Conf. quoque *Drusium* Ep. 32. ac *Olympiodori Comment.* in *Eccles.* ubi postquam exposuisset vulgatam scripturam, *vel mutata litera ε in α,* inquit, *non περιφορὰν legemus, sed παραφορὰν, h. e. insanam ecstasin, mentisque excessum.*

ΠΑΡΑ΄ΦΟΡΟΣ, vecors, insanus. יוֹבֵל, *Iobel. Aqu.* Lev. XXV, 10. *παραφόρων* sec. cod. *Coislin.* pro quo *Montfauconus* legendum censet *παράφορον.* Sed e *cod. Lips. Paul.* emendanda est haec vitiosa lectio in *παραφέρων*, qua voce usus est *Aquila*, quia יוֹבֵל, si formam spectes, est participium verbi יָבַל, quod in *Hiph.* notat *procedere fecit.* – מְשֻׁגָּע part. Pyh. *vesanus. Symm.* Deut. XXVIII, 34. Conf. *Aelian. V. H.* III, 42. *Hesych.* *παράφορος, παραφερόμενος, παρόμοιος, ἐξεστηκώς.* Adde *Eurip. Hecub.* v. 1050. *Plato de Leg.* II, 775. D. Conf. quoque v. *παραφέρω.*

ΠΑΡΑΦΡΟΝΕ΄Ω, amens sum, decipio, furore agitor. סָרַר, *refractarius sum.* Zach. VII, 11. *ἔδωκαν νῶτον παραφρονοῦντα*, h. e. *contemnentem*, et ex adiuncto *respuentem, detrectantem.* Vide quoque *παραφρόνησις.*

ΠΑΡΑΦΡΟ΄ΝΗΣΙΣ, idem quod *παραφρονία, amentia, insania.* שִׁגָּעוֹן, idem. Zach. XII, 4. *ἐν παραφρονήσει.* Est a *παραφρονέω*, cuius explicationem adscribam ex *Schol. Aristoph.* in *Plut.* p. 1. Ibi enim ad vocem *παραφρονοῦντος* ita: *ἤγουν μαινομένου, οὐκ εἰδότος, τί δεῖ ποιεῖν, ἤτοι ἀνοηταίνοντος καὶ μωροῦ, παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος· ἡ γὰρ παρὰ ἐνταῦθα τὴν ἔξω σχέσιν δηλοῖ. Küsterum*, qui in hoc Scholiastae loco duplex statuit vitium, bene refellit *L. Bos. anim. ad Scriptt. GG.* p. 1. Adde *Schol. Soph. Oed. Tyr.* v. 118.

ΠΑΡΑ΄ΦΡΩΝ, amens, delirans. מִשְׁתַּגֵּעַ part. Hithp. *furens. Symm.* 1 Sam. XXI, 14. Sap. V, 20. ubi tamen non

amentem, sed *improbum*, *scelestum* notat. Opponuntur enim ibi v. 15. δικαίοις, atque dicuntur v. 13. ἀρετῆς σημεῖον οὐδὲν ἔχεσθαι δεῖξαι. *Hebraeos stultitiam* et *impietatem* promiscue dicere, notissimum est. *Hesych.* παράφρων, ἀνόητος.

ΠΑΡΑΦΥΑ'Σ, *quod arbori adnascitur*, *propago*, *surculus adventitius*, *stolones*. יוֹנֶקֶת, *ramus tener*. Ps. LXXXIX, 12. *Theod.* et LXX Ezech. XVII, 22. *Theod.* Iob. VIII, 16. – סְעִפּוֹת plur. *ramusculi*. Ezech. XXXI, 6. 8. – עָנָף, *ramus*. Ezech. XXXI, 3. – פֹּארָה, idem. *Theod.* et LXX Ezech. XXXI, 5. – צֶלֶל, *umbra*. *Symm.* Iob. XL, 17. ταῖς παραφυάσιν, quae sc. umbram faciunt. LXX ibi habent σὺν ῥαδάμνοις. 4 Macc. I, 28.

ΠΑΡΑΦΥΛΑ'ΣΣΩ, *custodio*, *observo*. שָׁמַר, idem. *Symm.* Ion. II, 8. παραφυλάσσοντες.

ΠΑΡΑΧΡΗ͂ΜΑ, *subito*, *statim*, *repente*. נִבְעֶה part. Niph. *tumens*. Ies. XXX, 13. Sed sine dubio נִבְעֶה ibi prorsus omiserunt LXX Intt. ac eius loco e sequentibus פִּתְאֹם, aut לְפֶתַע inseruerunt. – עַל־עֵקֶב, *pro mercede*. Psalm. XXXIX, 21. Videtur עַל־עֵקֶב olim habuisse hanc significationem: nam et Psalm. LXIX, 4. eandem formulam per παραυτίκα reddiderunt. Respondet tunc latino *e vestigio*. Conf. *Michaelis Supplem.* p. 1953. – עַתָּה, *nunc*, *modo*. *Symm.* Ps. XVI, 11. – פִּתְאֹם. Num. VI, 9. XII, 4. Ies. XXIX, 5. – פִּתְאֹם לְפֶתַע, *subito ad momentum*. Ies. XXX, 13. – תַּחְתָּיו, *pro se*, *loco suo*. *Aqu.* 2 Sam. III, 12. Cur *Aquila* (cui tamen tribuere mallem versionem ἀνθ' ἑαυτοῦ, quae sub *Symmachi* nomine fertur.), *Theodotion* ac LXX תַּחְתָּיו per παραχρῆμα transtulerint, non satis liquet. Nisi obstaret locus Psalm. LXV, 17., ubi תַּחַת a *Symmacho* pariter per παραχρῆμα redditur, coniicerem, παραχρῆμα h. l. referendum esse ad vocem הִנֵּה in sequentibus, quod infra v. 22. *Symmachus* per εὐθὺς, *Vulgatus* autem per *statim* transtulerunt. Conf. *Noldii Concord.* p. 939. Legitur praeterea Iob. XXXIX, 30., ubi LXX παραχρῆμα ante εὑρίσκονται de suo addiderunt. *Hesychius*: παραχρῆμα, παραυτίκα, ἀθρόως, εὐθέως.

ΠΑΡΑΧΩΡΕ'Ω, *adduco*, *cedo*, *concedo*. 2 Macc. II, 29. τῷ συγγραφεῖ παραχωρήσαντες, historiographo *concedentes*. Ib. VIII, 11. παραχωρήσειν, *traditurum*.

**ΠΑΡΔΑ'ΛΕΙΟΣ* sive *ΠΑΡΔΑ'ΛΕΟΣ*, *pantherinus*. 2 Macc. IX, 28. οἱ παρδάλειοι θῆρες. Conf. *Etymol. M.* 652, 35. et *Etymol. Gudianum* 452, 43 sequ.

ΠΑ'ΡΔΑΛΙΣ, *pardus*, *panthera*. זְאֵב, *lupus*. *Aqu.* Hab. I, 8. – נָמֵר, *pardus*. Cant. IV, 8. Ies. XI, 6. Ier. V, 6. et alibi. – נְמַר; Chald. Dan. VII, 6. Sunt qui παρδάλεις et πάνθηρας diversa esse animalium genera acriter contendunt, sed *Bochartus* utrumque nomen idem genus denotare

affirmat. Vide de illis *Rendtorfii nott.* in *Anatol. fragment.* apud *Fabricium* in *Bibl. Gr.* lib. IV. c. 29. p. 311.

ΠΑΡΕΔΡΕΥ'Ω, *assideo*, *versor circa aliquem locum*, *assiduus sum in aliqua re.* Prov. I, 21. Verba *ἐπὶ δὲ πύλαις δυναστῶν παρεδρεύει*, quae ibi leguntur, e cap. VIII, 3. traducta sunt, ubi loco *ἐπὶ* legitur *παρὰ*, et nihil est in textu hebraico. *Arabs* male transtulit *insidiatur*, quasi in codice suo legisset *ἐνεδρεύει*.

ΠΑ'ΡΕΔΡΟΣ, *assessor.* Sap. VI, 14. *πάρεδρον εὑρήσει τῶν πυλῶν αὐτοῦ*, portae suae *assidentem* (sapientiam) inveniet. Sap. IX, 4. *δός μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον σοφίαν*, da mihi sapientiam thronis tuis *assidentem.* *Hesych.* *πάρεδρον*, *παρακαθήμενον*, *παρομένον* (lege *παραμένοντα* e *Lex. Cyrilli MS. Brem.*), *σύνθρονος*. Lege: *σύνθρονον*. Adde *Herodot.* V. p. 292, 15. *Pindar. Olymp.* β', 137. *Schol.*

ΠΑΡΕΙΑ', *maxilla*, *gena.* רַקָּה, *tempus*, *pars capitis.* *Symm.* Cant. IV, 3. *αἱ παρειαί σου.* *Vulg.* *genae tuae*, sc. temporibus suppositae.

ΠΑΡΕΙ'ΔΩ, *visu praetereo*, *despicio*, *contemno*, *negligo.* *הֵסִיר, *aufero*, *sepono.* *Symm.* Iob. XXVII, 2. *παρεῖδε τὸ κρίμα*, *neglexit* ius. Bene quoad sensum. – הִרְפָּה Hiph. a רָפָה, *dimitto*, *sino.* Ps. CXXXVII, 9. *τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς*, opera manuum tuarum ne *negligas.* – מַעַל, *praevaricatio.* Num. V, 12. ubi *παρ.* *peccare* ac speciatim *adulterio commisso* notat. Conf. infra s. *παριδὼν παρεῖδω.* Sir. VII, 11. *ἐλεημοσύνην ποιῆσαι μὴ παρίδῃς*, eleemosynam facere non *negligas.* Sirac. XXVIII, 7. *πάριδε ἄγνοιαν*, *non respice*, h. e. *remitte* peccatum, quod contra te per ignorantiam admisit proximus. Vide et *Al.* Sirac. XXX, 11. Eodem sensu alias *ὑπερεῖδειν* occurrit, cum quo etiam permutatur in codd., v. c. Num. V, 12. Vide hoc verbum suo loco, et conf. Act. XVII, 30. *Suidas:* *παριδόντες*, *καταμελήσαντες*.

ΠΑΡΙΔΩ'Ν ΠΑΡΕΙ'ΔΩ, *despiciendo despicio*, i. e. *plane contemno*, *plane negligo.* מָעַל מַעַל, *praevaricor praevaricatione.* Levit. VI, 2. *καὶ παριδὼν παρίδῃ τὰς ἐντολὰς κυρίου.*

ΠΑΡΕΙ'ΓΜΑΙ. ΠΑΡΕΙΜΕ'ΝΟΣ. Vide *Παρίημι.*

ΠΑ'ΡΕΙΜΙ, *adsum*, *prope sum*, *venio.* אֵת. *Aqu.* Ps. XI, 5. *πάρεστιν ἡμῖν.* In textu hebr. legitur אִתָּנוּ. – אָתָה, *venio.* Prov. I, 27. *Παρεῖναι* etiam *motum ad locum* significare ostendit *Valcken.* ad *Herodot.* Lib. I, p. 10. – *בָּהּ, *in ea.* Iob. II, 2. *πάρειμι.* Legerunt forte בָּא. – בּוֹא, *venio.* 2 Sam. V, 23. in notione *occurrendi*, ubi cod. *Alex.* habet *περιπίπτειν.* Adde 1 Par. XIV, 14. Thren. IV, 18. *πάρεστι τὸ πέρας ὑμῶν*, *prope* est finis vester. Vide et Ioel. II, 1. *Hesych.* *πάρεστιν*, *ἔστιν ἐγγύς.* Zach. XIV, 5. et alibi saepius. – בָּשַׁל, *maturesco.* Ioel. III, 13. *ὅτι πάρεστι ὁ τρυγητός*, *adest* messis. – דָּרַךְ,

via. Symm. Cohel. XI, 5. *μὴ οἶδας, πότερον πάρεστι ὁ ἄνεμος;* nescis, unde *adveniat* ventus. Conf. Ioh. III, 18. – הִנֵּנוּ, *ecce nos. Symm.* 1 Sam. XXII, 12. et Iob. XXXVIII, 35. *πάρεσμεν.* – חוּשׁ, *festino.* Deut. XXXII, 35. *πάρεστιν ἕτοιμα ὑμῖν.* – *עֲלֵי, *super. Symm.* Iob. VI, 5. *παρούσης χλόης.* Bene quoad sensum. In textu hebr. legitur עֲלֵי דֶשֶׁא. *Vulg. cum habuerit gramen.* – *עִמָּד, *cum.* Iob. XXIX, 20. עִמָּדִי, *mecum. Symm. παροῦσά μοι,* hoc sensu: gloria mea renovatione (h. e. semper renovata) praesens mihi erit. *Vulg. gloria mea semper innovabitur.* – *קֶרֶב, *medium.* Vide s. רֹגֶן. – *רֹגֶן, *ira.* Hab. III, 2. *ἐν τῷ παρεῖναι χρόνον ἀναδειχθήσῃ.* Verba haec, quae apud *Inc. Int.* et LXX h. l. leguntur, non pertinent ad בְּרֹגֶז וגו, ut *Montfauconius* existimasse videtur, sed ad antecedentia בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ, *in medio annorum vivifica illud,* ut adeo duae versiones coaluerint. Caeterum hi interpretes pro בְּקֶרֶב cum *Aquila,* qui habet *ἐν τῷ ἐγγίζειν,* legisse videntur בִּקְרֹב. – *שָׁם הוּא, *ibi ipse. Symm.* Iob. XXXIX, 30. *πάρεισιν.* – שָׂמַח, *laetor.* Iud. XIX, 4. *παρῆν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, laetus veniebat* in occursum eius. Conf. *Suid.* in voce *πάρει, Alberti* ad Matth. XXVI, 50. p. 157. et *Raphelii annotatt. ex Herodoto* ad Col. I, 6. p. 555. et ex *Polybio* p. 569 sequ. – שָׁתַל, *planto.* Hos. IX, 15. *εἰς θήραν πάρεστι τὰ τέκνα αὐτῶν.* Lectio aperte falsa, et ex compendio scribendi orta. Reponendum est *παρέστησαν,* ut שָׁתוּ legerint. Sap. XIII, 1. *οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία,* quibus *adest* Dei ignorantia, h. e. qui Deum non cognoscunt, coll. XI, 21. Sap. XI, 12. *ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες,* absentes vero et praesentes. Vide et Sap. XIV, 17. 3 Esdr. VI, 15. chald. אָתָה Esdr. V, 5. Sap. IX, 9. *σοφία* dicitur *παροῦσα, adiutrix* Dei fuisse, cum crearet mundum. Eadem enim dicitur cap. VII, 22. *πάντων τεχνῖτις,* et cap. VIII, 5. *μύστις τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. Demosth.* p. 911, 6. ed. *Reisk.* Sap. XIX, 14. *παρόντες, advenae, peregrini.* Mallem tamen legere *παριόντας.* 4 Macc. VI, 27. *παρόν μοι, penes me,* h. e. *in potestate mea erat.*

*ΟΥ' ΠΆΡΕΣΤΙ, *non adest.* אַיִן, *nihil. Symm.* Cohel. V, 3.

ΠΑΡΕΙ'ΣΑΚΤΟΣ, alienus, peregrinus, adscititius, irreptitius. Prol. Sir. *πρόλογος παρείσακτος ἀδήλου,* praefatio *irreptitia* ignoti. Conf. Gal. II, 4. ubi *Beza τοὺς παρεισάκτους* bene interpretatur *irreptitios. Suidas* et *Hesychius: παρείσακτον, ἀλλότριον.*

ΠΑΡΕΙΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, iuxta vel *clam ingredior,* etiam *ingredior* simpliciter. 2 Macc. VIII, 1. *παρεισπορευόμενοι λεληθότως εἰς τὰς κώμας,* intrantes latenter in castella.

ΠΑΡΕ´ΚΑΣΤΑ, ubique, etiam *semper*. 2 Macc. X, 13. προδότης παρέκαστα ἀκούων, proditor *ubique* audiens. Vide et v. 14. 3 Macc. III, 23. παρέκαστα ὑφορώμενοι, *semper* suspicantes. *Suidas*: παρέκαστα, ἑκάστοτε.

ΠΑΡΕΚΛΕΙ´ΠΩ, deficio. Iudith. XI, 13. ἐπεὶ παρεξέλιπεν αὐτοὺς τὰ βρώματα αὐτῶν, quoniam defecerunt eis cibaria sua.

**ΠΑΡΕ´ΚΛΥΣΙΣ, dissolutio*. מִסְפָּר, *numerus*. LXX sec. *Hexapla* Iob. XXV, 3. Vocem παρέκλυσις esse merum typothetae errorem, ac legendum παρέλκυσις, apparet e vers. lat. *Montf. nemo enim putet, esse* moram *piratis*. Sed quomodo utraque vox cum textu hebr. conciliari possit, equidem non video.

ΠΑΡΕΚΤΕΙ´ΝΩ, extendo, produco, ad comparationem alicuius extendo et produco. יָגַע, *fatigor, laboro*. Prov. XXIII, 4. μὴ παρεκτείνου πλουσίῳ, noli *adspirare ad magnitudinem divitis*, h. e. *imitari* potentes. In textu hebr. legitur: noli laborare, ut diteris. – נַחַל, *torrens*. Ezech. XLVII, 20. παρεκτεῖνον ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην. Legerunt fortasse cum He נָהַל, *ducere*. Adde *Soph. Oed. Tyr.* 523. *Schol. Strab.* XIII. p. 935. C.

ΠΑΡΕΚΤΟ´Σ, praeter, extra. זוּלָתִי, *praeter*. *Aqu.* Deut. I, 36. – *מִלְּבַד, *praeter*. *Inc.* Lev. XXIII, 38. sec. *Coisl.* et *Lips. Pamphilus* in *Geopon.* XIII, 15, 7.

ΠΑΡΕΛΑΥ´ΝΩ, praetereo. נָטָה, *inclino*. *Symm.* 2 Sam. II, 19. παρήλασε, *praeterivit*. Ita *Bielius*. Sed παρελαύνειν est h. l. *declinare a via*, i. q. ἐκκλίνειν apud LXX. *Hesychius*: παρήλασα, παρεφθεγξάμην (*Guietus* legit παρεφθασάμην), παρέβην.

ΠΑΡΕΛΕ´ΓΧΩ, redarguo. 2 Macc. IV, 33.

ΠΑΡΕ´ΛΚΥΣΙΣ, protractio, prorogatio, dilatio, tarditas, mora. מִסְפָּר, *numerus*. Iob. XXV, 3. ὅτι ἐστὶ παρέλκυσις πειραταῖς, quod sit dilatio vel mora praedonibus. *N. L.* Vide supra s. v. παρέκλυσις. *Hesych.* παρέλκυσις, βράδος, βραδύτης. *Suidas*: παρέλκυσις, ὑπέρθεσις.

ΠΑΡΕΛΚΥ´Ω, protraho, differo, remoror. *מֶשֶׁךְ, *Mesech*, nomen proprium. *Symm.* Psalm. CXIX, 5. ὅτι παροικῶν παρείλκυσα. Legit מָשַׁכְתִּי, aut מֶשֶׁךְ pro nomine appellativo habuit, a מָשַׁךְ, *traho*, *protraho*. Sir. IV, 1. μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐνδεεῖς, noli *protrahere* spem pauperum auxilium tuum implorantium, ut debeant diu in te respicere, seu: ne diu eum suspensum et dubium de tua donatione teneas: ubi παρελκύειν, ut lat. *trahere* (*Seneca de Benef.* II, 5.), de eo dicitur, *qui alicuius spem ducit et suspensam tenet*. *Vulgatus* habet: *oculos tuos ne transvertas a paupere*, quasi legisset παρεκκλίνῃς. Sir. IV, 3. μὴ παρελκύσῃς δόσιν προσδεομένου, ubi *Vulgatus* habet: *non exasperes*, quasi legisset μὴ παροργίσῃς. Ibid. XXIX, 6. 11.

ΠΑΡΕΜΒΑ'ΛΛΩ, *latenter interiicio*, *clam immisceo*, *milites certo ordine loco*, *tentoria colloco ordinibus distincta*; *castra metor*, *castris cingo*, *circumdo*. *Παρεμβάλλομαι*, *interloquor*, *interpello*. בָּלַל, *pabulum misceo*. Iud. XIX, 21. *παρενέβαλε τοῖς ὑποζυγίοις αὐτοῦ*, pabulum *miscebat* s. *praebebat* iumentis eius. - הֵתִיר Hiph. a תּוּר, *explorari curo*. Iud. I, 23. Vox hebr. h. l. per *obsidere* vertenda est. - חָנָה, *castra metor*. Gen. XXXIII, 18. Exod. XIV, 9. XV, 17. et alibi saepissime. Ps. XXXIII, 8. *παρεμβαλεῖ*. *Vulg*. male transtulit: *immittet*, inconsulto textu hebraico, ex quo tollenda erat ambiguitas verbi graeci, quod significat *immittere* et *castra metari*. - יָשַׁב, *sedeo*. *Al*. Iud. IX, 50. Ita *Bielius*. Sed l. l. *τῷ* חָנָה potius respondet. - מַחֲנֶה, *castra*. Deut. XXIII, 9. - נָסַע, *proficiscor*. Num. IX, 18. - נָפַל, *cado*, it. *irruo*. Iud. VII, 12. - *עָבַר. *Inc*. Iud. VI, 33. *παρενέβαλον*. Sed male *Montf*. in *Hexaplis* hanc vocem retulit ad וַיַּעַבְרוּ. Potius loco et sensu respondet verbo sequenti וַיַּחֲנוּ, *et castra posuerunt*. - עָטַר, *corono*, *circumcingo*. 1 Sam. XXIII, 26. *οἱ παρενέβαλον ἐπὶ Δαβὶδ*, h. e. non castris circumdederunt, sed in modum coronae cingebant Davidem, ut *Vulgatus* transtulit. *Suidas*: *παρεμβαλόντων*, *κυκλωσάντων*. - שׁוּב, *revertor*. Num. XXXIII, 7. ubi שׁוּב cum חָנָה permutatur. - תַּחֲנוֹת sing. *castrametatio*. 2 Reg. VI, 8. Sir. XI, 8. *ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρεμβάλλου*, in medio sermonum ne *interloquaris*, q. d. ne *interiicias verbum*, h. e. ne interrumpas loquentem. 1 Macc. V, 42. *castra locare*, *tentoria figere*. Iudith. VII, 3. 13. *castris cingere*. 1 Macc. V, 5. *παρενέβαλεν ἐπ' αὐτοὺς*, *pugnavit* adversus illos. 1 Macc. X, 77. *παρενέβαλε τρισχιλίαν ἵππον*. *Vulgatus*: *admovit*. *Syrus*: *adduxit*.

ΠΑΡΕΜΒΛΕ'ΠΩ, *aspicio*, *intueor*. שָׁזַף, *adspicio*, *conspicio*. *Symm*. Cant. I, 5. *παρενέβλεψε*, *decoloravit*. Adde *Eurip*. *Helen*. v. 1574.

ΠΑΡΕ'ΜΒΛΗΣΙΣ, *castrametatio*. חָנָה, *castra metor*. *Aqu*. Ies. XXIX, 1. *παρεμβλήσεως*.

ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ', pr. *interiectio*, *interpositio*, *castrensis ordinationis genus*, *castra*, item: *exercitus*, *acies*, *turba*, *multitudo*. *אֹהֶל, *tentorium*. Exod. XXXIII, 11. sec. cod. 73. et 78. *Holm*. *παρεμβολῆς*. Ita ob antecedentia, nec inspecto codice sacro. Ios. VII, 21. *εἰς τὴν σκηνὴν εἰς τὴν παρεμβολήν*. Est duplex unius vocabuli הָאֹהֱלָה interpretatio. Verba *εἰς τὴν παρεμβολὴν* profecta sunt ab alio interprete, qui *τὸ* אהל de *universis castris* intellexit. - הָמוֹן, *turba*. 1 Sam. XIV, 16. *ἡ παρεμβολὴ τεταραγμένη ἔνθεν καὶ ἔνθεν*, *acies* hinc inde conturbata. Sic *Aelianus* *V. H.* XIV, 47. *οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον τὴν παρεμβολὴν*, canes prosilientes aciem conturbabant. - חָנָה, *castra metor*. 1 Reg. XVI, 15. 16. Adde *Symm*. Ies. XXIX, 1. - מַחֲנֶה. Gen.

XXXII, 2. 7. 8. Exod. XIV, 19. et alibi saepius. 2 Reg. V, 15. ubi παρεμβολὴ est *comitatus*, coll. v. 9. ἵπποι καὶ ἅρματα, quemadmodum et מַחֲנֶה *turmam* notat. – *מַחֲנַיִם, *Machanaim*, nomen propr. 2 Sam. XIX, 32. sec. *Compl.* – מָלוֹן, *diversorium.* Ies. IV, 8. Vox hebr. ibi de *loco nocturnae stationis* explicanda est. – מִלְחָמָה, *bellum.* 1 Sam. XXIX, 4. Libere verterunt. – מַעְגָּל, *locus*, *in quo sunt plaustra, plaustrorum ambitus*, *carrago.* *Inc.* 1 Sam. XVII, 20. ubi fortasse *partem castrorum* pro *castris* in universum positam existimavit, nisi potius in mente habuit hebr. עֲגִיל, *orbis, circulus.* Castra autem veterum, in primis Arabum, quantum per soli opportunitatem fieri poterat, semper erant rotunda. *Vulgatus* hanc vocem pro nomine proprio habuit, vertens: *ad locum Magala.* – מַעֲרָכָה, *dispositio.* 1 Sam. IV, 17. – מִשְׁמֶרֶת, *custodia.* Ies. XXI, 8. – עֵדָה, *congregatio.* Num. XVI, 46. – מִקְנֶה, *possessio*, *facultates.* *Al.* 2 Reg. III, 17. παρεμβολαί. Sc. per מִקְנֶה intellexit h. l. *milites*, *qui in castris erant.* 1 Macc. V, 45. παρεμβολὴν μεγάλην σφόδρα, *turbam* valde magnam. *Hesych.* παρεμβολὴ, στρατόπεδον, παράταξις, στῖφος στρατιᾶς, ἢ πλῆθος, ἢ οἴκησιν, ἢ κάστρον. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρεμβολὴ, σκηνὴ, κάστρον, στρατόπεδον. *Pollux* IX, 15.

ΠΑΡΕΜΠΙΠΤΩ, *incido*, *interlabor*, *irrepo.* Sap. VII, 25. οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει, nihil immundum in eam *irrepit.*

ΠΑΡΕΝΟΧΛΕΩ, *obturpo*, *perturbo*, *vexo*, *molestiam creo*, *negotium facesso.* אָלַץ Pih. *moleste urgeo*, *coarcto.* Iud. XVI, 17. παρηνώχλησεν αὐτὸν, *vexabat* illum. – הֶחֱרִיד Hiph. *terrefacio.* Ierem. XLVI, 26. οὐκ ἔσται ὁ παρενοχλῶν αὐτὸν, non erit, qui *perturbet* eum. – הֶלְאָה Hiph. *defatigo*, *taedio afficio.* Mich. VI, 3. τί παρηνώχλησά σοι; quam *molestiam* tibi *feci?* Conf. 1 Macc. X, 63. XII, 14. Act. XV, 19. et ad h. l. *Raphelii annotatt. Polyb.* pag. 347 sequ. – הִמְרִיץ Hiph. *exacerbo.* Iob. XVI, 3. τί παρενοχλήσει σοι, ὅτι ἀποκρίνῃ; quid molestiam tibi faciet, quod respondeas? Ita quoque *Theodotion.* Sed versio haec mihi non satis bene convenire videtur hebr. הִמְרִיץ, quod *morbidum reddere*, et ex adiuncto *incitare* seu *stimulare aliquem* notat. Potest quidem haec versio quodammodo ita excusari, quod, quae molestia afficiunt, ea excitant ac stimulant quasi molestia affectum ad removendum ea, quae sunt molesta. Sed tamen mallem statuere, *Theodotionem* legisse יַמְרִירְךָ a מָרַר. *Vulgatus* habet: *aut tibi aliquid molestum est*, *si loquaris.* – הֵצִיק Hiph. a צוּק, *coarcto.* Iud. XIV, 17. ὅτι παρηνόχλησεν αὐτὸν, quod vexaverat illum. – הִרְגִּיז Hiph. *commoveo.* 1 Sam. XXVIII, 15. ἱνατί παρηνώχλησάς με ἀναβῆναί με; quare turbasti me, ut ascenderem? – חָלָה, *aegroto.* Psalm. XXXIV,

15. ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, cum *perturbarent* me, seu; cum mihi *molesti essent*. Quanquam hanc lectionem receptam tuetur auctoritas *Hieronymi*, qui habet: *cum infirmarer ab iis*, tamen eam vel ideo reiiciendam esse puto, quia sensum admodum incommodum fundit. Sine dubio loco παρενοχλεῖν μοι legendum est παρενοχλεῖσθαι, ut habet *Theod.* et *Ed. Quinta.* Praeterea legitur Dan. VI, 18. οὐ παρενώχλησαν (sc. leones) τῷ Δανιὴλ, Danielem non *laeserunt*, sec. cod. *Chis.* coll. v. 25. et *Cant. tr. puer.* 20. ubi de igne adhibetur. 1 Macc. X, 35. 63. XII, 14. In *Gloss. MSS.* in *Cantica Script.* παρηνόχλησεν exponitur οὐ κατέῤῥαξεν, *non deturbavit.* Adde *Hippocr. Epist.* p. 1276, 31.

ΠΑ'ΡΕΞ, praeter, praeterquam. זוּלָתִי, *praeter.* 1 Reg. III, 18. XII, 20. - לְבַד, *praeter.* Esdr. I, 6. - מִלְּבַד. Nehem. VII, 67. - מִבַּלְעֲדֵי. Psalm. XVII, 34. - לְבַד מִן. *Al.* Iud. VIII, 26. Sir. XLIX, 5. *Hesych.* πάρεξ, χωρὶς, ἐκτός.

**ΠΑ'ΡΕΞ "Ο, praeter id, quod, tantum.* הִנֵּה, *ecce.* Ez. XV, 4. Non male quoad sensum transtulerunt.

ΠΑΡΕΞΙ'ΣΤΗΜΙ, de statu suo dimoveo, speciatim *de statu mentis deiicio*, *insanio.* Hinc part. praet. παρεξεστηκὼς, *insaniens.* אֱוִיל et מְשֻׁגָּע, part. Pyh., *stultus*, *amens*, iunctim. Hos. IX, 8. ὥσπερ ὁ προφήτης παρεξεστηκὼς, sicut propheta *insaniens.* Apud *Suidam* legitur, et procul dubio ex auctore quodam antiquo: παρεστηκὼς ἐν τῇ διανοίᾳ, et vertitur: *in sententia sua perstans.* Sed reponendum forte: παρεξεστηκὼς ἐν τῇ διανοίᾳ, *mente captus.* Certe series literarum huic emendationi favet. Vide quoque *Suidam* s. παρεκστῆναι, et *Athen.* X. p. 420. C.

ΠΑΡΕΠΙΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, ostendo. 2 Macc. XV, 10. ἅμα παρεπιδεικνὺς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀθεσίαν, simul *ostendens ac probans* gentium fallaciam.

ΠΑΡΕΠΙ'ΔΗΜΟΣ, advena, peregrinus, inquilinus. תּוֹשָׁב, *inquilinus.* Gen. XXIII, 4. πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν, inquilinus et peregrinus ego sum vobiscum. Vide et Psalm. XXXVIII, 17. et conf. 1 Petr. II, 11. *Hesych.* παρεπίδημος, πάροικος.

ΠΑ'ΡΕΡΓΟΣ, qui obiter tractatur, supervacaneus, perfunctorius, levis, exiguus. Πάρεργον, *accessio operis, appendix.* מִתְלַהֲמִים part. Hithp. *contusus*, it. *blandiens.* *Symm.* Prov. XXVI, 22. λόγοι γογγυστοῦ ἐν παρέργῳ, verba murmuratoris *perfunctoria.* Sc. (sunt verba *Michaelis Suppl.* pag. 1414.) obiter aliquid dicere videtur obtrectator ac sine consilio. Sed quia hoc ex hebr. extundi non potest, equidem mallem legere ἐν περιέργῳ. Vox enim hebr. de incantatoribus adhibetur, aut de iis, qui inspiratos agunt. 2 Macc. XV, 19. οὐ πάρεργος ἀγωνία, non *exigua* sollicitudo: nam πάρεργος est *accessorius*, *praeter intentionem accedens.*

ΠΑΡΕΡΕΘΙ'ΖΟΜΑΙ, *irritor*, *lacessor*. הִתְחָרָה Hithp. *accendo me*, *exardesco*. *Theod.* Ps. XXXVI, 1. – *קָנָא, *aemulor*. *Symm.* Prov. XXIV, 18.

ΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *praetereo*, *transeo*, *transgredior*, *violo*. בּוֹא, *venio*. 2 Par. XXV, 7. ubi in codd. cum πορεύεσθαι permutatur. De exercitu παρέρχεσθαι adhibetur a *Xenoph. Hell.* IV, 5, 3. – *דִּבֵּר, *loquor*. *Theod.* 2 Sam. XIV, 13. Non legit עָבַר, ut fortasse aliquis coniicere posset: sed παρέρχεσθαι est h. l. *prodire*, *exire ex ore*. Formulae autem *prodiit ex ore alicuius verbum*, et *locutus est aliquis verbum*, sunt prorsus synonymae. – הֵמִישׁ Hiph. a מוּשׁ, *recedo*. Iob. XXIII, 12. – *הִתְהַלֵּךְ. *Symm.* Psalm. LVII, 8. ὡς ὕδωρ παρερχόμενον ἑαυτῷ, sicut aqua *decurrens* s. *defluens*. Eodem sensu διαπορεύεσθαι de aquis apud LXX ibid. adhibetur. – חָדַל, *desisto*. Ierem. XLI, 8. – חוּשׁ, *festino*. *Inc.* Num. XXXII, 17. – חָלַף, *praetereo*. Iob. IX, 11. Ps. LXXXIX, 6. ὡσεὶ χλοὴ παρέλθοι, tanquam herba virens *exarescat*. Conf. Iac. I, 10. – יָלַךְ, *eo*. Iob. XVI, 8. – יָצָא, *exeo*. Ios. XVIII, 17. – כָּלָה, *consumor*. Genes. XLI, 53. Ierem. VIII, 20. – נֶעְלַם Niph. *abscondor*. 2 Par. IX, 2. οὐ παρῆλθε λόγος ἀπὸ Σολομῶντος, non praeteribat aliquid Salomonem, h. e. non quidquam eum *latuit*. – סָבַב, *circumeo*. Ios. XVI, 6. ubi loco παρελεύσεται legere mallem περιελεύσεται, ut alii libri habent. – סוּר, *discedo*, h. l. *accedo*. Exod. III, 3. παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα, *proprius accedens* videbo visionem. 2 Par. VIII, 15. οὐ παρῆλθον τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως, non *transgressi sunt* mandata regis. Conf. Luc. XV, 29. – עָב, *densa nubes*. 2 Sam. XXIII, 4. τὸ πρωῒ οὐ παρῆλθεν ἐκ τοῦ φέγγους. Monuit quidem iam *Bielius*, et ante eum *Trommius*, LXX h. l. legisse עָבַר, sed sensum totius formulae intactum reliquit. Post οὐ παρῆλθεν commode suppleri potest τὴν γῆν, *non praeterire solet hanc terram nostram*, h. e. *quovis mane exoritur*, *ac radiis suis collustrat orbem terrarum*. In textu hebr. legitur: *non densitates a splendore*, h. e. *absque nubibus propter splendorem*, seu: *a radiis eius discussis*. Fortasse παρέρχεσθαι est h. l. *evanescere*, *cessare* (Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* n. 6.), in qua notione facile de *obscuratione solis* explicari posset. Quocunque modo explicatur, semper ἐκ φέγγους notabit *propter splendorem*. *Vulgatus* Int. habet: *absque nubibus rutilat*, ubi vel libere sensum expressit, vel legit ἐκφέγγει. – עָבַר. Exod. XXXIII, 19. ubi pro παρελεύσομαι fortasse legendum προελεύσομαι. Sed παρέρχεσθαι etiam *prodire* notat. Conf. *Sturzii Lex. Xenoph.* s. h. v. Iob. VI, 15. ὥσπερ κῦμα παρῆλθόν με, tanquam fluctus *praeterierunt* me. Vide et Iob. XI, 16. Iob. XVII, 11. αἱ ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν βρόμῳ, dies mei *tranierunt* in cursu, h. e. *celeriter*. Psalm. CXLVIII, 6. πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται,

praeceptum posuit, et non *transgredietur*, aut leges eis dedit, quas non *violant*. *Hesych.* οὐ παρελεύσεται, οὐ παρέλθῃ, οὐ παραλείψει. Ierem. XXXIV, 18. τοὺς παρεληλυθότας τὴν διαθήκην μου, illos, qui *violarunt* foedus meum. Alias παραβαίνειν eodem sensu usurpatur. Vide supra in παραβαίνω. *Inc.* 2 Sam. XVIII, 23. ubi παρέρχεσθαί τινα est i. q. ὑπερβαίνειν (qua voce LXX h. l. usi sunt), et notat: *cursu aliquem superare, praevenire*. *Aqu.* Prov. XIX, 11. ubi παρέρχεσθαι est *negligere*, *non curare*, et ex adiuncto *non punire ac ulcisci*. *Aqu.* Psalm. LXXXIII, 7. – עָדָה hebr. *transeo*, *procedo*. Iob. XXVIII, 8. – עֲדָה et עֲדָא chald. Dan. IV, 28. ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, regnum tuum transiit vel *recessit* a te. Dan. VI, 12. τὸ δόγμα Μήδων καὶ Περσῶν οὐ παρελεύσεται, sc. τὶς, edictum Medorum et Persarum nemo *transgrediatur*. *Hesych.* παρελεύσεται, παραδράμῃ, παρέλθῃ. Dan. VII, 14. ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, potentia aeterna, quae non *transilit*. – עָלָה, *ascendo*. Num. XX, 19. παρὰ τὸ ὄρος παρελευσόμεθα. – *עָמַד, *sto*. Dan. XII, 1. sec. cod. *Chis.* κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην παρελεύσεται. Sine dubio permutarunt עָבַר et עָמַד. Magna enim antiquitus fuit literarum ב et מ similitudo. Conf. *Bahrdtii Obss. Critt. circa lectionem Codd. MSS. hebr. Lips.* 1770. – עָרַב, *spondeo*. Prov. XXVII, 13. ubi literis transpositis legerunt עָבַר. – פָּסַח. Exod. XII, 23. Notiones *transeundi* et *parcendi* in hac orationis serie minime sunt diversae. – שָׁמַר, *conservo*. Iob. XIV, 16. οὐ μὴν παρέλθῃ σε οὐδὲν τῶν ἁμαρτιῶν, non *latuit* te aliquid peccatorum meorum. Praeterea legitur Dan. XI, 26. sec. cod. *Chis.* ubi nihil ei in textu hebr. respondet. Addit. Esth. X, 5. οὐ παρῆλθεν ἀπ' αὐτῶν λόγος, nihil eorum *fuit irritum*. Iudith. XI, 10. διὸ μὴ παρέλθῃς τὸν λόγον αὐτοῦ, propterea noli *spernere* eius consilium. Sirac. XLII, 20. ubi παρῆλθεν est i. q. ἐκρύβη in sequentibus.

ΟΥ' ΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *non praetereo*. חדל מעזב, *desisto a deserendo*, h. e. *auxilium praesto*. Exod. XXIII, 5.

ΠΑΡΕ'ΧΩ, *exhibeo*, *praebeo*, *suppedito*, *facesso*. הֶעֱמִיד Hiph. *stabilio*. Psalm. XXIX, 8. παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν, *suppeditasti* pulchritudini meae virtutem. – הִשְׂכִּיל Hiph. *intellego*. *Al.* Iob. XXXIV, 27. παρέξει. Ita *Bielius*. Sed omnia haec tollenda, eorumque loco sunt substituenda, quae supra s. ἡσυχία e v. 29. eiusdem capitis prolata reperiuntur. – נָתַן, *do*. *Symm.* Iob. XXXIV, 31. παρέξει. Idem Psalm. XVII, 48. et Cohel. VII, 22. – עָשָׂה, *facio*. *Symm.* Iob. X, 12. παρέσχες μοι, *praebuisti mihi*. *Vulg. tribuisti mihi*. Constituitur ibi עָשָׂה cum עָמַד. Sirac. XXIX, 4. παρέσχον πόνον τοῖς βοηθήσασιν αὐτοῖς, *facesserunt* negotium illis, qui sublevarunt eos. Conf. Luc. XI, 7. et supra ἀγῶνα παρέχω. Sic etiam *Aristoph. Pluto* v. 20. ἀλλά σοι παρέξω πράγματα,

sed tibi *facessam* negotium. Conf. et *Alciphronem* Lib. I. Ep. 30. p. 124. et quae ad eundem ex *Herodoto* et *Arriano* notat *Berglerus*, ac *Lex. N. T. s. h. v.* Sap. XVII, 13. αἰτία παρέχουσα τὴν βάσανον. *Polyb.* I, 20, 10. πολλὴν αὐτοῖς παρεῖχε τοῦτο τὸ μέρος δυσχερίαν. – Vide alibi s. ἡσυχία.

ΠΑΡΗΓΟΡΕ'Ω, *hortor*, *adhortor*, it. *consolor*, *mitigo*, *lenio*. נִהֵל Pih. *duco*. *Symm.* Ies. LI, 18. pro מְנַהֵל, *ductor*, παρηγορῶν. Non arbitror, eum מְנַחֵם legisse, sed נִהֵל hoc sensu accepit et intellexit. Nam *ducere* hic metaphorice adhibetur de *consolatore*, *qui lugentem ducit et manu apprehendit*, unde etiam LXX per παρακαλῶν transtulerunt. Conf. Ies. XL, 11. Exod. XV, 13. *Chaldaeus* h. l. דִּמְנַחֵם. Adde *Symm.* Ps. LXVIII, 21. – נִחַם. *Symm.* Cohel. IV, 1. Ies. XL, 1. Idem Iob. XVI, 2. et VII, 13. *Inc.* Gen. XXIV, 67. παρηγορήθη, *consolationem accepit.*

*ΠΑΡΗΓΟΡΙ'Α, *cohortatio.* 4 Macc. V, 12. VI, 1.

ΠΑΡΘΕΝΕΙ'Α, *virginitas*, q. d. *virginalia.* בְּתוּלִים plur. *virginitates*, s. *virginitas.* Iud. XI, 37. 38. *Inc.* Ezech. XXIII, 3. παρθενείαν.

ΤΑ' ΠΑΡΘΕ'ΝΙΑ, idem. בְּתוּלִים, idem. Deut. XXII, 15. 17. ubi παρθένια *signa virginitatis* notat. *Al.* Iud. XI, 37. 38.

ΠΑΡΘΕΝΙ'Α, ἡ, idem. בְּתוּלִים plur. *virginitas.* Deut. XX, 14. 17. 20. Ibid. XXII, 17. sec. *Aldin.*, ubi παρθενία *virginitatis signum* notat. Adde Iud. XI, 37. 38. – נְעוּרִים plur. Ierem. III, 4. Sir. XV, 2. γυνὴ παρθενίας, h. e. interprete *Bielio*: *uxor*, *quam quis virginem duxit. Drusius* ad h. l. coniicit, quod hanc κουρίδιον γυναῖκα vocet *Herodotus.* Conf. quae mox occurrunt in voce παρθενικός. Mihi vero γυνὴ παρθενίας est *uxor*, *quam quis iuvenem duxit*, qualem Hebraei אֵשֶׁת נְעוּרִים appellant, v. c. Prov. V, 18. ut παρθενία non tam *virginitatem*, quam *iuventutem*, *florem aetatis* in universum ex adiuncto significet, nulla sexus ratione habita. Sic quoque *Syrus* interpretatus est, qui habet ܒܛܠܝܘܬܐ ab ܛܠܐ, *adolescere*, *iuvenem fieri*. Conf. *Vriemoet* ad *dicta class. V. T.* P. II. p. 84. Sic apud *Iosephum A. I.* I, 1, 2. παρθένος γῆ est *terrae facies*, *qualis prima a creatione erat.* 1 Cor. VII, 25. παρθένοι sunt *iuvenes utriusque sexus*, *sed matrimonii expertes*, coll. 27. 28. et Apoc. XIV, 4. Sic etiam Latinis *virgo* dicitur, *quidquid recens est*, ut *virgines uvae*, *carnes virgines. Horat.* Od. III, 17, 36. ubi Hypermnestra post concubitum cum sponso *virgo* dicitur. *Servius* ad *Virgil.* Ecl. VI, 47. *virgo a viridiore aetate dicitur*, *nam iam mater fuerat.* Sirac. XLII, 10. ubi ἐν παρθενίᾳ est i. q. v. 9. ἐν νεότητι αὐτῆς.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΟ'Σ, *virgineus*. בְּתוּלָה, *virgo*. Esth. II, 3. κοράσια παρθενικὰ, *puellas virgines*. – בְּתוּרִים plur. *virginitas*. Ioel. I, 8. θρήνησον πρός με ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν παρθενικὸν, lamentare ad me magis, quam sponsa, circumcincta sacco propter virum vel sponsum suum virgineum, h. e. *cui ut virgo s. iuvenis desponsata est*. Similiter *Chelonis* apud *Plutarchum Agid. et Cleom.* p. 802. τὸν παρθενικὸν ἄνδρα vocat *virum, cui ut virgo nupsit*. *Homerus Il. ε.* v. 414. vocat κουρίδιον πόσιν. Bene enim ibi *Scholiastes* illum interpretatur τὸν ἐκ παρθενίας ἄνδρα γεγαμηκότα αὐτήν. Eodem sensu vox et alibi occurrit. *Suidas*: κουρίδιον, τὸν ἐκ παρθενίας μεμνηστευμένον. Ἀνεμιμνήσκετο, ὡς τὸν κουρίδιον αὐτῆς ἄνδρα ἀνέλοι. Σὺν τῷ κουριδίῳ γαμέτῃ εἰς Ἔφεσον ἦλθε. Vide et *Hesychium* in κουρίδιον, et conf. *Munkerum* ad *Antoninum Lib.* c. 11. p. 97. In *Inscriptionibus* frequentur occurrit *maritus virgineus*, et *coniux virginea*, ut ex *Reinesio* p. 722. et *Marmoribus Felsineis* p. 463. observat *Elsnerus* ad Apoc. XIV, 4. p. 457. Alias viros matrimonii et mulierum expertes παρθένους vocabant Graeci. Vide *Elsnerum* l. c.

ΠΑΡΘΕ'ΝΟΣ, *virgo*. בְּתוּלָה, idem. Exod. XXII, 16. 17. Levit. XXI, 13. 14. et alibi saepius. – בְּתוּלִים plur. *virginitas*. Lev. XXI, 13. – נַעֲרָה, *puella*. Gen. XXIV, 14. 16. 55. XXXIV, 3. 1 Reg. I, 2. – עַלְמָה. Gen. XXIV, 43. Ies. VII, 14. Sir. IX, 5. XXX, 19. 2 Macc. III, 19. αἱ κατάκλειστοι τῶν παρθένων, i. q. 3 Macc. I, 18. αἱ κατάκλειστοι παρθένοι. Sic apud *Diod. Sic.* XII, 42. πολλὴν τῆς χώρας pro *magna terrae parte*, ubi vid. *Wesselingius* p. 506.

ΠΑΡΙ'ΗΜΙ, *praetermitto*, *permitto*, *concedo*, *remitto*, item: *transeo*, et *ΠΑΡΙ'ΕΜΑΙ*, *remissus fio*, *elanguesco*. אֹרַח, *iter*. Prov. XV, 10. ὑπὸ τῶν παριόντων, *a transeuntibus*. Ita *Bielius Trommium* secutus, nec inspecto textu hebraico, e quo luculenter apparet, ὑπὸ τῶν παριόντων exprimere hebr. לְעֹזֵב אֹרַח, *relinquenti semitam*, ubi fortasse legerunt לְעֹבֵר, nisi reponere malis παριέντων, *qui deflectunt a recta via*, quod tentavit *Iaegerus* ad h. l. – הֶחֱרִישׁ Hiph. *sileo*. Esth. VII, 4. παρῆκας. Res ostendit, si hoc verbum retinendum est, legendum esse παρῆκα, idque valde aptum esse, si modo vertatur: *omitterem*, *dissimularem*. Sed aeque commoda est ibi lectio παρήκουσας, quam alii libri habent. – הִתְהֹלֵל Hithp. *insanio*. *Aquila* 1 Sam. XXI, 13. παρίετο sec. cod. *Reg.* *Procopius* παρείετο. *Montf.* transtulit: *praeteribat*. Versionem hanc *Aquilae* expressisse videtur *Vulgatus*, qui habet: *collabebatur* (sc. prae languore, quem efficere videbatur simulatus eius furor) *inter manus eorum et impingebat*. Caeterum post παρίετο exciderunt verba: ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. = חָדַל, *deficio*, *desisto*. Exod. XIV, 12. πάρες ἡμᾶς,

ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις, *sine* nos Aegyptiis servire. *Gloss. in Octat.* πάρες, ἄφες. *Suidas:* πάρες, ὑποχώρησον. 1 Sam. II, 5. παρῆκαν γῆν, h. e. *dereliquerunt* terram. *Gloss. in Cant. Script.* παρῆκαν, παρῆλθον ἀπολαβόντες. – נִבְהַל Niph. *perturbor.* 2 Sam. IV, 1. πάντες οἱ ἄνδρες Ἰσραὴλ παρείθησαν, omnes viri Israel *elanguescebant,* h. e. *perterriti sunt.* – נִלְאָה Niph. *fatigor.* Ierem. XX, 9. παρεῖμαι πάντοθεν, *exclutus sum* undique. *Hesych.* παρεῖμαι, παραλέλυμαι, ἐκλέλυμαι. *Sirmondus* apud *Theodoretum* ad h. l. legebat πυροῦμαι. – עָבַר. Prov. IX, 15. – פָּרַשׂ, *expando.* Ierem. IV, 31. παρήσει τὰς χεῖρας αὐτῆς, remittet manus suas. In hac orationis serie elegantius dictum est *manus remittere* (quod magis convenit *exanimatis ab interfectoribus*, qui hic loquentes introducuntur) quam *expandere.* – רָפָה, *deficio.* Soph. III, 17. θάρσει, Σιὼν, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου, confide, Sion, ne *remissae fiant* manus tuae. *Aqu. Symm.* 2 Sam. IV, 1. παρείθησαν, ubi LXX ἐξελύθησαν habent. *Hesych.* παρείσθωσαν, παραλυέσθωσαν. *Aqu.* Deut. XXXI, 6. παρήσει, *praetermittet.* Sirac. XXIII, 2. καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, et non *remittat* peccata eius. Conf. *Lex. N. T.* s. πάρεσις. *Hesychius:* παρίημι, ἐῶ, καταλιμπάνω, συγχωρῶ, ἀφίημι.

ΠΑΡΕΙΜΕ'ΝΟΣ, part. praet. pass. *remissus, neglectus, contemtus*, it. *macilentus.* *אזל יד, *abiit manus*, h. e. *vires exhaustae sunt.* Deut. XXXII, 36. sec. *Oxon.* παρειμένους. – עָזוּב part. Pah. *derelictus.* Deut. XXXII, 36. εἶδε γὰρ αὐτοὺς παραλελυμένους καὶ ἐκλελοιπότας ἐν ἐπαγωγῇ καὶ παρειμένους, vidit enim illos exolutos et deficientes in captivitate et *neglectos.* *Gloss. Brem.* παρειμένους, παραλελυμένους. Ita et *Gloss. MS. in Cant. SS.* – רָזָה foem. *macilenta.* Num. XIII, 21. τίς ἡ γῆ; ἢ πίων ἢ παρειμένη; qualis terra? an pinguis, an *macilenta*, h. e. *sterilis?* – שָׁפָל, *demissus, humilis.* Mal. II, 9. παρειμένους sec. cod. *Barberin.* et ed. *Compl.*, quod *Fischero* in *Proluss. quinque* p. 37. a doctrina *Symmachi* profectum videtur. Sunt autem παρειμένοι ibi *neglecti, contemti, nihili aestimati:* unde reliqui libri ἀπεῤῥιμμένους habent. Sirac. II, 13. ubi χεῖρες παρειμέναι coniunguntur cum καρδίαις δειλαῖς, et dicuntur *homines, qui non spem suam in Deo ponunt, nec ad eum preces faciunt.* Ib. v. 14. καρδία παρειμένη iis tribuitur, qui ob adversa diu durantia perdunt animi constantiam, ac desperant meticulosi: ubi vid. *Syrus* et *Arabs.* Sirac. IV, 32. νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις, tardus et *remissus* in operibus aut negotiis demandatis. Sirac. XXV, 26. χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα, manus *remissae* et genua soluta. Cf. Hebr. XII, 12. *Hesych.* παρειμένος, παραλελυμένος, ἐκλελυμένος, παράλυτος, παρεωραμένος, τετελευτηκὼς, ἢ καταπεφρονημένος.

ΠΑ'ΡΙΝΟΣ, parinus, marmoreus, e Paro insula, marmore divite, una Cycladum in Aegaeo mari. שַׁשׁ contr. ex שַׁיִשׁ, *marmor.* Esth. I, 6. *Aqu. Theod.* Cant. V, 15. Vide *Bochartum Hieroz.* P. II. p. 714.

ΛΙ'ΘΟΣ ΠΑ'ΡΙΝΟΣ, vel *ΠΑ'ΡΙΟΣ, lapis parinus,* vel *parius*, h. e. *marmor* (ut *Vulgatus* 1 Par. XXIX, 2. transtulit) *parium*, quod fuit *candidum.* שַׁשׁ a שׁוּשׁ, quod in l. arab. notat *candidum esse.* Conf. *Boisium* T. III. p. 510. Esth. I, 7. *Al.* 1 Par. XXIX, 2. Confer *Fischeri Proluss. de Verss. GG V. T.* p. 86. Dicitur alias veteribus λίθος λυχνεὺς, *lapis lychnites*, h. e. *lucernarius*, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur. Vide quae ex *Athenaeo* et *Plinio* affert *Bochartus Chan.* Lib. I. c. 14. p. 447. ubi etiam ex *Stephano* observat, quod Pari mons, e quo marmor sit erutum, *Marpessa* dictus sit. Conf. et *Hesychium* v. λυχναῖος. Apud eundem Grammaticum λύχαος, vel, ut viri eruditissimi reponendum censent, λύγδος vel λύγδινος λίθος exponitur λίθος εἰς τὰ ζώδια (h. e. *lapis ad sculpturam animalium minutorum adhibitus*), ἢ Πάριος. Marmor autem, quo Paros celebris fuit, candidum fuisse, notat *Thomas de Pinedo* ad *Stephanum Byzant.* v. Πάρος, et ex eodem marmore anteriora templi Delphici aedificata esse, auctor est *Herodotus* lib. V. c. 62.

ΠΑΡΙ'ΣΤΗΜΙ, adsto, accedo, ministro, praesto sum, servio, praesum, it. *statuo, sisto, ostendo, appendo, constituo, concito.* אָבִיב, *culmus.* Exod. IX, 32. ἡ γὰρ κριθὴ παρεστηκυῖα, hordeum enim *stans,* sc. in *culmo* s. *calamis nitebatur.* Potest quoque reddi: *germinans.* – *בּוֹא. 2 Reg. VIII, 1. sec. *Compl.* παρέστη. Lege παρέσται a παρεῖναι. – הִפְגִּיעַ Hiph. *intervenio.* Ierem. XV, 11. εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, nisi *praesto* tibi *fuissem* in tempore malorum illorum. Conf. Rom. XVI, 2. 2 Tim. IV, 17. – הִצִּיג Hiph. a יָצַג, *sisto, colloco.* Gen. XLVII, 2. παρέστησεν αὐτοὺς ἐναντίον φαραὼ, *stitit* eos coram Pharaone. Confer Act. XXIII, 33. – הַרְגִּשׁ chald. Aphel, *tumultuose concurro.* Dan. VI, 6. παρέστησαν τῷ βασιλεῖ, *accedebant* ad regem. *Hesychius:* παρέστησεν, παρεγένετο. – הִתְהַלֵּךְ בְּרַגְלֵי, *ambulo ad pedes alicuius.* 1 Sam. XXV, 27. τοῖς παιδαρίοις τοῖς παρεστηκόσι τῷ κυρίῳ μου, servis, qui *adstant,* h. e. qui *serviunt* domino meo, aut potius: *qui sequuntur* dominum meum. – *לָקַח. Iud. XIV, 11. sec. *Oxon.* ubi *sistere* notat. – *מַשְׂאֵת, *ferculum, donum. Inc.* 2 Sam. XI, 8. verba hebraea וַתֵּצֵא אַחֲרָיו מַשְׂאַת הַמֶּלֶךְ, *secutumque est eum ferculum* s. *donum regis,* ita transtulit: ὀπίσω αὐτῶν τῶν παρεστηκότων τῷ βασιλεῖ, h. e. post eos, qui adstabant regi: quae versio, si recte se haberet, hunc sensum efficeret: egressum nempe esse Vriam e palatio regio, ita ut praecesserint ministri regii, quos

ΠΑ'ΤΡΑΡΧΟΣ, *patriae princeps vel dux*, *Deus.* אֱלֹהַּ. *Al.* Ies. XXXVII, 38. *ἐν τῷ αὐτὸν προσκυνεῖν ἐν τῷ οἴκῳ Νασαρὰχ τὸν πάτραρχον αὐτοῦ*, cum adoraret ille in templo Nasarach *deum* suum. *Gloss. MS. in Ies.* vitiose: *τὸν πατριάρχην αὐτὸν*, *τὸν θεὸν αὐτόν.* Rectius *Lex. Cyrilli MS. Brem. τὸν πάτραρχον αὐτοῦ*, *τὸν θεὸν αὐτοῦ. Gloss. MS. in lib. III. Reg. τὸν πάτραρχον* (in cod. *Fabric.* vitiose legitur: *τὸν βάτραχον*) *αὐτῶν φησὶν Ἡσαΐας*, *τουτέστιν τὸν θεὸν αὐτῶν.* Haec verba procul dubio primum scripta fuerunt in margine ad verba IV. Reg. XIX, 37. *ἐν οἴκῳ Νεσαρὰχ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ*, atque adeo perperam glossis in lib. 3. Reg. inserta sunt. Certe apud LXX lib. cit. nullus locus occurrit, ad quem respicere possint. Caeterum tam in *Cod. Fabric.* quam *Baroco.* post *θεὸν αὐτῶν* male additur *ἐλάμ.* Ab hac enim voce nova glossa incipit, eamque verba sequentia *προπύλην*, *πρόδρομην*, vel, ut in cod. *Fabric.* legitur, *προπυλὴν*, *προδώμην* interpretantur.

ΠΑΤΡΙΑ', *tribus*, *genus*, *familia.* אָב, *pater.* Exod. XII, 3. Num. I, 2. 16. et alibi saepius. - אָבוֹת plur. *patres, maiores. Inc.* Num. XXXIV, 24. *Symm.* Deut. XVIII, 8. *πατριαί.* Conf. Luc. II, 4. et quae ex *Herodoto* ad h. l. notat *Raphelius* p. 221. - בֵּית אָב, *domus patris.* Exod. VI, 25. Num. I, 18. - *מִשְׁמַעַת, *auscultatio.* 1 Par. XI, 25. *κατέστησεν αὐτὸν Δαβὶδ ἐπὶ τὴν πατριὰν αὐτοῦ.* Legerunt vel עַל־מִשְׁפַּחְתּוֹ (cf. Exod. VI, 15. 1 Sam. IX, 21.), vel scripserunt *ἐπὶ τὰ ὠτάρια αὐτοῦ.* Certe *Hieronymus*, aut quisquis est latinus interpres, ita legisse videtur. Vertit enim: *ad auriculam suam.* - מִשְׁפָּחָה. Exod. VI, 15. Deut. XXIX, 18. Lev. XXV, 10. ubi cod. *Vat.* aliique libri pro *πατρίδα* habent *πατριάν.* 1 Par. V, 7. cod. *Alex. τῇ πατριᾷ.* sed cod. *Vat.* et *Aldinus* liber legunt *τῇ πατρίδι.* Vide infra s *πατρίς.* - *מַשְׁקֶה, *irriguum pascuum.* Ezech. XLV, 15. *ἐκ πασῶν τῶν πατριῶν τοῦ Ἰσραήλ.* Sine dubio *πατριῶν* pro *ποιμνίων* irrepsit, et sciolus infersit *πασῶν. Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem. πατριαὶ*, *χῶραι*, *φυλαὶ*, *τοπαρχίαι.*

ΠΑΤΡΙΑ'ΡΧΗΣ, *familiae princeps*, *familiae caput.* רָאשֵׁי אָבוֹת, *caput patrum.* 1 Par. IX, 9. XXIV, 31. 2 Par.

XXVI, 12. In duobus ultimis locis alii libri habent *ἄρχοντες τῶν πατριῶν*. – שַׂר, *princeps*. 1 Par. XXVII, 22. – שַׂר מֵאוֹת, *centurio*. 2 Paral. XXIII, 20.

ΠΑΤΡΙΚΟ'Σ, *paternus*. אָב, *pater*. Gen. L, 8. Levit. XXII, 13. Ios. VI, 25. et alibi. – אָבוֹת plur. *patres*. *Inc*. Num. II, 34. et XXXVI, 7. – אֵם, *mater*. Ruth. I, 8. Vide et Sir. XLII, 14. *ἐν τοῖς πατρικοῖς*, sc. *οἰκήμασι*, in aedibus paternis. Sic Luc. II, 49. *ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς*, observante *Grotio* ad Sir. l. c. Conf. et *L. Bos Ellips. gr*. pag. 139. et auctores citatos *Wolfio* ad *Luc*. l. c. pag. 595. Adde *Ottii Spicil. ex Iosepho ad N. T*. p. 125.

ΠΑ'ΤΡΙΟΣ, *patrius*, *a patre vel patribus traditus*. *אֱלִיל. LXX Ies. VIII, 21. *καὶ τὰ πάτρια* sec. cod. *Vat*. ubi *τὰ πάτρια* aut sunt *sacra*, *ritus sacri*, *quibus numen colitur*, aut, quod magis placet, post *τὰ πάτρια* supplendum est *εἴδωλα*. Vide supra s. v. *πάτραρχα*, et ad h. l. *Montf*. 2 Macc. VII, 2. 24. 3 Macc. VI, 32. Prol. Sir. 4 Macc. V, 33. VI, 24. ubi vid. *Combefisius*.

ΠΑΤΡΙ'Σ, sc. *γῆ*, *patria*, it. *familia*. מוֹלֶדֶת, *cognatio*. Esth. II, 10. VIII, 6. Ierem. XXII, 10. Ezech. XXIII, 15. Postremo loco *γῆς πατρίδος* legitur, unde patet, quod *γῆ* in *πατρὶς* subintellegendum sit. Sic et *Homero* admodum familiare est, ut dicat *πατρίδος αἴης* et *πατρίδα γαῖαν*. Vnde *Lex. Cyrilli MS. Brem*. *πατρίδα γαῖαν*, *πατρῴαν γῆν*, *πατρῷον ἔδαφος*. Et *Hesychius*: *πατρίδος αἴης πατρῴας γῆς*. Confer *Schoettgenii* nott. ad *L. Bos Ellips. graec*. p. 57. – אֶרֶץ מוֹלֶדֶת, *terra cognationis* seu *nativitatis*. Ier. XLVI, 16. – מִשְׁפָּחָה. Lev. XXV, 10. 1 Par. V, 7. Vide supra s. *πατριά*, ac *Fischerum de Vitiis Lex. N. T*. p. 595.

ΠΑΤΡΩ'ΙΟΣ, *paternus*, *patrius*. אָב, *pater*. Prov. XXVII, 10. – עֶלְיוֹן, *supremus*. Ier. XX, 2. ubi tamen loco *πατρῴου* vel *ὑπερῴου* vel *ἀνωτέρου* legendum est, ut alii libri habent. Vide et 2 Macc. IV, 15. V, 10. VI, 1. XII, 39. ac conf. *Lexic. N. T*. s. h. v.

ΠΑΥ'ΛΑ, *cessatio*, *quies*, *requies*, *remissio*. 2 Macc. IV, 6. *καὶ τὸν Σίμωνα παῦλαν οὐ ληψόμενον τῆς ἀνοίας*, nec Simonem a stultitia *cessaturum esse*. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. *παῦλαν*, *ἀνάπαυσιν*, *ἔνδοσιν*. *Hesych*. *παῦλα*, *ἄνεσις*, *ἀνάπαυσις*.

ΠΑΥ'ΣΙΣ, idem. מַדְמֵן, *Madmen*, nomen urbis Moabitarum. Ierem. XLVIII, 2. *παῦσιν παύσεται*. Fortasse putarunt, esse nomen ex rad. דָּמָה vel דָּמַם.

ΠΑΥ'Ω, *ΠΑΥ'ΟΜΑΙ*, *quiescere*, *cessare facio*, *compesco*, *cohibeo*, *sedo*, it. *quiesco*, *cubo*, *cesso*, *tranquillus sum*, *solatium admitto*, *desisto*, *recedo*, *desino*. *אֻכָל, *Vchal*, nomen propr. Prov. XXX, 1. *καὶ παύομαι*. Legerunt iudice *Iaegero* וָאֵכֶל. – אֹסֶף, *collectio*. Ies. XXXII, 10. *πέ-*

παυται ὁ σπόρος, cessavit semen. Sine dubio cum *Symmacho* (qui per ἐκωλύθη transtulit) habuerunt pro verbo eique tribuerunt notionem *auferendi* ac *absumendi*, quam habet אָסַף. Cf. quoque rad. סוּף. – דּוּם. *Symm.* Ios X, 12. παῦσον, et Iob. XXX, 27. ἐπαύσατο. – דָּכָא Pih. *contero.* Ier. XLIV, 10. οὐκ ἐπαύσαντο. Non aliter legerunt, sed sensum liberius expresserunt. Post οὐκ ἐπαύσαντο enim e praecedente commate supplenda sunt verba: ποιεῖν κακὰ, quod bene convenit verbis hebr. *non contriti sunt*, sc. *peccatorum sensu*, h. e. poenitentiam non egerunt. – הָדֹם, contracte ex הַחָלְמַם, a דָּמַם, *exscindor.* Ierem. XLVIII, 2. παῦσιν παύσεται. Vide supra s. παῦσις. – *הֲנִיחַ Hiph. a נוּחַ. *Symm.* Cohel. X, 4. Ibidem pro eadem voce etiam *Aquila* habet παύσεις, ubi tamen incertum manet, utrum haec vox a παύω, an a παῦσις deducenda sit. Quod si statuitur, παυσεις esse futurum verbi παύω, vel παύσει reponendum erit, uti in sequ. μεγάλας, vel loco יַנִּיחַ in suo cod. invenit הֲנִיחַ. Ex posteriori sententia antecedens ἴαμα quoque in ἰάματι mutandum esset. Quod si autem a παῦσις derivare aliquis mallet, παῦσις loco παύσεις reponere non dubitarem. – *הִנָּחֵם infin. Niph. a נָחַם, *poenitere*, *consolari.* Ierem. XXXI, 15. Deduxerunt a נוּחַ, non a נָחַם. – הַרְפֵּה Hiph. *desisto.* Psalm. XXXVI, 8. παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, *cessare* ab ira. – חָדַל, idem. Exod. IX, 29. παυσάσθω τοῦ γενέσθαι φωνὰς θεοῦ, *cessent* fieri voces Dei, s. *desinant* tonitrua Dei. Ies. I, 16. παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, *desistite* a sceleribus vestris. Conf. 1 Petr IV, 1. ubi πέπαυται ἁμαρτίας elliptice dicitur pro πέπαυται ἀπὸ ἁμαρτίας, *destitit* a peccato. Ies. II, 22. παύσασθε ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ., *desinite* in homine inflato spem vestram ponere. Adde *Inc.* Ierem. XL, 4. παῦσαι, *remane*: ubi *Theod.* sec. cod. *Norimb.* ἀπόμεινον habet. *Theod.* Prov. XXIII, 4. ἀπὸ τῆς συνέσεώς σου παῦσαι, pro sapientia tua, vel: si sapis, *fuge* istam vanitatem, nempe adspirandi ad magnitudinem divitis. *Aqu. Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XLI, 47. ἐπαύσαντο. *Aqu.* 1 Sam. XXIII, 13. *Aqu. Symm* Iob. III, 17. – חָנַן, *gratiam facio.* Ies. XXVI, 10. πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβὴς, *sedatus* enim *est* impius. *Hesych.* πέπαυται, πεπράϋνται. Ita *Bielius.* Sed mihi LXX יֻחַן non derivasse videntur a חָנַן, *gratiam consequi*, quod etiam ab hoc loco alienum esset, sed a חָנָה, quod notat *incurvari*, *humiliari*, et omnino adhibetur de *re*, *quae ad finem properat*, v. c. Iud. XIX, 9. ubi חֲנוֹת הַיּוֹם est: *quando dies vesperascit*, *et ad finem inclinat*, quod etiam seriei orationis h. l. convenientius est. *Michaelis Supplem.* p. 740. confert arab. حين, *exitium*, احان, *perdidit.* – חָשַׁב, *excogito.* Iob. VI, 26. οὐδὲ ὁ ἔλεγχος ὑμῶν τὰ ῥήματά μου παύσει, neque redargutio

vestra verba mea *cessare faciet.* Fortasse legerunt יַשְׁבִּית, *cessare faciet.* – יָשַׁב, *sedeo.* Ies. LVIII, 12. τὰς τρίβους σου ἀνὰ μέσον παύσεις, semitas tuas, quae in medio sunt, *cessare facies.* Ita *Bielius.* Sed παύσεις ibi non voci לָשֶׁבֶת, *ad habitandum,* respondere videtur, sed potius praecedenti מְשׁוֹבֵב, *reverti faciens,* et pro παύσεις fortasse legendum est ποιήσεις, aut simile quid. – כָּלָה: כִּלָּה, Kal et Pih. *absolvo, absolvor.* Gen. XVIII, 33. ὡς ἐπαύσατο λαλῶν, cum *desiisset* loqui. Vide et Num. XVI, 31. Deut. XX, 9. Ierem. XLIII, 1. et conf. Luc. V, 4. Gen. XXIV, 22. ἡνίκα ἐπαύσαντο πᾶσαι αἱ κάμηλοι πίνουσαι, cum *desinerent* cameli bibere. Vide et Gen. XXVII, 30. Ios. VIII, 24. et conf. *Alberti* ad Act. V, 42. p. 242. ac *Wolfium* ad eundem locum p. 1084. Num. XVII, 10. παυσάσθω ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν ἀπ' ἐμοῦ, *cesset* murmuratio vestra contra me. – מוּשׁ, *recedo.* Ierem. XXXI, 36. ἐὰν παύσωνται οἱ νόμοι οὗτοι ἀπὸ προσώπου μου, si *recedent* hae leges a facie mea, h. e. *a me mutabuntur.* – נָגַע, *tango.* Iob. VI, 7. οὐ δύναται γάρ μου παύσασθαι ἡ ψυχή, non enim potest *quiescere* vel *tranquilla esse* anima mea. Si lectio sana est, legisse videntur לָנוּם, aut potius לִרְגֹּעַ. Sed pro παύσασθαι ibi legere mallem ψαύσασθαι. – נָדַם Niph. a דָּמַם, *exscindor.* Ierem. XXV, 37. – נוֹאָשׁ Niph. a יָאַשׁ, *despero.* Ies. LVII, 10. – נוּחַ. *Reliqui* 1 Sam. XXV, 9. ἐπαύσαντο. *Vulg. siluerunt.* – נִחַם Niph. *consolor me.* Ies. I, 24. οὐ παύσεταί γέ (al. rectius γάρ) μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, non enim *quiescet* animus meus in adversariis, h. e. pergam poenas infligere adversariis meis. Adde Ierem. XXVI, 3. 13. 19. ἐπαύσατο κύριος ἀπὸ τῶν κακῶν, ὧν ἐλάλησεν, *cessavit* (s. *abstinuit*) Deus a malis, quae locutus erat. *Al.* Ierem. XXXI, 15. Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη οὐκ ἤθελε παύσασθαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, Rahel plorans nolebat *solatium admittere* de filiis suis. Ita *Bielius* transtulit. Sed haec translatio tunc demum locum habere poterit, si post παύσασθαι suppleatur κλαίειν, aut simile verbum. – נָצַר, *custodio.* Psalm. XXXIII, 19. παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, *cohibe* linguam tuam a malo. – עָצַר, *cohibeo.* 1 Par. XXI, 22. οὐ παύσεται ἡ πληγὴ ἐκ τοῦ λαοῦ, non *cessabit* plaga a populo. – עָרַב, *obtenebror.* Ies. XXIV, 11. πέπαυται πᾶσα εὐφροσύνη. Ita quoque *Syrus. Vulg. deserta est* omnis laetitia. Non legerunt עָבְרָה. Sed עָרַב in l. *Samar.* est *expellere,* in l. *Arab. abire,* et in l. *Syr. occidere.* – רַב, *multum.* Exod. IX, 29. Ita *Bielius* ac *Trommius,* sed perperam: nam παυσάσθω ibi hebr. חָדַל respondet. – רָבַץ, *cubo.* Ies. XXXI, 21. παύσονται ἐκεῖ θηρία, *cubabunt* ibi ferae. Vide et Gen. XLIX, 15. – שָׁבַת: הִשְׁבִּית, Kal et Hiph. Ex. XXXI, 16. Prov. XVIII, 18. Ies. XXIV, 8. *Aqu. Symm.* et *Quinta Ed.* Psalm. VIII, 3. τοῦ παῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν, ut *compescas* inimicum et ultorem. – שׁוּב, *revertor.* Exod. XXXII,

11. παῦσαι τῆς ὀργῆς (pro ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Vide supra Psalm. XXXVI, 8.) τοῦ θυμοῦ σου, *cessa* ab ira excandescentiae tuae. Vide et Ios. VII, 26. et Iob. XIV, 11. - חָמַם, *absolvor*. 2 Sam. XV, 24. ἕως ἐπαύσατο πᾶς ὁ λαὸς παρελθεῖν, usque dum *desineret* omnis populus transire. Iob. XXXI, 40. ἐπαύσατο Ἰὼβ ῥήμασιν, *desinebat* Iobus loqui. Sirac. XVIII, 6. ὅταν παύσηται, *cum post longum laborem quiescendum sibi putaverit*. Sir. XXXI, 19.

ΟΥ' ΠΑΥ'ΟΜΑΙ, *non cesso*. הָשִׂים קִנְצֵי לְמִלִּין, *pono fines sermonibus*. Iob. XVIII, 2. μέχρι τίνος οὐ παύσῃ; scil. λαλεῖν.

ΠΆΧΝΗ, *pruina, ros glaciatus*. אוֹר, *lux*. Iob. XXXVIII, 24. πόθεν δὲ ἐκπορεύεται πάχνη. Sine dubio pro אוֹר legit כְּפוֹר, quod *pruinam* notat, coll. v. 29. - חֲנָמַל, *grando maior*. Psalm. LXXVII, 52. - כְּפֹר. Iob. XXXVIII, 29. - קִיטוֹר, *fumus, fumarium*. Psalm. CXVIII, 83. ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. Videtur legendum esse κάπνῃ, aut LXX legerunt בְּקוֹר a קָרַר, quod in omnibus Orientis linguis de *frigore* dicitur. Sap. V, 14. ὡς πάχνη ὑπὸ λαίλαπος διωχθεῖσα λεπτὴ, sicut pruina tenuis a turbine agitata. Offendit insolentia huius imaginis *Kreyssigium*, qui *Symbol*. P. VI. p. 14., praeeunte *Syro*, pro πάχνη reponere mavult ἄχνη, *gluma*. Vide quoque *Bretschneideri Spicil*. s. h. v. p. 205. *Kleukerus* πάχνην de *spuma maris* interpretatur. Equidem existimem, πάχνην, quod de *aquae concretione per gelu* in universum dicitur, h. l. de *nive* explicandum esse. Confirmat hanc interpretationem meam *Hesychius*, qui habet: πάχνη, ἡ ψυχρότης, ἀπὸ τοῦ πήσσειν, ἢ παχεῖα δρόσος, ἢ τὸ πηγνύμενον ὕδωρ ἀπὸ ψύχους. *Suidas*: πάχνη· ἐπειδὰν ἐκ γῆς ἢ ἐκ θαλάττης ὑφ' ἡλίου ὑγρασία ἀνεχθεῖσα μὴ κατεργασθῇ, καταψυχθῇ δὲ, πάχνη καλεῖται. Haec desumta esse ex *Diogene Laertio* in *Zen. Citt*. *segm*. 53. observat *Küsterus* nott. ad *Suidam*. *Pruina* quoque pro *nive* adhibetur, v. c. apud *Virgil. Georg*. II, 275. et III, 368. ubi vid. *Servius*.

ΠΆΧΟΣ, *crassities, crassitudo, densitas*, it. *pinguedo*. מַעֲבֶה, *densitas*. 1 Reg. VII, 46. ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς. - עָב ab עָבָה, *trabs densa*. 1 Reg. VII, 6. Ezech. XLI, 26. sec. *schol. ed. Rom*. τὰ πάχη, *densae seu crassae trabes*. - *עָב, *nubes*, ab עוּב. *Aqu*. Ies. XIX, 1. - עֳבִי. 1 Reg. VII, 25. 2 Par. IV, 5. Ierem. LII, 18. - *עֳבִי, *densitas*. 2 Paral. IV, 17. ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς. *Vulg*. bene: *in terra argillosa*. Iob. XV, 26. - עֶצֶם, *os, ossis*. Num. XXIV, 8. Videtur πάχη h. l. *ossa crassa* significare, quia sequitur ἐκμυελεῖ. - פֹּלֵחַ part. *dissecans*. Psalm. CXL, 8. ὡσεὶ πάχος γῆς. Videntur legisse פֶּלַח, *segmentum*, aut פֶּלֶךְ. Πάχος γῆς autem h. l. est non *crassitudo terrae*, sed *gleba crassa terrae*, aut *terra densa et constricta*. *Theodoritus* ad h. l. τὸ συνεχὲς τῆς γῆς, ὃ τῷ ἀρότρῳ

τεμνόμενον εἰς βώλους διαιρεῖται. Conf. 1 Reg. VII, 46. Adde 2 Macc. IV, 41.

ΠΑΧΥΝΩ, pinguefacio, it. *incrasso,* et *παχύνομαι, stupidus fio, splendidus fio.* דָּשֵׁן, verbum. Ies. XXXIV, 6. – הִסְתַּבֵּל Hithp. a סָבַל, *onustum me reddo,* nimirum *pinguedine.* Cohel. XII, 5. – הַשְׁמֵן Hiph. Ies. VI, 10. *ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, stupidus factus est* intellectus populi huius. Legerunt הָשְׁמַן in Hophal. Profanis eiusmodi homines vocantur *παχύνοοι,* et *παχεῖς τὴν διάνοιαν.* Vide *Elsnerum* et *Alberti* ad Matth. XIII, 16. p. 67. et 96. – *חַשְׁרָה, *colligatio.* 2 Sam. XXII, 12. *ἐπάχυνεν, condensavit.* Habuerunt pro verbo. Arab. حشر notat *crassescere,* et *coagulari.* Sermo autem ibi est de *nubibus densis et atris.* – עָבָה. Deut. XXXII, 15. *ἐπαχύνθη, pinguis factus est,* h. e. *in summa omnium rerum abundantia.* – *עָשָׂה, *facio. Symm.* Iob XV, 27. *ἐπάχυνε.* Ita reddidit, quia *πιμελὴν* sequitur. Versio tamen haec nimis hebraismum sapit, quam ut *Symmacho* tribui possit. Vide tamen infra s. v. *πιμελή.* – שָׁמַן עָשָׁה, *pinguis et nitidus sum.* Ierem. XXV, 28. *ἐπαχύνθησαν, locupletes facti sunt.* Sic *παχεῖς* Graecis alias dicuntur *divites, opulenti. Aristoph. Vesp.* v. 287. *καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει. Scholiastes* ad v. 285. *Παχὺς δὲ πλούσιος. ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου λεπτοὺς τοὺς πένητας φησίν.* Eodem sensu Comicus vocem *παχὺς* usurpat in *Vesp.* v. 1136. et in *Pac.* v. 638. *παχεῖς* et *πλουσίους* coniungit. *Suidas: παχεῖς. οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως.* Conf. *Pollucem* lib. III. segm. 109. et lib. VI. segm. 197. et quae ex *Herodoto* notat *Raphelius* ad Ps. XXII, 30. p. 34.

ΠΑΧΥΣ, crassus, it. *pinguis.* בָּרִיא, *saginatus.* Ezech. XXXIV, 3. *Aqu.* Gen. XLI, 2. *παχεῖαι σαρξὶν,* quae verba in cod. *Mosqu. Symmacho* tribuuntur. – מְסֻבָּל part. Pyh. *onustus,* nempe *pinguedine.* Psalm. CXLIII, 16. Confer supra *παχύνω* sub הִסְתַּבֵּל. – שֶׁמֶן, *pinguedo.* Ies. XXVIII, 1. *τοῦ ὄρους τοῦ παχέος. Mons crassus* commode *mons pinguis* dici potest. Eadem vox, si de *unguentis* adhibetur, eorum *praestantiam* in universum indicare videtur. Hanc in rem locus est Iudith. X, 3. *ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ,* et inunxit se unguento *praestantissimo, maxime odorato. Vulgatus: myro optimo. Syrus: unguento electo.* Eodem modo *Plinius H. N.* XIII, 1. *unguentorum hoc crassissimum est,* h. e. *maxime fragrans, odoratum.* 2 Macc. I, 20. *ὕδωρ παχὺ, aqua turbida.* Ita *Syrus.*

ΠΑΧΥΣ ΠΗΛΟΣ, densum lutum. עַבְטִיט, idem. *Al.* Hab. II, 6.

ΠΑΧΥΤΕΡΟΣ, comparat. *crassior, pinguior.* עָבָה, *crassus sum. Syrus, Symm. et LXX* 1 Reg. XII, 10. 2 Par. X, 10. In utroque loco cum מ, nota comparativi, construitur.

*ΠΑΧΩ'Ν, nomen *mensis Aegyptiaci, qui nostro Aprili respondet.* 3 Macc. VI, 38. *ἀπὸ πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ παχὼν,* ubi *Syrus* per ܦܚܘܢ, *mensis*, simpliciter transtulit, sine dubio, quia verum eius nomen in lingua Syriaca ignoravit. *Stephanus in Additam. ad Thes. l. Gr.* fol. 1617. ita scribit: *Παχὼν, Aegyptiaci mensis nomen, respondentis Maio Romanorum, ut annotatum est in Lexico meo vet. In Epigrammate vero pro Iulio ponitur nonus numero, incipiendo a Septembri: estque ibi in eum hic versus: Λήϊα δ' ἀνανθέντα παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει.* Adde *Ioh. Alb. Fabricii Menologium* (Hamb. 1713.) p. 22. 24. 26.

ΠΕΔΑ'Ω vel *ΠΕΔΕ'Ω, vincio, ligo, compedibus seu pedicis constringo.* אָסִיר, *vinctus.* Ps. LXVII, 7. LXVIII, 38. LXXVIII, 11. et alibi. - אָסַר. Iob. XXXVI, 8. Psalm. CXLV, 6. - הֵבִיא Hiph. a בוא. Psalm. LXXXIX, 12. ubi tamen alii pro *πεπεδημένους* habent *πεπαιδευμένους*, quod glossema sapit. Lectionem receptam confirmat locus Sirac. VI, 25. Confer infra s. v. *πέδη* ac *πεδητής.* - כְּפַת: כְּפִית Chald. Peh. et Pah. *vincio, ligo.* Dan. III, 20. 24. 25. Metaphorice adhibetur in *Orat. Menass. ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν,* qui *certis cancellis et finibus continet* mare: ubi cum *κλείειν* et *σφραγίζεσθαι* permutatur.

ΠΕ'ΔΗ, compes, pedica, pedum vinculum. זִקִּים plur. *catenae.* Psalm. CXLIX, 8. - כֶּבֶל, *compes, qua pes vincitur.* Psalm. CIV, 18. - *מֹקֵשׁ, *laqueus. Inc.* 2 Sam. XXII, 6. *πέδαι θανάτου, vincula mortis.* - מוֹסֵרִים, *vincula. Aqu. Theod.* Ies. XXVIII, 22. *πέδαι.* - נְחֻשְׁתַּיִם, dual. ex נְחֹשֶׁת, *aereae compedes.* 2 Sam. III, 34. 2 Reg. XXIV, 27. Ierem. XXXIX, 7. et alibi. Sirac. VI, 25. *εἰσενέγκαι τοὺς πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς,* scil. *σοφίας,* ubi leges et praecepta religionis et sapientiae eleganter comparantur cum compedibus et vinculis, quatenus habent vim obstringendi, ac sensus est: omnem vitam tuam dirige ad sapientiae praecepta: et ib. v. 30. *ἔσονταί σοι αἱ πέδαι αὐτῆς εἰς σκέπην ἰσχύος,* h. e. *observatio praeceptorum eius* tibi summam praestabit tutelam. Vide supra ad *κλοιὸς* dicta. *Suidas: πέδαι, δεσμὰ, παρὰ τὸ ποῦς καὶ τὸ δέω, τὸ δεσμεύω, ἢ παρὰ τὸ πιέζειν τοὺς πόδας. Glossae: Compedes, πέδαι.* Conf. *Salmasium* de *modo usurarum* p. 812.

ΠΕ'ΔΑΙ ΧΑΛΚΑΙ', compedes aeneae. נְחֻשְׁתַּיִם dual. idem. Iud. XVI, 22. 2 Par. XXXVI, 6.

ΠΕΔΗ'ΤΗΣ, compedibus adstrictus, vinctus. נְעוּרִים plur. *pueritia. Inc.* Psalm. CXXVI, 5. *υἱοὶ τῶν πεδητῶν.* Videtur auctor huius versionis legisse נְצִירִים aut הַנְּצִירִים, a נָצַר, *servare, custodire.* Sed quia tunc sensus exoritur admodum incommodus, legere mallem *παιδευτῶν* aut *πεπαιδευμένων*

(Vide supra ad πεδάω sub Psalm. LXXXIX, 14.), ut eundem sensum exprimere voluerit, quem auctor *Ed. Sextae*, qui habet: ἀκόντος νοῦ. Vide supra s. ἀκονίς. *Montfauconius* haec verba ne quidem latine vertere ausus est. Fortasse etiam πεδητῶν deducendum est a πεδητής, h. e. *qui compedibus adstringit*, et metaphorice: *qui alios praecepta et leges religionis et sapientiae docet.* Vide supra s. v. πέδη et πεδάω. Sap. XVII, 2. δέσμιοι σκότους καὶ μακρᾶς πεδῆται νυκτὸς, tenebris vincti, et longae noctis *compedibus constricti. Suidas:* πεδῆται, πεπεδημένοι, συνδεδεμένοι, καὶ πεδήτης, ὁ δεσμευθείς.

ΠΕΔΙΑ'Σ, άδος, *locus planus* seu *campestris, planities.* עֲרָבָה. *Symm.* Num. XXII, 1. XXVI, 3. 32. 38. 2 Sam. XV, 28. Amos. VI, 14. *Herodot.* II. p. 127, 15. Restituenda etiam est haec vox *Heraclito* de *Allegor. Homer.* in edit. *Gal. Opusc. Myth.* p. 462., ubi editum πηγάς.

ΠΕΔΙΝΟ'Σ et *ΠΕΔΕΙΝΟ'Σ*, *campestris.* בִּקְעָה, *vallis.* Deut. XI, 11. – מִישׁוֹר, *planities.* Deut. IV, 43. 2 Par. XXVI, 10. Ierem. XXI, 13. – נִשְׁפֶּה part. Niph. *excelsus*, a rad. שָׁפָה, arab. شفي, *eminere.* Ies. XIII, 2. Legisse videntur נִשְׁפָּח a שָׁפַח, *dilatavit, extendit*, aut potius respexerunt ad *Syr.* ܫܦܐ, *aequare et complanare.* Vide *Bootii anim. sacr.* lib. I. p. 61. – *עֲמָקִים, *valles. LXX sec. Hex.* s. potius *Inc. Int.* Ier. XLIX, 4. ubi duae versiones coaluerunt. – עֲרָבָה. *Symm.* Ies. XXXV, 1. πεδινή, sc. χώρα, *regio campestis*, ubi alii πεδιάς. *Symm.* Deut. III, 17. Ios. XI, 2. 1 Sam. XXIII, 24. – שְׁפֵלָה, *planities.* Ios. IX, 1. X, 40. Iud. I, 9. et alibi saepius. *Aqu. Abd.* 19. – *שִׁפְלָה, *depressio. Aqu.* et LXX Ies. XXXII, 19. – *תַּחְתִּית, *pars inferior. Inc.* Iud. I, 15. ubi vid. *Scharfenbergius.* Vide quoque 1 Macc. III, 40. ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ.

ΠΕΔΙ'ΟΝ, *campus, planities.* *אַיָּלוֹת plur. foem. *cervae. Symm.* Psalm. XXVIII, 9. πεδία. Videtur mihi haec versio *Symmachi* non suo loco hic posita esse, ac potius pertinere ad v. 8. ubi in textu hebr. legitur: קוֹל יְהוָה יָחִיל מִדְבָּר. Certe et alibi quoque πεδίον hebr. מִדְבָּר respondet. Vide tamen sequentem articulum. – *אַיָּל, *cervus. Ed. Sexta* Ps. XLI, 2. πεδίον. Auctor huius versionis legisse videtur vocem hebraicam ea ratione punctatam (nempe אֵיל), qua *campum* significat, aut aliam imaginem substituisse. *Vulg.* sicut *areola* propagata. Vide supra s. αὐλών. – אֵלוֹן. *Aqu.* Iud. IX, 6. – אָפִיק, *alveus.* Ezech. XXXI, 12. XXXV, 8. אָפִיק in notione *vallis* legitur quoque Ezech. VI, 3. et XXXI, 12. – *אַרְבַּע, *Arba*, nomen proprium. Gen. XXXV, 27. εἰς πόλιν τοῦ πεδίου. Forte legerunt עֲרָבָה, vel עֲרָפָה, quod *locum campestrem*,

planitiem notat. – בִּקְעָה, *vallis, planities.* Gen. XI, 2. εὗρον πεδίον ἐν γῇ Σενναὰρ, invenerunt *planitiem* in terra Sennaar. Ita *Herodotus* lib. I. cap. 178. init. Βαβυλὼν κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, Babylon sita est in *planitie* ingenti. Vide *Raphelii annotatt. Herodot. in SS.* p. 3. Deut. VIII, 7. Ios. XI, 8. et alibi saepius. Adde Dan. III, 1. sec. cod. *Chis. Aqu. Symm. Theod.* Ies. XL, 4. – *יָרְיָה. Psalm. CIII, 16. τὰ ξύλα τοῦ πεδίου. *Vulg. ligna campi.* Fortasse legendum est τοῦ κυρίου, ut omnes reliqui interpretes graeci habent. *Aqu.* et *Theodot.* utramque lectionem coniungunt τοῦ πεδίου, κυρίου. Sed quis non videt, πεδίου esse corruptam lectionem LXX Intt.? Conf. *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 837. sequ. Non tamen repugnarem, si quis mallet, πεδίου esse h. l. a LXX interpretationis causa additum. Nam *arbores Iovae* sunt h. l. *arbores sylvestres, quae sponte nascuntur*, et opponuntur *arboribus ab hominibus plantatis.* – *מִבְקָעָה part. foem. Pyh. *disrupta.* Ezech. XXVI, 10. ἐκ πεδίου. Hic sine dubio legerunt מִבִּקְעָה. Nam בִּקְעָה est πεδίον, *campus planus, vallis.* – מִדְבָּר, *desertum.* Ioel. II, 3. III, 19. – מִישׁוֹר, *planities.* Ios. XX, 8. – מַעְגָּל, *orbita.* Psalm. LXIV, 12. τὰ πεδία σου. Ita quoque *Vulg.* et *Arabs.* Libere transtulerunt. *Syrus* legisse videtur τὰ βοΐδια σου, *vituli tui.* Habet enim ܥܓܠܝܟ. Lectio minime contemnenda, cum עֵגֶל apud Hebraeos *vitulum* notet. – נָוֶה, in plur. נְאוֹת, *pascuum.* Ioel. II, 22. – עֵמֶק, *vallis.* Gen. XIV, 17. Ierem. XLIX, 4. Adde Iob. XXXIX, 10. ubi pro ἐν πεδίῳ *Ald.* et *Compl.* ἐν ποδὶ habent, quod est merum glossema. *Vulg. terram ungula fodit.* Scilicet πεδίον notat quoque *partem superiorem pedis, cui subiacent digiti*, quae nunc *metatarsus* dicitur. *Pollux Onom.* II, 197. – *קְרָאָה, *occursus.* Iob. XXXIX, 21. ἐκπορεύεται δὲ εἰς πεδίον. Nisi statuere velis, πεδίον h. l. esse *campum* sensu latino, h. e. *locum pugnae*, recipienda fortasse erit lectio εἰς πόλεμον, quam *Augustinus* ob oculos habuisse videtur, cum transtulit *in praelium.* – רֶשֶׁף, *pruna ignita.* Hab. III, 4. εἰς πεδία. Videntur legisse שְׁפִי aut שְׁפָיִם, nam שְׁפִי est ex usu l. *Syr.* et *Arab. planities.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 2513. *Arabs* legit καὶ παιδεία s. παιδία ἐξελεύσεται κ. π. α., et disciplina prodibit in vestigiis eius. Aeque vitiose etiam secundum *Theodoritum* legitur in aliquibus libris εἰς παιδείαν, ut quoque ed. *Venet.* et *Argent.* habent. Fuerunt etiam, qui coniicerent, LXX πετεινὰ scripsisse. *Wahlius* in *Comment.* ad h. l. coniicit adeo εἰςπέτεινα s. ἐκπέτεινα, *volucres.* – שָׂדֶה, *ager.* Gen. IV, 8. XXIV, 65. XXIX, 2. et alibi saepius. Adde *Inc.* 2 Sam. X, 8. – שְׁדֵמָה, *arvum.* Ies. XVI, 8. Hab. III, 16. – שְׁפֵלָה, *planities.* Deut. I, 7. Ios. XI, 2. XII, 8. – שָׁרוֹן, *Saron*, nomen regionis campestris. Cant. II, 1. ἄνθος τοῦ πε-

δίον. Videntur nonnullis legisse רַשְׁרוֹן pro הַשָּׂדֶה. Sed שָׁרוֹן notat omnino *regionem campestrem producendis floribus et pascendis gregibus aptam*, unde etiam *Symm.* Ies. XXXV, 2. per πεδίον interpretatus est, per metonymiam speciei pro genere. Sic *Carmel* significat et montem sic dictum, et *quamvis regionem frugiferam.* Chaldaeis מִשְׁרָא notat *planitiem, campum.* Conf. quoque *Masium* ad Ios. XIX, 6. Sirac. XXIV, 16. 1 Maccab. IV, 6. 2 Maccab. XIV, 33. ubi pro ἱππόδρομον mendose legitur εἰς πεδίον, coll. IX, 14. *Suidas:* πεδίον, ἡ γῆ.

*ΠΕΖΗ͂ι, *pedestri, terrestri itinere, pedibus.* בְּרַגְלֵי, *in pede.* 2 Sam. XV, 17. πεζῇ sec. cod. *Vat.* ubi reliqui libri πεζοὶ habent. *Etymol. M.* 604, 47. πεζῇ πορεύομαι. Confer *Herodot.* VII. c. 40. ac *Lex. N. T.* s. h. v. Vide quoque sub πεζός.

ΠΕΖΙΚΌΣ, *pedestris.* 1 Macc. XV, 38. XVI, 5.

*ΠΕΖΟΜΑΧΊΑ, *pugna pedestris seu terrestris.* 4 Maccab. XVII, 24. *Polyb.* V, 69, 7. ubi opponitur ναυμαχία.

ΠΕΖΌΣ, *pedes, peditis, qui pedibus iter facit,* adiective: *pedestris.* בְּרַגְלֵי, *in pede.* Iud. V, 15. 2 Sam. XV, 17. sec. cod. *Alex. Compl. et Ald.* πεζοὶ, ubi in cod. *Vat.* legitur πεζῇ. Ib. v. 18. πεζοὶ sec. *Complut. Ald. Vulg. pedites*, ubi cod. *Vat.* habet τοῖς ποσὶν αὐτῶν, quae videntur esse verba *Aquilae*, ita ut pro αὐτῶν reponendum αὐτοῦ censeam. Ib. v. 16. πεζοὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ sec. *Compl.* ubi duplex est interpretatio, et verba τοῖς ποσὶν αὐτοῦ *Aquilae* vindicanda sunt. Eadem permutatio πεζῇ et πεζοὶ locum quoque habet apud *Xenoph. Anab.* VII, 1, 1. Adde *Herodot.* V, 98. VI, 16. — רַגְלִי. Exod. XII, 37. Num. XI, 21. *Οἱ λοιποὶ* 1 Sam. XV, 4. *Syrus Int.* Ierem. XII, 5. Baruch. V, 6. Iudith. VII, 2. ubi *Vulgatus* pro πεζοὶ in suo codice invenisse videtur αἰχμάλωτοι. Equidem legere mallem ψιλοί. Sir. XVI, 11. 1 Macc. XI, 4. *Eustathius* ad Il. δ'. p. 471. *Rom.* πεζὸς ποσὶν ἁπλῶς βαίνων, h. e. ὁ διὰ τῶν ἰδίων ποδῶν τὴν ὁδὸν ποιούμενος. Vide *Phavorin.* s. πεζὸς, et *Etymol. M.* s. πέδη. Adde *Pindar. Pyth.* X, 46. et *Aeschyl. Perss.* v. 721.

ΠΕΙΘΑΡΧΈΩ, *obedio, pareo,* proprie, *principi vel magistratui pareo.* *שְׁמַע, *audio, obedio. Alex.* Dan. VII, 27. 3 Esdr. VIII, 96. ὅσοι πειθαρχοῦσι τῷ νόμῳ κυρίου, quotquot *obediunt* legi domini: ubi in textu hebr. Esdr. X, 3. legitur הַחֲרֵדִים, *contrementium*, vel *paventium*, h. e. *summa diligentia versantium.* Sirac. XXXIII, 13. κἂν μὴ πειθαρχῇ, etsi non *pareat.* Substantivum πειθάρχησις legitur apud *Zonaram Lex.* 910. εὐνομία, νόμου πειθάρχησις.

ΠΕΊΘΩ, *persuadeo, placidum, tranquillum reddo,* et πείθομαι, *confido, credo, fidem habeo, persuadeor, convin-*

cor, *fiduciam habeo, securus sum, morem gero, obedio, pareo.* *אָבָה, *volo. Symm.* Psalm. LXXX, 12. ἰσραὴλ οὐκ ἐπείσθη μοι, Israel non *obtemperavit* mihi. Bene quoad sensum. In textu hebr. legitur: *me non vult*, h. e. *negligit me, nec mihi obtemperat.* – *בָּטָה, *effutio. Theod.* Prov. XII. 18. Non legit בָּטַח, ut nonnulli opinati sunt, sed בָּטָא per Aleph in fine est *pronuntiare, effutire.* Quia ergo hic irregulariter scribitur בּוֹטֶה per He, idcirco *Theodotion* sumsit per commutationem literarum gutturalium ה et ח pro בּוֹטֵחַ. – בֶּטַח. Iud. XVIII, 10. ἥξετε πρὸς λαὸν πεποιθότα, venietis ad populum *securum.* Vide et v. 27. 2 Reg. XVIII, 20. τίς ἡ πεποίθησις αὕτη, ἣν πεποίθησας; quaenam haec fiducia, qua *confidis?* seu: cui *confidis? Hesych.* πέποιθας, θαῤῥεῖς. 2 Reg. XVIII, 21. πέποιθας σεαυτῷ ἐπὶ τὴν ῥάβδον, *confisus es* virgae. Iob. VI, 20. οἱ ἐπὶ πόλεσι καὶ χρήμασι πεποιθότες, urbitur et opibus *confisi.* Iob. XL, 18. πέποιθεν, ὅτι προσκρούσῃ ὁ Ἰορδάνης εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, *persuasum sibi habet*, quod Iordanes se allidat ori suo. Psalm. CXXIV, 1. οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον, *confisi* Domino. Vide et Prov. XXVIII, 25. Prov. XIV, 16. ἑαυτῷ πεποιθώς, sibi ipse *confisus.* – בֶּטַח, *fiducia.* 1 Sam. XII, 11. κατῳκεῖτε πεποιθότες, habitastis *securi.* Vide et Deut. XXXIII, 28. Prov. X, 10. *Inc.* Prov. I, 33. יִשְׁכָּן בֶּטַח ἀναπαύσεται ἐν εἰρήνῃ πεποιθώς. Duplex versio hic locum habet. Posterior est fortasse *Theodotionis*, coll. Iud. XVIII, 10. – לָבֶטַח, *cum fiducia.* Deut. XXXIII, 12. Levit. XXV, 18. 19. et alibi. – בִּטְחָה, *fiducia.* Ies. XXX, 15. – בַּטֻּחוֹת plur. *securitates.* Iob. XII, 6. μηδεὶς πεποιθέτω, πονηρὸς ὤν, nemo *securus sit*, qui malus est. – *גָּרַס, *frango. Theod. Quinta* et *Sexta Editio* Psalm. CXVIII, 20. ἐπεποίθησεν, *fiduciam habuit.* Sed quia in textu hebr. legitur *fracta est*, sc. *anima desiderio*, dubio caret, reponendum esse ἐπεπόθησεν, ut h. l. apud LXX et *Aquilam* legitur. – הֶאֱמִין Hiph. *credo.* Prov. XXVI, 25. μὴ πεισθῇς αὐτῷ, ne *credas* illi. Conf. Act. V, 36. 37. Sic et *Maximus Tyrius Diss.* XXIV, p. 256. καὶ Ὁμήρῳ πείθομαι, καὶ πιστεύω Πλάτωνι. – הֵנִיחַ Hiph. *quiescere facio*, a נוּחַ. Ies. XXX, 32. – *הֵסִית Hiph. a סוּת, *seduco, instigo.* 1 Sam. XXVI, 19. sec. *Compl.* ἔπεισε, ubi sensu malo adhibetur, ac cum ἐπισείειν permutatur. – הִתְרְחַץ chald. Ithpeh. *me committo et permitto*, ac ex adiuncto: *confido.* Dan. III, 29. – חָסָה, *confido, confugio in tutelam.* Iud. IX, 15. πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου, *confidite* protectione mea. 2 Sam. XXII, 31. Psalm. II, 13. et alibi. – חָסוּת, *refugium.* Ies. XXX, 3. – יֵאָת, *consentio. Symm.* Gen. XXXIV, 22. πεισθήσονται, *morem gerent.* – מִבְטָח, *fiducia.* Iob. XXXI, 24. Ierem. XLVIII, 13. Prov. XXI, 22. – מַהֵר Pih. *festino.* 1 Reg. XX, 33. Sed pro ἐπείσαντο reponendum ibi est ἐσπεύσαντο. Alii libri habent ἐσπείσαντο. – מְחִכָּה,

fiducia. Ies. XXVIII, 17. οἱ πεποιθότες μάτην ψεύδει, frustra *confisi* mendacio. Conf. Ep. ad Philem. v. 21. – נִשְׁעַן Niph. *nitor.* 2 Par. XIV, 11. XVI, 7. 8. Ies. XXXI, 1. – *עֲלִיצוּת, *hilaritas*, *gaudium*. *Inc.* Hab. III, 14. πεποιθότας. A nonnullis haec vox refertur ad יִסְעֲרוּ, *turbinabunt*, ut legerit יִסְבְּרוּ, a rad. סבר, *speravit*, *confisus est*. – *עָמַד, *sto*. Dan. XI, 17. καὶ οὐ πείσεται sec. cod. *Chis.* Sed sine dubio reponendum est οὐ στήσεται. – *צְחִיחָה, *siccum*. *Theod.* Psalm. LXVII, 7. πεποιθότες. Sc. putavit, *in sicco habitare* esse h. l. metaphorice *secure vivere*, cum e contrario *siccitas* h. l. sit symbolum *miseriae* et *inopiae*. Certe eos aliam lectionem secutos esse statuere nollem. – קִבֵּל, Pihel, *accipio*, *recipio*. Esth. IV, 14. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ille autem *non persuaderi se sinebat*. – קִוָּה Pih. *exspecto*. Ies. XXXIII, 2. – שָׁמַע, *audio*, *obedio*. *Inc.* Gen. III, 27. ἐπείσθησαν, *obediebant*. Sic *Aelianus V. H.* III, 26. ὡς οὐκ ἐπείσθη, cum non *obediret*. Vide et Lib. IX. c. 23. ac *Lex. N. T.* s. h. v. – שִׁסַּע Pih. *discindo*. 1 Sam. XXIV, 8. ἔπεισεν Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις, *placidos* s. *tranquillos* reddebat David viros suos verbis, seu: verbis persuasoriis eos *a proposito abstrahebat*. Sunt, qui putent, eos legisse יְשַׁעְשַׁע, ut *Targum*. Sed recte observat *Ioh. Buxtorfius* in *vindic. verit. hebr.* P. II. c. 10., שִׁסַּע significare etiam *discerpere*, et tralatitio sensu sumi posse, ut sumsit *Vulgatus*, qui habet: *et fregit viros verbis*. Conf. quoque Matth. XXVIII, 14. 1 Ioh. III, 19. Iudith. X, 10. πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν, abiens quaeso *persuade* mulieri Hebraeae. Vide et 2 Macc. VII, 26. Sap. III, 9. οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῇ, qui *confidunt* in eo. Sap. XIII, 7. πείθονται τῇ ὄψει, *persuadentur* vel *convincuntur* aspectu. 2 Maccab. IX, 27. πέπεισμαι, *confido*. Conf. Rom. VIII, 38. *Hesych.* πέπεισμαι, ἤλπισα, θαῤῥῶ. 2 Macc. IV, 45. Menelaus multa promisit Ptolemaeo πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα, ut *placatum redderet* regem iratum, coll. Act. XII, 20. 2 Maccab. X, 20. ἐπείσθησαν ἀργυρίῳ, pecunia *sunt corrupti*, coll. Matth. XXVIII, 14. *Iosephus A. I.* XIV, 11. p. 717. *Haverc.* πείσας ἀργυρίῳ τὸν οἰνοχόον. Sirac. IV, 15. κατασκηνώσει πεποιθώς, habitabit *placide*, h. e. *perenni felicitate fruetur*.

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *confidens fio*, *confido*, *securus sum*. נִשְׁעַן Niph. *nitor*. Ies. XXX, 12.

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΕἸ'ΜΙ', *confisus sum*, *confido*. בָּטַח, idem. Iob. XI, 18. Prov. III, 5. Ies. XII, 2. – בָּטַח בִּטָּחוֹן, *confido fiducia*. Ies. XXXVI, 5. – בֶּטַח, *fiducia*. Ies. XXXII, 17. – הָיָה בֶּטַח, *sum securus*. Iud. VIII, 11. ἡ δὲ παρεμβολὴ ἦν πεποιθυῖα, milites in castris *erant securi*. – הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me*. Ies. LVIII, 14. – חָסָה. 2 Sam. XXII, 3. – מִבְטָח,

exspectatio. Ies. XX, 5. 6. - מַעֲרִיץ, *terror.* Ies. VIII, 13. κἂν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ἦν. Speciem reverentiae erga Deum pro reverentia in uuiversum posuerunt. - נִשְׁעַן Niph. *nitor,* metaph. *confido, spero.* Ies. X, 20. *Symm.* Prov. III, 5. ubi sensu malo adhibetur. - שָׁעָה, *respicio.* Ies. XVII, 7. 8. XXXI, 1. Sc. qui in aliquem respicit et inclinat, eo ostendit, se in eum confidere. Adde Ies. XXXII, 3. - שָׁקַט, *quiesco.* Ierem. XLVIII, 11. - תָּלָה, *suspendo.* Ies. XXII, 14. 2 Macc. XV, 7.

*ΟΥ' ΠΕΙ'ΘΟΜΑΙ, *nolo.* מֵאֵן, *renuo.* *Symm.* Psalm. LXXVI, 3.

ΠΕΠΟΙΘΕ'ΝΑΙ ΠΟΙΕ'Ω, confidere facio. הִבְטִיחַ Hiph. Ierem. XXVIII, 15. XXIX, 26. - הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito.* 2 Par. XXXII, 15.

ΠΕΙΝΑ'Ω, esurio, famelicus sum. דָּאַב, *moestus sum.* Ierem. XXXI, 12. 25. In posteriore loco videntur legisse יָעֲבָה, quemadmodum in priore רָעֵב loco דָּאַב. Fortasse tamen דָּאַב de *fame delassante* intellexerunt. Vide *Michaelis Suppl.* p. 383. - יָעֵף, *fessus sum.* Ies. XL, 28. 30. 31. Ita reddiderunt inepte, quasi יָעֵף in omnibus his locis sit *prae fame deficere.* - יָעֵף, verbale, *fessus.* Ies. XLI, 29. - יָרַד, *descendo.* Prov. XVIII, 8. ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι. Sed sunt haec verba ab h l. prorsus aliena, ac pertinent ad cap. XIX, 15. - נָהַם, *rugio,* speciatim de *leone prae fame rugiente.* Prov. XXVIII, 15. λέων πεινῶν. - עָיֵף, *fessus.* Deut. XXV, 18. Iud. VIII, 5. Ies. V, 27. XXVIII, 12. In omnibus his locis עָיֵף acceperunt de *languente* s. *viribus deficiente prae fame.* Vide supra s. יָעֵף. - רָדַף, *persequor.* Iud. VIII, 4. ὀλιγοψυχοῦντες καὶ πεινῶντες. Ita *Alex. Oxon. Ald. Compl.* Sed veram lectionem habet cod. *Vat.* πεινῶντες καὶ διώκοντες, ut πεινῶντες ad עֲיֵפִים referatur. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* Secundum *Tychsenium* loco רדפים legerunt רעבים. - רָעֵב, verbum. Gen. XLI, 56. Psalm. XXXIII, 10. XLIX, 13. et alibi saepius. - רָעֵב, verbale, *esuriens.* 1 Sam. II, 5. 2 Sam. XVII, 29. Iob. XXII, 7. et alibi. Sirac. XVI, 27. οὔτε ἐπείνασαν, non *prae fame deficiunt,* aut: *ea impediuntur in labore suo* et executione iussus divini. Sermo ibi est de corporibus coelestibus, quae veteres Platonici putarunt esse animata.

ΠΕΙ'ΡΑ, tentatio, experimentum, periculum, experientia. מַסָּה, nomen loci in deserto, sic vocati ob tentationem Israelitarum. Deut. XXXIII, 8. Sap. XVIII, 20. ἥψατο δὲ καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, tetigit vero etiam iustos *periculum* mortis, aut, ut rectius *Suicerus* s. h. v. transtulit: *iusti quoque mortem experti sunt.* Sap. XVIII, 25. ἦν γὰρ μόνη ἡ πεῖρα τῆς ὀργῆς ἱκανή, erat enim solum *experimentum* irae sufficiens. 2 Macc. VIII, 9. ἐν ταῖς πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν

ἔχοντα, in bellicis rebus *experientiam* habentem. *Suidas*: πεῖρα, ἀπόπειρα, δοκιμή.

ΠΕΙ'ΡΑΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, experimentum capio, tento, periculum facio. נִסָּה Niph. *tento.* Deut. XXVIII, 56. ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, cuius pes *periculum* non *fecit* ingrediendi in terram. Conf. Hebr. XI, 29. et ad h. l. *Raphelium* p. 679. sequ. *Suiceri Thes.* T. II. p. 656. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΠΕΙΡΑ'ΖΩ, tento, exploro, periculum facio, experior, et *Πειράζομαι, experientiam, usum habeo.* *בָּחַן, idem. *Aquila* Mal. III, 10. πειράσατε. *Vulg. probate.* – הִתְמַכֵּר Hithp. *vendo me.* 1 Reg. XXI, 20. ubi tamen alii rectius πέπρασαι pro πεπείρασαι habent, quemadmodum 2 Reg. XVII, 17. pro ἐπειράθησαν reponendum est ex aliis libris ἐπράθησαν. – חָנֵף, *hypocrita.* Psalm. XXXIV, 19. ἐπείρασάν με. Legisse videtur בְּחָנוּנִי loco בְּחַנְפֵי. Vid. *Starcke Carm. David.* Vol. I. p. 278. – *יָדַע, *cognosco*, it. *usu experior. Symm.* Cohel. VIII, 5. – נִחֵשׁ Pih. *auguror. Samar.* et *Inc.* Gen. XLIV, 15. vel potius 5. πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, *solet augurari ex hoc poculo.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* – נִסָּה Pih. Gen. XXII, 1. Exod. XV, 25. XVI, 4. et alibi saepius. 1 Sam. XVII, 39. οὐ μὴ δύναμαι πορευθῆναι ἐν τούτοις, ὅτι οὐ πεπείραμαι, non possum incedere in his, *quia usum non habeo* (sic *Vulgatus* recte expressit), h. e. quia non *assuetus sum.* Dan. I, 11. πείρασον δὴ παῖδάς σου ἡμέρας δέκα, *periculum* quaeso *fac* cum servis tuis dies decem: ubi alii δοκίμασον habent. Vide et v. 14. Adde *Symm.* Cohel. VII, 24. ubi πειράζεσθαι τινός est *periculum alicuius rei facere.* LXX ibi habent: πάντα ταῦτα ἐπείρασα. – צָרַף, *exploro.* Psalm. XVI, 4. ἐπείρασάς με, *explorasti* me, ubi tamen alii libri fortasse rectius ἐπύρωσας habent. Praeterea legitur Dan. XII, 9. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu hebr. respondet. Sap. II, 17. Sirac. XIII, 15. XXXVIII, 30. Sap. XII, 26. ἀξίαν θεοῦ κρίσιν πειράσουσιν, iustum Dei iudicium *experientur*, aut potius: *experti sunt*, ut *Vulgatus* reddit. Sap. II, 25. πειράζουσι δὲ αὐτὸν (sc. διάβολον) οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄντες. Bene *Vulgatus*: *imitantur* autem illum, qui sunt ex parte illius.

ΠΕΙΡΑ'ΟΜΑΙ, Ω͂ΜΑΙ, tento, nitor, annitor, conor, studeo, contendo, operam do, volo. הִתְלַהְלֵהַּ Hithp. a לָהָה, *insanio.* Prov. XXVI, 18. ὥσπερ πειρώμενοι προβάλλουσι λόγους, tanquam *tentantes* (potius: *tentati*, sc. *a daemone* seu *spiritu malo*, de quo πειράζειν in N. T. saepius adhibetur) emittunt sermones. Ita LXX sec. *Ald.* et *Symmachus.* 1 Macc. XII, 10. ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι, sc. πρέσβεις, *voluimus* mittere legatos. 2 Macc. X, 12. ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς διάγειν, *conabatur* s. *quaerebat* pacifice agere cum illis.

Conf. Act. IX, 26. et *Aelian. V. H.* III, 35. et lib. IX. c. 11. 2 Macc. XI, 19. πειράσομαι παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν γενέσθαι, bonorum vobis auctor esse *studebo*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πειράσομαι, σπουδάσω. Sic Act. XXVI, 21. ἐπειρῶντο (με) διαχειρίσασθαι. Vnde apud *Hesychium* ἐπειρῶντο exponitur ἐσπούδαζον, ἐβούλοντο. Conf. et 2 Macc. II, 24.

ΠΕΙΡΑΣΜΟ'Σ, tentatio, exploratio, i. q. πεῖρα. מַסָּה, idem. Exod. XVII, 7. Deut. IV, 34. VI, 16. et alibi. – נַחַשׁ, *augurium*. *Samarit.* et *Inc.* Gen. XLIV, 15. Sed, ut recte observavit ad h. l. *Scharfenbergius*, pertinent haec verba ad v. 5. – עִנְיָן, *occupatio*, et quidem *molesta*. Cohel. V, 2. Sed e comparatione cap. I, 13. apparere videtur, loco πειρασμοῦ reponendum esse περισπασμοῦ, ut iam coniecit *Semlerus*. Confer quoque ib. II, 26. et IV, 8. *Vetus Itala: sollicitudo.* Vide et Sirac. XXVII, 5. 7.

ΠΕΙΡΑΤΕΥ'Ω, piraticam exerceo, naves in mari capio, piratam ago, praedor, depopulor. גָּדַד, *depopulor*. Gen. XLIX, 19. πειρατεύσει αὐτὸν, *depopulabitur* illum. *Strabo Geogr.* XIV. p. 980. A.

ΠΕΙΡΑΤΗ'ΡΙΟΝ, sc. πλῆθος vel σύστημα, *praedonum agmen, latronum turma.* גְּדוּד, *turma*. Gen. XLIX, 19. *Ambrosius* c. 8. perperam vertit *tentationem*, quae πειρητήριον dicitur. Πειρατήριον est potius *globus piratarum*, σύστημα λῃστῶν, ut *Hippolytus* in *Catena Patrum* ad h. l. exposuit. Sic legitur apud *Auctorem testamenti Isaschar* §. 5. in fine. Iob. XIX, 12. ubi pro τὰ πειρατήρια *Theodot.* μονόζωνοι, *Symm.* λόχοι habet. Psalm. XVII, 32. ἀπὸ πειρατηρίου, ubi per *praedones, latrones* hostes Davidis intellegendi sunt. Praeterea reperitur pro eadem voce hebr. in plurali apud duos *Inc. Intt.* 2 Reg. V, 2. post μονόζωνοι, et est additamentum ex versione alius interpretis. *Vulgatus* habet *latrunculi*. – גַּד. *Symm.* Gen. XXX, 1. de *turma* s. *agmine filiorum*. – צָבָא, *militia*. Iob. VII, 1. ubi *Vulgatus*, qui h. l. aperte secutus est LXX Intt., per *militiam* transtulit. Comparatur autem h. l. vita humana cum militia, quia est *statio* s. *conditio admodum molesta*, coll. Num. IV, 3. V. quoque s. v. στρατεία et *A. Dounaei Praelect. ad Lysiam* p. 53. Adde Iob. X, 17. ubi *agmen malorum* notare videtur. Vide s. v. πειρατής. *Schol.* ad 1 Sam. XXX, 15. πειρατήριον interpretatur τὸ λῃστρικὸν σύστημα. Apud *Hesychium* πειρατήριον exponitur τόπος λῃστῶν. *Cappello* Gen. XLIX, 19. vertitur *tentatio*, quem propterea notat *L. Bos. Prolegg. in LXX Intt.* Vide quoque *Fischeri Clavem Verss. GG.* p. 71. sequ.

ΠΕΙΡΑΤΗ'Σ, pirata, praedo, maritimus latro. גְּדוּד, *turma*. Iob. XXV, 3. Hos. VI, 9. ubi *Targ.* אנשׁ למשרין, *vir exercituum*. Vid. *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 194.

ΠΕΚΟΥ'ΛΙΟΝ, *peculium*. Vox latina iam usu apud Graecos recepta tempore *Symmachi*, qui hac voce in numero plurali usus est Cohel. II, 8. pro hebr. סְגֻלָּה. *Lex. vet. Peculium*, *κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος. τοῦτ' ἔστιν υἱοῦ ἢ δούλου*. In *Glossario Βασιλικῶν* a *Labbeo* edito explicatur verbis: *ὡσανεὶ μικρὸν οὐσίδιον*.

ΠΕ'ΛΑΓΟΣ, *pelagus*, *mare profundum*. 2 Maccab. V, 21. 4 Maccab. VII, 1. *τὸ τῶν παθῶν πέλαγος*. *Hesych. πέλαγος, μέγεθος, πλῆθος, βυθὸς, πλάτος θαλάσσης*. Plura de hac voce vide apud *Suicerum* Thes. T. II. p. 661. *Alberti* ad Matth. XVIII, 6. p. 114. sequ. et in *Museo Brem.* Vol. I. P. I. p. 106.

ΠΕΛΑΡΓΟ'Σ, *ciconia*, ex *πέλαν*, i. e. *μέλαν*, et *ἀργὸν*, i. e. *λευκὸν*, quoniam ciconia nigras et albas pennas habet. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 319. חֲסִידָה, idem. *Al.* Iob. XXXIX, 13.

ΠΕ'ΛΑΣ, *prope*. Hinc ὁ *πέλας*, sc. *ὢν*, *qui prope est*, *propinquus*, it. *alius*. זָר, *alienus*, *extraneus*. Prov. XXVII, 2. *ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα*, laudet te *alius*, et non proprium tuum os. Sic *Thucydides* lib. I. *νομίζειν τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι*, putare, sententias *aliorum* similes esse nostris. Et *Polybius* lib. IX. *ἡ τῶν πέλας ἀπειρία*, *aliorum* imperitia. Conf. *Vorstium Philol. S.* P. I. c. 3. p. 65.

ΠΕΛΕΚΑ'Ν, *pelicanus*, secundum *Aristotelem* nomen avis, quae *Plinio* dicitur *platea*, German. *Löffelgans*. *Aristophani* est *picus Martius*, cui id nomen a *πελεκάω*, h. e. *seco*, *dolo*. חֲסִידָה, *ciconia*. Deut. XIV, 18. – קָאָת et קָאת. Levit. XI, 18. Psalm. CI, 7. *Gloss. in Octat. πελεκάνος* (Legendum fortasse ex Deut. XIV, 18. vel Lev. XI, 18. *πελεκᾶνα*), *ὄρνεον δενδροκόλαπτον*. *Hesych. πελεκὰν, ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυποῦν τὰ δένδρα*. Attice dicitur *πελεκᾶς, πελεκάντος*. Vide *Suidam* in *Πελεκάντι*, cui est *εἶδος ὀρνέου τρυπῶν τὰ δένδρα, ἀφ' οὗ καὶ δενδροκολάπτης* dicitur. Plura autem de hac ave dabunt *Bochartus Hieroz.* P. II. lib. II. cap. 24. pag. 292. et *Allatius* not. ad *Eustathii Hexaem.* pag. 115. sequ. Adde *Martinii Lex. Philol.* s. h. v. et *Vossii Etymol.*

ΠΕΛΕΚΑ'ΝΟΙ, *pelecani*. קִפֹּד, *ericius*. *Aqu.* Soph. II, 14.

ΠΕΛΕΚΗΤΟ'Σ, *edolatus*, *complanatus*. גָּזִית, *caesus*. 1 Reg. V, 17. *Al.* 1 Reg. VI, 35. VII, 11. Reperitur quoque pro אַלְמֻגִּים in vers. *Alex. Hex.* 1 Reg. XI, 11. *πελεκητὰ*, pro quo in *cod. Coislin.* 2. legitur *ἀπελέκητα*. *Boysenius* confert ar. جلم, *secuit*, *percussit*.

ΠΕΛΕΚΙ'ΖΩ, *securi dolo*, *caedo*. פָּסַל, *sculpo*. 1 Reg. V, 18. Alias Graecis *πελεκίζειν* notat *securi ferire*, vel

occidere, et πελεκεῖν *securi dolare* vel *caedere*. *Suidas*: πελεκῶ, πελεκήσω ξύλα, πελεκίζω δὲ τὸ μετὰ τῆς σπάθης κόπτω.

ΠΕ'ΛΕΚΥΣ, *securis*, *bipennis*. גַּרְזֶן, *securis*. 1 Reg. VI, 7. *Aqu.* sec. cod. X. *Holm.* Deut. XIX, 5. - כְּלִי, *instrumentum*. Ierem. XXII, 7. - כַּשִּׁיל, *securis*. Psalm. LXXIII, 7. Ierem. XXIII, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* Ep. Ier. v. 12.

*ΠΕΛΕ'Ω. רָקַע, *expando*. *Symm.* sec. unum *cod. Reg.* e *Chrysostomo* πελήσαντι. Sed est scriptura haec sine dubio vitiosa, ac reponendum πιλήσαντι.

ΠΕΛΙΔΝΟ'Σ, *nigrorem plumbeum habens*, *sanguine suffusus*, *lividus*, *nigricans*. חַכְלִילוּת, *rubedo*. Prov. XXIII, 29. τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; cuius oculi sunt lividi? aut cum Satyrico (*Iuvenal. Satyr.* XVI, 11.): cui erit nigra in facie tumidis livoribus offa? *Suidas*: πελιδνὸν, μέλαν. λέγεται δὲ καὶ πελιτνὸν (sic enim scribendum pro πελιδνὸν, ut ex *Photio* et *Eustathio* ad Il. ί. p. 735. ostendit *Alberti Miscell. Crit.* in *Suidam* p. 284.) παρὰ Θουκυδίδῃ. Rursus *Suidas*: πελιδνὸν, τὸ μεταξὺ ὠχρότητος καὶ μελανίας, οἱονεὶ μολιβδόχρουν. παρὰ Θουκυδίδῃ. Desumta haec esse ex *Scholiasta Thucydidis* ad lib. II. c. 49. observat *Küsterus*. Apud *Hesychium* πελιδνὸς inter alia exponitur ὕφαιμος (sic enim procul dubio legendum pro ὕφαιμον), *subtus sanguinem habens*, quae explicatio bene convenit *Prov.* l. c.

ΠΕΛΙΟ'ΟΜΑΙ, *lividus reddor*, *livore sugillor*, *nigresco*. נִכְמַר Niph. *denigror*. Thren. V, 10. τὸ δέρμα ἡμῶν ὡς κλίβανος ἐπελιώθη, cutis nostra, ut furnus, nigrescit. Est a πελιὸς, *niger*, *fuscus*, *lividus*. *Nobilius* putavit, ἐπελιώθη esse i. q. ἐπηλιώθη vel ἐφηλιώθη, quasi dicas *ad solem denigrata*. *Suidas*: πελιοὶ, μέλανες, ὠχροί.

ΠΕ'ΛΜΑ, *planta pedis*. Esth. III, 13. πέλματα τῶν ποδῶν, *plantas pedum*. *Hesych.* πέλμα, τὸ κάτω τοῦ ποδός.

ΠΕΛΤΑΣΤΗ'Σ, *qui peltam ad pugnam gestat*, *peltatus*, seu *cetratus*, *scutatus*, a πελτάζω, *peltasticae scientiae operam do*. נֹשֵׂא מָגֵן, *ferens scutum*. 2 Par. XIV, 8. ἐν γῇ Βενιαμὶν πελτασταὶ καὶ τοξόται, in terra Beniamin *scutati* et sagittarii. - נֹשֵׁק מָגֵן, *armatus scuto*. 2 Par. XVII, 17. μετ' αὐτοῦ τοξόται καὶ πελτασταὶ, cum illo sagittarii et *scutati*. *Suidas*: πελτασταὶ, τοξόται, ἢ οἱ τὰ ξυστὰ κατέχοντες. Sic enim *Küsterus* e *Photii Lexico* bene legendum censet pro πελτασταὶ, τοξόται. τοξόται οἱ τοὺς ξυστοὺς κατέχοντες. Non immerito autem haec interpretatio vocis πολτασταὶ dubia et suspecta videtur *Küstero*. Nam quod πελτασταὶ et τοξόται diversi sint, e locis modo ante adductis facile patet.

ΠΕ'ΛΤΗ, *pelta*, *scutum brevius*, *lorum non habens*, *quo sagittarii et levioris armaturae milites uti solebant*. מָגֵן,

scutum. Ezech. XXVII, 10. XXXVIII, 5. XXXIX, 9. *Suidas: πέλται, λόγχαι. καὶ ἀσπίδια τετράγωνα. Hesych. πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα, ἢ ὅπλου σκέπασμα, ἀκόντιον.* Conf. *Brissonium de regno Persarum* lib. III. §. 14. sequ.

ΠΕ'ΛΥΞ, securis, bipennis, pro *πέλεκυς.* גַּרְזֶן, idem. *Aqu.* Deut. XIX, 5. XX, 19. – כְּלִי מַפָּץ, *instrumentum dissipationis.* Ezech. IX, 2. – פַּטִּישׁ, *malleus.* Ierem. XXIII, 29.

ΠΕ'ΜΜΑ, coctum, quidquid coquitur: specialiter sic dicitur *genus quoddam placentae.* אֵיפָה, *Epha.* Ezech. XLVI, 6. 8. 12. Derivarunt hanc vocem ab אָפָה, *coquo.* – אֲשִׁישָׁה. Hos. III, 1. *φιλοῦσι πέμματα μετὰ σταφίδος,* amant placentas cum uva passa aut *uvis passis subactas,* non *coctiones cum vinaciis,* ut vertit *Hieron.* qui tamen in ipso Commentario rectius ita scripsit: *Pro pemmatibus, quae LXX transtulerunt, et comeduntur cum uvis passis sive vinaciis, placentas Latine possumus dicere vel crustulas, quae idolis offeruntur, et graece appellantur πόπανα. Gloss. MSS. in Proph.* et *Gloss. Brem. πέμματα, πλακούντια. Suidas: πέμματα, πλακούντια. Ἀῤῥιανός· Οἱ δὲ ξένια ἔφερον, θύννους ἐν κριβάνοις ὠπτημένους, καὶ πέμματα ὀλίγα, καὶ βαλάνους φοινίκων.* Locum *Arriani* in libro *de rebus Indic.* p. 562. occurrere annotat *Küsterus. Hesychius: πέμμα, εἶδος πλακοῦντος, καὶ πᾶν πεπτόμενον,* Apud eundem *πέμματα* exponuntur *ποικίλα ἐδέσματα.* Hucusque *Bielius.* Sed ingenue fateor, mihi verba *πέμματα μετὰ σταφίδος* (vel, ut Cod. *Alex.* et alii legunt, *σταφίδων*) suspecta esse. Fortasse scripserunt: *φιλοῦσι στέμματα μετὰ σταφίδων, amant coronas cum uvis passis,* h. e. *maturioribus, a sole iam arefactis, ne succum dimitterent, id quod gestantibus coronam molestum fuisset.* Alibi etiam *στέμματα* et *πέμματα* a librariis esse commutata, testatur *Iungermannus* in *Iul. Pollucis Onomast.* lib. I. cap. 1. sect. 28.

ΠΕΜΠΤΑΓ'ΖΟΝΤΕΣ dicti sunt in ordinato exercitu *quintati, in quinque distributi.* חֲמֻשִׁים, quod *Kimchi* interpretatur: *accincti quintam costam militariter.* Nam nomen חֹמֶשׁ pro *quinta costa* est. 2 Sam. II, 23. *Theod* Exod. XIII, 18. *πεμπταΐζοντες, quintani existentes:* ubi conf. *Hexapla.* LXX *πέμπτῃ δὲ γενεᾷ. Fullerus* in *Miscell. Sacris* lib. V. c. 2. iudicat, reponendum esse *πεμπτάζοντες, per quinos numerantes se,* quod magis respondere putat voci hebraicae. Sed tunc *πεμπταζόμενοι* potius quam *πεμπτάζοντες* dicendum fuisset.

ΠΕ'ΜΠΤΟΣ, quintus. חֹמֶשׁ et חֲמִשָּׁה. Ios. XIV, 10. 2 Reg. VIII, 16. Nehem. VI, 15. et alibi passim. – חֲמִישִׁי. Gen. I, 23. XXX, 17. Lev. XIX, 25. et alibi. – שִׁשִּׁי, *sextus.* Ezech. VIII, 1.

ΤΟ' ΠΕ'ΜΠΤΟΝ, quinto, quinta vice. פַּעַם חֲמִישִׁית, *quinta vice.* Nehem. VI, 5.

ΠΕ'ΜΠΤΗ ΓΕΝΕΑ', *quinta generatio.* חֲמִשִּׁים plur. *quini.* Exod. XIII, 18.

*ΠΕ'ΜΠΤΟΝ ΜΕ'ΡΟΣ, *quinta pars.* חֲמִישִׁית. Genes. XLVII, 24.

ΠΕ'ΜΠΩ, *mitto.* *אָפָה, *coquo.* Gen. XIX, 3. ἀζύμους ἔπεμψεν αὐτοῖς. Ita *Trommius.* Sed omnes libri editi et hucusque collati codd. rectius habent ἔπεψεν. - כָּתַב, *scribo.* Esth. VIII, 5. πεμφθήτω, sc. γράμματα, mittantur literae. Conf. v. 10. - שָׁלַח. Gen. XXVII, 42. πέμψασα (sc. τινὰ) ἐκάλεσεν ἰακὼβ, mittens aliquem vocabat Iacobum. - שְׁלַח chald. Esdr. IV, 14. ἐπέμψαμεν (sc. ἄγγελον) καὶ ἐγνωρίσαμεν τῷ βασιλεῖ, *misimus nuntium*, et notum fecimus regi. Conf. quae notavi supra s. ἀποστέλλω. Esdr. V, 17. περὶ τούτου πεμψάτω (sc. γράμματα) πρὸς ἡμᾶς, de hoc mittat literas ad nos. - Deus dicitur interdum *mittere aliquid*, si *evenire* illud iubet in rerum serie, certo quodam consilio. Sap. XII, 25. τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἔπεμψας. Sic ἀποστέλλειν Psalm. CX, 8. et ἐξαποστέλλειν Ps. LXII, 2. 2 Macc. XI, 32. πέπομφα. *Zonaras Lex.* 1540. πέπομφα, ἔπεμψα.

ΠΕΡΙΣΣΕΥ'Ω, *abundo*, *excello*, *praesto*, it. *supersum*. הוֹתַר Hiph. a יָתַר. *Aqu.* Gen. XLIX, 3. μὴ περισσεύσῃς, ne *crescas*, ne *excellas*. Verbo etiam utitur *Aquila* Deut. XXX, 9. et Prov. XII, 26. In posteriori loco, ubi legitur: περισσεύων τὸν πλησίον αὐτοῦ δίκαιος, notandum est, ante τὸν πλησίον αὐτοῦ omissum esse παρὰ, quod respondeat τῷ מ, neglecto in versione *Aquilae*, aut, si lectio sana est, nec מ ante רֵעֵהוּ in codice suo invenerit, voci περισσεύειν notionem Hiphilicam tribuendam esse. Voluit hoc sine dubio *Vulgatus*, qui habet: *qui negligit damnum propter amicum, iustus*. – מוֹתַר, *praestantia*. Cohel. III, 19. τί ἐπερίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; quid *praestat* homo bestiae? – מַרְבִּית, *multitudo*. 1 Sam. II, 33. περισσεύων οἴκου σου, qui *superest* in domo tua. – נוֹתַר Niph. a יָתַר. 1 Sam. II, 36. *Al.* 2 Sam. II, 38. ὁ περισσεύων ἐν τῷ οἴκῳ σου, qui *superest* in domo tua. Tob. IV, 22. πᾶν ὃ ἐὰν περισσεύσῃ σοι, omne, quod tibi *superfuerit*. Conf. Matth. XIV, 20. Sir. XI, 13. πτωχείᾳ περισσεύει, *magna inopia laborat*. Sir. XIX, 20. περισσεύων ἐν φρονήσει, *abundans prudentia*. Sir. XXXIII, 34. μὴ περισσεύσῃς ἐν πάσῃ σαρκὶ, ne nimis *severe te geras* erga mancipium tuum, ubi περισσεύειν respondet nostro: *einem zu viel thun*. *Grotius* coniicit, legendum esse περπερεύσῃς, *perperam agas*. 1 Macc. III, 30. ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς πρώτους, *antecellat* regibus prioribus.

ΠΕΡΙΣΣΕΥ'Ω 'ΑΓΑΘΟΙ'Σ, *abundo bonis*. שַׁאֲנַן Pih. a שָׁאַן, *tranquille ago* *Theod.* Ierem. XXX, 10. περισσεύσει πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, *abundabit* omnibus bonis.

ΠΕΡΙΣΣΟ'Σ, *reliquus*, *residuus*, *excellens*, *praestans*, *abundans*. יוֹתֵר. Cohel. II, 15. *ἱνατί ἐσοφισάμην ἐγὼ τὸ περισσόν;* quare sapui *magis quam alii?* Scilicet περισσὸν iungendum h. l. est cum *ἐσοφισάμην*, non vero cum *ἐλάλησα*. Vide et Cohel. VII, 17. XII, 9. *Symm.* Cohel. V, 15. VII, 8. *περισσόν*. Cohel. VII, 1. *τί περισσὸν ἀνθρώπῳ;* quid *prodest* homini? Cohel. XII, 12. *περισσὸν ἐξ αὐτῶν*, quod *reliquum* est. – יֶתֶר. Exod. X, 5. 1 Reg. XIV, 19. 2 Reg. XXIV, 31. Ez. XLVIII, 23. *Aqu.* Gen. XLIX, 3. *περισσὸς ἄρσει καὶ περισσὸς κράτει*, *praestans* dignitate, et *praestans* robore. Sic *περιττοὶ ἐν παιδείᾳ* apud *Zosimum* lib. IV. p. 743. sunt *praestantes in literis.* Vide quoque *Iacobsium* in *Anthol. Gr.* Tom. XI. p. 235. – יַתִּירָא: יַתִּירָה chald. Dan. V, 13. *πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ*, spiritus *excellens* in illo. Vide et Daniel. VI, 3. Dan. VI, 15. *σοφία περισσή*, sapientia *excellens*. Conf. *Raphelii annotatt. ex Herodoto* ad Matth. V, 47. p. 143. – *יֹתֶרֶת, *fibra*. *Inc.* Lev. IX, 10. *Vulg. reticulum.* et ibid. v. 19. In omnibus his locis notionem, quam vulgo יֶתֶר habet, secuti sunt. – מוֹתָר. Prov. XIV, 25. *ἐν παντὶ μεριμνῶντι ἔνεστι περισσόν*. In textu hebr. legitur: *in strenuo labore est lucrum.* – מֵיתָרִים plur. *funes*. Num. IV, 28. – נוֹתַר Niph. a יָתַר. Iud. XXI, 16. sec. cod. *Vat.* 1 Sam. XXX, 9. Ezech. XLVIII, 15. 18. Sirac. III, 25. *τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων μὴ περιεργάζου*, noli curiosius indagare *res, quae ad te non pertinent.* In aliis libris legitur: *ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου*, quod vertunt: *in tanta officiorum tuorum abundantia.* 1 Macc. IX, 22. *περισσά*, *caetera*.

ΠΕΡΙΣΣΟ'ΤΕΡΟΣ, comparat. *excellentior*, *maior*, *amplior*. יַתִּירָה. Dan. IV, 33. *μεγαλωσύνη περισσοτέρα*, magnificentia *excellentior*.

ΠΕΡΙΣΣΟ'ΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *excellentior sum*. הוּתַר Hoph. a יָתַר. Gen. XLIX, 3. *οὐκ ἔσῃ περισσότερος*, non eris *excellentior*.

ΠΕΡΙΣΣΩ͂Σ, *abundanter*, *excellenter*. יֶתֶר. Ies. LVI, 12. Dan. VIII, 9. – עַל יֶתֶר. Psalm. XXX, 31. *ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν*. *Vulg. nam retribuit abundanter facientibus superbiam.* Legisse videtur *ἀνταποδίδωσι περισσῶς τοῖς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν*, quod rectius videtur. – יַתִּירָא: יַתִּירָה chald. Dan. VII, 7. 19. Praeterea legitur Cohel. VII, 17. ubi tam *Symmachus* quam LXX illud *περισσῶς* post *ἀδημονῆσαι* de suo addiderunt. Adde 2 Maccab. VIII, 27.

ΠΕΡΙ'ΣΤΑΣΙΣ, *circumstantia*, *afflictio*, *calamitas*, *necessitas*, it. *atrium*. אֵילִים plur. ex אַיִל, *limina*. *Symm.* Ezech. XL, 16. *περιστάσεις*, *limina*. Ita *Bielius*. Sed loco *περιστάσεις* ibi fortasse legendum est *παραστάσεις*, coll. v. 14. Vide ad h. l. *Montfauconium*, qui in *Lex. Gr.* s. h. v. intelle-

git *ea, quae circa atrium stabant.* – הֵקִים Hiph. a קוּם, *constituo.* Ezech. XXVI, 8. ποιήσει ἐπὶ σὲ χάρακα, καὶ περίστασιν ὅπλων, faciet adversus te vallum, et *circumstantiam* armorum, h. e. armis circumdabit te. Ita *Bielius*, non recte tamen instituta collatione utriusque textus. Certe non vidit, duas hic coaluisse versiones et περίστασιν ὅπλων aeque ac χάρακα pertinere ad סֹלְלָה, *agger.* – מְגוּרָה, *formido*, etiam *obiectum formidinis. Symm.* Psalm. XXXIII, 4. περιστάσεων. LXX ibi habent θλίψεων. Possent tamen per περιστάσεις h. l. etiam intellegi *obsidiones*, h. e. hostes me undique cingentes. – *סוּפָה, *turbo. Aqu. Symm. Theod.* Iob. XXVII, 20. ubi pro hebr. *nocte furatus est eum turbo*, s. *nocturna eum abripit tempestas,* habent: νυκτὸς ἐν περιστάσει μὴ ἐκφύγοι, nocte in *adverso casu* non effugiat. Iam quia his verbis sensus non male expressus est, *Aquilae* certe nomen huic notae hexaplari male praefixum videtur, cui potius sunt tribuenda verba, quae nunc in LXX feruntur. 2 Macc. IV, 16. χαλεπὴ περίστασις, *gravis necessitas* vel *afflictio. Hesych.* περίστασις, θλίψις, ἀνάγκη, μέριμνα. *Sopingius* ad h. l. annotat locum *Polybii* lib. IV. ἀλλ' ἐν περιστάσεσι χρῆσθαι ταῖς ἐπιβολαῖς. Philosophos Stoicos vocem περίστασις ἀντὶ τοῦ συμφορὰ pro *calamitate* adhibuisse, docet *Phrynichus* p. 164. Conf. et *Suicerum* Thes. T. II. p. 682. *Gatakerum* ad *Antoninum* IX, 13. p. 271. ac *Iacobsium in Anthol. Gr.* Tom. XI. p. 9.

ΠΕΡΙΣΤΕ'ΛΛΩ, *operio, contego, obvolvo, ad sepulturam compono.* אָסַף, *colligo.* Ies. LVIII, 8. ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε, gloria Dei *operit* te. – נֶחְפָּז Niph. a חָפַז. *Symm.* 1 Sam. XXIII, 26. περιστελλόμενος, *contractus.* Potius ibi est i. q. κρυπτόμενος. Conf. reliquos Intt. – קָבַץ, *colligo.* Ezech. XXIX, 5. οὐ μὴ περισταλῇς, neutiquam *collegeris.* Tob. XII, 14. ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρὸν, ut abiens *ad sepulturam componeres* mortuum. Vide et Sir. XXXVIII, 17. Eodem sensu verbum apud Graecos alias haud raro usurpatur. *Homerus Od.* ω'. 292. οὐδέ ἑ μήτηρ κλαῦσε περιστείλασα. *Euripides Iphigen. Taur.* v. 627. φεῦ, πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν. *Herodot.* lib. II. c. 90. τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. Conf. quoque quae ex *Alciphrone* observat *Schoettgenius* in *Hist. Crit. Reip. lit.* T. XIII. p. 131. *Gloss. pollingo*, περιστέλλω νεκρόν. *Hesych.* περισταλεὶς, κοσμηθεὶς, ἤτοι ταφείς. Idem: περίστειλον, συγκάλυψον, συνάγαγε. Rursus idem: Περιστέλλει, καλύπτει, συστέλλει, κοσμεῖ, σκέπει, φυλάττει, περιβάλλει. *Suidas*: Περιστεῖλαι, περικαλύψαι. Ὁ δὲ τὸ σῶμα τούτου περιστείλας πέπλοις σηρικοῖς, καὶ τεχνησάμενος σῆμα, ἐν αὐτῷ κατέθετο. Eodem sensu συστέλλειν usurpat Lucas Act. V, 6. Conf. ad h. l. *Grotium*, et *Wolfium* p. 1074.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ', *columba.* גּוֹזָל, *pullus avium. Aqu.* et LXX Gen. XV, 9. Sed *Theodot.* habet *νεοσσὸς περιστερῶν.* – יוֹנָה, nomen. Cant. II, 14. *περιστερά μου, columba mea.* Vide et Cant. V, 3. VI, 8. et conf. ad h. l. *Iac. Hasaei animadvers.* in *Bibl. Brem. Class.* I. p. 304. sequ. ubi inter alia p. 308. ex *Artemidori Oneirocrit.* c. 20. observat, *περιστερὰς* vocari *castas mulieres, quas amamus.* – בֶּן יוֹנָה, *filius columbae. Al.* Lev. I, 15. ubi tamen pro *περιστερῶν* ex ed. *Ald.* legendum videtur *περιστεριδίων.* – *לְכִי לָךְ, *abi tibi.* Cant. II, 10. *περιστερά μου.* Videntur legisse יוֹנָתִי. – Vide alibi *Κόπρος περιστερῶν.*

ΠΕΡΙΣΤΕΡΙ'ΔΙΟΝ, *pullus columbinus.* בֶּן יוֹנָה, *filius columbae.* Lev. I, 14. sec. *Ald.* et *Incertum Interpretem*, ubi tamen reliqui libri *περιστερῶν* habent. Vide ad h. l. *Montf.* in *Add.*

ΠΕΡΙΣΤΕΡΟΕΙΔΗ'Σ, *columbae speciem referens*, aut: *qui columbino genere est.* Vide *πριστηροειδής.*

ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, *circumcingo, coronam facio.* עָטַר, *corono. Reliqui* 1 Sam. XXIII, 26. *περιστεφανοῦντες. Vulgatus* bene: *in modum coronae cingebant*, s. *cinctum eum tenebant.*

ΠΕΡΙΣΤΗ'ΘΙΟΝ, *pectorale indumentum*, q. d. *circumpectus.* Sic vocatur *eximium illud ornamentum pectoris summi pontificis*, *dictum hebr.* חֹשֶׁן. Exod. XXVIII, 4. *Hesych. περιστήθιον, ἱερατικὸν ἔνδυμα. Gloss. in Octat. περιστήθιον, ἔνδυμα τοῦ ἱερέως ἐπὶ τοῦ στήθους.*

ΠΕΡΙΣΤΟΙΧΙ'ΖΟΜΑΙ, *circumcingo, comprehendo, indagine cingo*, metaphorice, *punio.* קָבַץ, *congrego*, etiam *coarcto. Ed. Quint.* Hos. VIII, 10. *ἀλλὰ καὶ ὅταν μισθώσηται ἔθνη, εὐθέως περιστοιχειοῦμαι αὐτούς*, sed etiamsi amicitiam barbarorum muneribus sibi comparaverint, tamen mox *puniam* eos, nempe Israelitas. Pro *περιστοιχειοῦμαι*, quod *Montf.* h. l. edi iussit, reponi debet *περιστοιχιοῦμαι*, ut et legitur in ed. *Rom. Phavorinus: περιστοιχίσαντες, περικυκλώσαντες, περιστάντες, περιλαβόντες.* Conf. *Harpocrationem* et *Suidam* in *περιστοιχίζεται.*

ΠΕΡΙΣΤΟΛΗ', *amictus, ornatus.* Exod. XXXIII, 6. *περιείλοντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸν κόσμον αὐτῶν καὶ τὴν περιστολήν*, deponebant filii Israel ornatum suum et *amictum.* In textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Sirac. XLV, 7. *περιστολῇ* sec. *Alex.*, seu *περιστολὴν* sec. *Compl.*, ubi *Vat. στολὴν* habet. *Hesych. περιστολή, περιβολή, ἔνδυμα. Suidas: περιστολή, περιβολή, ἐπαγωγή.*

ΠΕΡΙΣΤΟ'ΜΙΟΝ, *orificium, orarium, capitium, ora vestimenti, apertura vestimenti, in quam collum inseritur*, alias graece *βρογχωτής.* פֶּה, *os.* Exod. XXVIII, 28. XXXIX, 23. Iob. XXX, 18. ubi *Vulg. capitium* habet. – פִּי רֹאשׁ, *os capitis.* Exod. XXVIII, 28. – פִּימָה, *plicatura.* Iob. XV, 27. ubi quidam a plurali פִּים, *ora*, deducunt. *Vulg. arvina.* Conf.

Outhovium in *Bibl. Brem. Class.* I. p. 72. sequ. Ezech. XXXIX, 11. περιστόμιον φάραγγος, *aperturam vallis.* In textu hebr. hic nihil pro hac voce legitur. *Lex. Vet.* περιστόμιον, *rictus.*

ΠΕΡΙΣΤΡΕ'ΦΩ, *circumverto, in orbem verto, converto, circumago.* סָבַב, *circumeo.* Gen. XXXVII, 6. Num. XXXVI, 9. - שׁוֹבֵב Pih. a שׁוּב, *converti facio.* *Theod.* Ezech. XXXVIII, 4. περιστρέψω, h. e. *circumagam*, ut *Vulgatus* bene transtulit. Conf. *Homer. Il.* τ'. 131.

ΠΕΡΙΣΤΡΟΦΗ', *conversio.* Sirac. L, 5. Ita *Bielius.* Sed in illo loco, ubi legitur ἐδοξάσθη ἐν περιστροφῇ λαοῦ, substantivum περιστροφὴ *confluxum* potius et *turbam populi* notat, ut sensus sit: valde magnificus eras in media turba circum te circumfusa. *Vulgatus: adeptus est gloriam in conversatione gentis.*

ΠΕΡΙΣΤΡΩ'ΜΑΤΑ, *peristromata, aulaea, tapetes*, quibus triclinia, nec non lecti torique circumquaque sterni solent, a περιστρωννύω, *circumquaque sterno*, q. d. *circumstrata.* מַרְבַדִּים plur. *Aqu. Theod.* Prov. VII, 16. περιστρώμασι, et Prov. XXXI, 22. περιστρώμασι. *Drusius* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 1110.: Περιστρώματα *tapetia et aulaea, quibus triclinia vel lecti circumquaque sterni solent. Vtuntur hac voce latini auctores, ut Plautus et alii. Cicero* (II, 67. c. 27.): *Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.* Conf. *Pollucem* lib. X. c. 8. segm. 42.

ΠΕΡΙΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, *circumsterno.* רָבַד, idem. *Aqu. Theod.* Prov. VII, 16. περιέστρωσα.

ΠΕΡΙ'ΣΤΥΛΟΝ, sc. οἴκημα vel χωρίον, *locus columnis cinctus, porticus, peristylium.* אַתִּיק. Ezech. XLII, 3. *Ed. Compl.* ibi habet: αἱ περίστυλοι. - רִצְפָּה, *pavimentum.* Ezech. XL, 18. 19. - תִיכוֹן, *medianum.* Ezech. XLII, 4. Vide et 2 Macc. IV, 46. et 3 Macc. V, 24. Priori loco περίστυλον *pars* erat *regiae domus, in qua rex frigus captabat.* Posteriori autem περίστυλον *Bocharto Hier.* P. I. Lib. II. c. 26. p. 264. non videtur esse pars domus, sed *Alexandriae portio s. platea a columnis, quibus ambiebatur, sic appellata.*

*ΠΕΡΙ'ΣΤΥΛΟΣ, *circumcirca columnatus, columnis cinctus.* Vide s. v. περίστυλον.

ΠΕΡΙΣΥ'ΡΩ, *circumcirca detraho.* חָשַׂף, *denudo.* Gen. XXX, 28. Vide et 2 Macc. VII, 7. 4 Macc. X, 7.

ΠΕΡΙΣΦΙ'ΓΓΩ, *constringo.* צוּר, *arcte constringo, arcto. Symm.* Cant. VIII, 8. περισφίγξωμεν, *constringamus. Hippocr.* de *oss. nat.* p. 278, 8.

ΠΕΡΙΣΦΡΑΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *circumobsignor.* זַרְזִיר, *succinctus, substrictus. Symm.* Prov. XXX, 31. περιεσφραγισμένος τὴν ὀσφύν. *Vir doctus* (sc. *Montfauconius* ad h. l.), sunt

verba *Stephani le Moyne* in *Obss. ad Var. Sacr.* p. 308., *ingeniose suspicatur, esse corrigendam istam vocem, et legendum περιπεφραγμένος, vel περιεσφιγμένος τὴν ὀσφύν. Quasi de equo cataphracto et lumbis cincto, stricto et fibulato verba ibi fierent. Sed etiam, si de equo et equo bonae notae mentionem faciat Agur, non est sollicitanda vox περιεσφραγισμένος: id est sigillatus, notatus, figura quadam designatus, ut indolis melioris, alacrioris et generosioris. Nam solebant equos figuris quibusdam notare, et quasi sigillare. Quod observatum Scaligero:* cuius verba etiam doctiss. *le Moyne* l. c. addit.

ΠΕΡΙΣΧΙ'ΖΩ, circumscindo, lacero, divido. קָרַע, *lacero.* Ies. XXXVI, 22. περιεσχισμένοι τοὺς χιτῶνας, laceratas tunicas habentes. Verbum occurrit etiam Ezech. XLVIII, 1. ubi aliter LXX legisse videntur, ac hodie legitur. Adde *Lucian. Dial. meretr.* p. 975. D.

ΠΕΡΙΣΩ'ΖΩ, servo, salvum facio. חִיָּה, *vivifico. Symm.* Psalm. XL, 2. περισώσει. Idem 2 Sam. VIII, 2. et Psalm. CXXXVII, 7. – נִמְלַט Niph. *evado.* 1 Sam. XXX, 17. ubi cum simplici σώζω in codd. permutatur. *Aqu.* Prov. XI, 21. περισωθήσεται. *Aqu. Symm.* Prov. XIX, 5. – *עָלָה, *ascendo. Inc.* Iud. I, 22. περιεσώθησαν. Vox haec, ut iudicavit *Semlerus*, et post illum *Scharfenbergius*, componenda est cum יָחִירוּ v. 23., ita ut pro ea reponatur περιεκάθισαν, *obsidione cinxerunt*, sive respexerit notionem primam verbi חור, *circumire*, sive forte legerit ויצירו sive ויחנו. Mihi vero videtur vocem hebr. deduxisse a יָתַר, coll. Psalm. LXVIII, 12. ubi הותיר per περιποιῆσαι redditur. *Kreyssigius* legendum coniicit περιεσκόπησαν. Vide quoque 2 Macc. III, 38. sec. *Compl.* et *Strabon. Geogr.* X. p. 695. A.

ΠΕΡΙΤΕΙΧΙ'ΖΩ, circumvallo, muro cingo et circumdo. הֵקִיף Hiph. a נָקַף. *Symm.* Ps. XLVII, 13. περιτειχίσατε. – מִבְצָר, *munitio.* Hos. X, 15. – *סָבַב שֵׁם, *verso nomine.* Num. XXXII, 38. περιτετειχισμένας sec. cod. *Basil.*, quod tamen, ut iubent *Cod. Coisl.* et *Lips. Paul.*, *Symmacho* vindicandum est. Vide ad h. l. *Scharfenbergium,* qui recte monuit, notionem verbi סָבַב latere in praepositione περὶ, et loco שֵׁם legisse שׁוּר. 1 Macc. XIII, 33. περιετείχισε, *circumsepsit praesidiis munimentisque firmissimis.*

ΠΕΡΙΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, circumvallatio, propugnaculum. חֵל contr. ex חַיִל. *Al.* 2 Sam. XX, 15. περιτειχίσματι.

ΠΕΡΙ'ΤΕΙΧΟΣ, circummurale, propugnaculum. דָּיֵק. 2 Reg. XXIV, 21. Vulg. *munitiones. Al.* Ierem. LII, 2. – חֵל contr. pro חַיִל. Ies. XXVI, 1. – חָרוּץ, *fossa.* Dan. IX, 25.

ΠΕΡΙΤΕ'ΜΝΩ, circumcido. הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio.* Ierem. IV, 4. περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν: ubi περιτέμνειν est i. q. ἀφαιρεῖσθαι apud *Symmachum.* Alii

libri habent περιίλεσθε. Vide ad h. l. *Spohnium.* - הִתְגַּדֵּד Hithp. a גָּדַד. *Aqu.* Deut. XIV, 1. περιτεμεῖσθε. - כָּרַת: הִכְרִית, Kal et Hiph. Exod. IV, 25. Ezech. XVI, 4. - מוּל. Gen. XVII, 10. 11. Exod. XII, 44. Lev. II, 3. et alibi saepius. *Hebr. et Syr. Int.* Gen. XVII, 14.

ΠΕΡΙΤΙ'ΘΗΜΙ, circumpono, impono, induo, orno, imputo, vindico. הוֹרִישׁ Hiph. a יָרַשׁ, *haereditare facio.* Iob. XIII, 26. περιέθηκας δέ μοι νεότητος ἁμαρτίας, *imputasti* autem mihi peccata iuventutis. - הִלְבִּישׁ Hiph. *vestio.* Gen. XXVII, 16. - הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Num. XXVII, 7. 8. περιθήσετε τὸν κλῆρον αὐτοῦ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, *vindicabitis* haereditatem eius filiae ipsius. - הִרְעִישׁ Hiph. *commoveo.* Iob. XXXIX, 20. περιέθηκας αὐτῷ πανοπλίαν, *induisti* autem illi gravem armaturam. Sed verba haec continent glossema ad verba ultima versus praecedentis הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה, quod locum verae interpretationis occupavit. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Exod. XXXIV, 35. - הִשְׁקִיעַ Hiph. *demergo.* Iob. XL, 20. Acceperunt vocem hebr. in notione *ligandi* ex notione radicis arab. سقع. - חָבַשׁ, *alligo.* Exod. XXIX, 9. Levit. VIII, 13. - חָגַר, *accingo. Al.* Psalm. XLIV, 4. περίθου. - כִּהֵן Pih. *sacerdotem ago.* Ies. LXI, 10. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν, ut sponsae imposuit mihi mitram: ubi π. notat *ornatus causa imponere ac circumdare.* Sic et hebr. vox h. l. notat *sacerdotem agere ornatu.* - כָּלִיל, *perfectus.* Ez. XXVII, 3. περιέθηκα ἐμαυτῇ κάλλος μου. Videntur legisse כִּלַּלְתִּי per literarum metathesin. Conf. versum sequentem. - כָּלַל, *perficio.* Ezech. XXVII, 4. περιέθηκέ σοι κάλλος. - כָּסָה, *tego. Al.* Ion. III, 8. περιέθεντο. - נָשָׂא et עָנַד, *fero, alligo,* iunctim. Iob. XXXI, 36. ἐπ' ὤμους ἂν περιθέμενος στέφανον ἀνεγίνωσκον, humeris *imponens* coronam legebam. Eodem sensu apud *Aristoph. Ecclesiaz.* v. 131. verbum legitur. Quorsum respiciens *Suidas:* περίθου, ὅπερ ἡμῖν σύνηθες ἐπίθου λέγειν. Ἀριστοφάνης· περίθου νῦν τόνδε πρότερον, πρὶν λέγειν. ἤγουν στέφανον. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς λέγουσι στεφανοῦσθαι πρῶτον. Conf. et quae ex *Polybio* ad Marc. XV, 17. notat *Raphelius* p. 153. - נָתַן, *do.* Gen. XLI, 42. Esth. I, 20. καὶ οὕτω πᾶσαι αἱ γυναῖκες περιθήσουσι τιμὴν τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτῶν, et sic omnes mulieres *honorem deferent* maritis suis. Conf. τιμὴν περιτίθημι. *Thucyd.* VI. c. 89. δύναμιν et ἀτιμίαν περιθεῖναι. Ib. IV, 87. Iob. XXXIX, 19. Ezech. XVI, 11. - עָדָה, *orno.* Hos. II, 13. - עֹשֶׁר, *divitiae.* Esth. V, 11. περιτιθέναι δόξαν, *gloria ornare.* Forsan hic legerunt עָשָׂה. - צָנַף, *circumvolvo.* Lev. XVI, 4. - קָשַׁר, *alligo.* Ies. XLIX, 18. περιθήσεις αὐτοὺς, ὡς κόσμον νύμφη, *indues* illos, tanquam ornatum sponsa. - רָקַע, *expando.* Num. XVI, 40. - שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono.* Gen. XXIV, 47. Ruth. III, 3. Ierem. XIII, 1.

Symm. Iob. XXIV, 15. Idem Cant. VIII, 6. - שׂוּם סָבִיב, *pono circum.* Exod. XL, 8. - Vide alibi *θάρσος, τιμὴ,* et *φραγμός.*

ΠΕΡΙΤΟΜΗ', *circumcisio.* הִמּוֹל infin. Niph. a מוּל, *circumcidendo.* Genes. XVII, 12. - הֲמֻלָּה, *strepitus.* Ierem. XI, 16. Hic legerunt מוּלָה cum ה praefixo. - מוּלֹת. Exod. IV, 26.

ΠΕΡΙΤΡΑΧΗ'ΛΙΑ, *ornamenta collum cingentia, torques.* חֶלְיָה, *ornatus, monile.* *Symm.* Hos. II, 13. - עֲנָק, *torques, collare.* *Aqu.* Prov. I, 9. - פָּתִיל, *filum contortum.* *Symm.* Gen. XXXVIII, 25. sec. cod. *Coislin.* Haec si vere est *Symmachi*, ex altera eius versione ducta sit necesse est: nam v. 18. per *στρεπτὸν ἐγχειρίδιον* eandem vocem expressit. *Scharfenbergius* ad h. l. suspicatur, esse *περιτραχήλιον* glossema spectans versionem LXX Intt. *ὁρμίσκος*, quo illum ducunt glossae *Suidae: ὁρμίσκος, περιτραχήλιος κόσμος,* et *Hesychii: ὁρμίσκοι, περιτραχήλιοι κόσμοι γυναικεῖοι.*

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΠΩ, *circumverto, circumago, subverto,* et *περιτρέπομαι, titubo.* הֵסִיר Hiph. a סוּר, *averto.* *Symm.* Iob. XII, 20. *περιτρέπων.* Ib. XXXIV, 5. - הִתְגָּעֵשׁ Hitph. *commoveor.* *Symm.* Psalm. XVII, 18. *περιετράπησαν.* - הִתְפַּלֵּץ Hithp. *tremo.* *Reliqui* Iob. IX, 6. *περιτραπήσονται.* - מוֹט, *moveor.* *Symm.* Psalm. IX, 23. *περιτραπήσονται,* et Ps. CIII, 6. *περιετράπησαν.* Adde *Symm.* Psalm. XLV, 7. LXXXI, 5. et CXX, 3. - מָעַד, *vacillo.* *Symm.* Ps XXV, 1. *περιτραπήσομαι, titubabo.* *Lex. vet. περιτρέπομαι, titubo.* - *נָטָה, Hiph. הִטָּה, *inclino, declino,* active, et neutraliter *everto* *Symm.* Iob. XXIV, 4. *περιέτρεψαν γὰρ πενήτων ὁδὸν, subvertunt* enim pauperum viam, ut quoque *Vulgatus* transtulit. Versio haec aeque ambigua est ac textus hebraicus. Quod enim ad hunc attinet (ubi legitur: *divertere facient egentes de via*), alii sensum verborum ita constituunt: impediunt inopes in negotiis, in quo est summa iniuria. Aliis vero sisti videntur pauperes tanquam debitores, qui urgentur aut vexantur a creditoribus potentioribus, ut res suas non possint curare, sed sese abscondere cogantur. Alii aliter. Similiter verba *Symmachi* non uno modo acceperunt interpretes. Quid si *ὁδὸς* esset h. l. *causa iusta*, s. *via ad iudicem,* hoc sensu: *impediunt pauperes, quominus ius suum consequi ac in foro vincere possint,* s. *efficiunt, ut causa sua cadant.* Conf. *Lex. N. T.* s. v. *ὁδός.* LXX habent: *ἐξ ὁδοῦ δικαίας.* Potest quoque verti: *lubricam fecerunt pauperum viam,* quod ad pericula et infelicitatem in universum transferri posset. Sap. V, 24. *περιτρέψει θρόνους δικαστῶν, subvertet* thronos iudicum.

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΧΩ, *circumcurro, discurro.* שׁוֹטֵט Pih. a שׁוּט. Ier. V, 1. Amos VIII, 12. *περιδραμοῦνται.*

ΠΕΡΙΦΑΝΗ'Σ, *illustris, nobilis, insignis.* 4 Macc. VII, 25. *περιφανὴς ὁ τύραννος,* ubi sensu malo adhibetur.

*ΠΕΡΙΦΑΝΩ͂Σ. Adv. *aperte.* 4 Maccab. VII, 25. ἐνικήθη περιφανῶς, *plane* victus est. Quae lectio mihi praeferenda videtur.

*ΠΕΡΙΦΑΝΤΙ΄ΖΩ. כִּפֵּר, *expio.* *Inc.* Ezech. XLIII, 20. περιφαντιεῖς. Sed est lectio aperte vitiosa, ac reponendum περιῤῥαντιεῖς, pro quo in cod. *Alex.* περιραντιεῖς, et in *Ald.* περιῤῥαντιεῖς legitur.

ΠΕΡΙΦΕ΄ΡΕΙΑ, *circumlatio*, *circumferentia*, *rotunditas*, *rotunda forma*, it. *hallucinatio*, *error.* הוֹלֵלָה, *insania.* Cohel. IX, 3. περιφέρεια ἐν καρδίᾳ αὐτῶν, *error* in corde eorum: ubi περιφέρεια est pro παραφορά. *Aqu.* πλάνη. — הוֹלֵלוֹת, idem. Cohel. X, 13. *Gloss. MS. in Eccles.* περιφέρεια (MS. vitiose περιφέρια), πλάνη. *Hesych.* περιφέρεια, διαστροφὴ, κύκλος.

ΠΕΡΙΦΕΡΗ΄Σ, *rotundus*, *vertibilis.* גֻּלָּה, *lecythus. Symm.* Cohel. XII, 6. περιφερές. Copiose de h. v. disputavit *Desvoeux* in comment. ad h. l. qui *trochleam* intellegit. 2 Macc. XIII, 5. ὄργανον περιφερές, instrumentum *rotundum. Hesych.* περιφερὲς, στρογγύλον.

ΠΕΡΙΦΕ΄ΡΩ, *circumfero*, *circumago*, *conturbo*, et περιφέρομαι, *circumagor*, *erro.* בּוֹא, *venio.* Prov. X, 25. ἐν ἀπωλείᾳ ἀσεβὴς περιφέρεται, ad interitum impius *circumagitur.* Conf. *Elsnerum* ad Ephes. V, 14. p. 214. et *Wolfium* ad eundem l. p. 99. *Hesych.* περιφέρεται, πλανᾶται. — הוֹלֵל Pih. ab הָלַל, *insanum reddo.* Cohel. VII, 8. ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφὸν, calumnia circumagit vel conturbat sapientem: ubi loco περιφέρει nonnulli iudicarunt reponendum esse παραφέρει, quia παραφορὰ est *insania*, *quae hominem transfert s. movet de bona mente.* De qua coniectura quid statuendum sit, vide infra s. v. περιφορά. 2 Macc. VII, 27. τήν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε, quae in utero te *circumtuli.*

*ΠΕΡΙΦΛΕΓΗ΄Σ, *ardens.* 3 Macc. III, 29. *Breit.*

*ΠΕΡΙΦΛΕΥΣΜΟ΄Σ, *adustio*, *ardor*, a περιφλεύω, *aduro*, quod apud *Herodot.* V. p. 313, 6. f. occurrit. חַרְחֻר, *febris ardens* vel *acuta.* *Aqu.* Deut. XXVIII, 22. περιφλευσμῷ, i. q. περιφλογισμῷ, quo *Symmachus* et *Theodotion* h. l. usi sunt.

ΠΕΡΙΦΛΟΓΙΣΜΟ΄Σ, *circumadustio*, *adustio*, *ardor.* חַרְחֻר, *febris ardens vel acuta. Symm. Theod.* Deut. XXVIII, 22.

ΠΕΡΙΦΟΡΑ΄, *circumlatio*, *circumactio*, metaphorice: *hallucinatio*, *error.* הוֹלֵלָה. Cohel. II, 12. τοῦ ἰδεῖν σοφίαν καὶ περιφορὰν, *ut viderem sapientiam et errorem. Schol.* ibi παραφορὰν, quae est lectio cod. *Vat.* Vide et Cohel. VII, 26. ac conf. *Drusium* Ep. 32. — *הוֹלֵלוֹת plur. foem. *insaniae.* Cohel. I, 17. ubi LXX, h. e. *Theodotion*, teste *Hieronymo in Comment. ad h. l.*, non παραβολὰς scripserunt, sed περιφορὰς,

vel *παραφορᾶς*. Conf. *Opusc. Crit.* p. 519. - מְהוֹלָל part. Pyh. *insanus*. Cohel. II, 2. *Gloss. MS. in Eccles.* περιφορὰν, φοράν. *Hesych.* περιφορᾶς, περισπασμοῦ, πλάνης.

**ΠΕΡΙΦΟΡΕΙΑ*, *circumlatio*, *circumactio*, *circumvectio*, i. q. περιφορά. סֹחֵרָה, *aspis*, s. *clypeus rotundior*, *totum corpus ambiens*. *Aqu.* Ps. XCI, 4. Sc. radix סָחַר in origine habet notionem *circumdandi* et *ambiendi*. (Vide tamen, an scribendum sit περιφέρεια, i. q. κύκλος, teste *Hesychio*. סָחַר enim proprie i. q. סָבַב. Et *Aquilam* hoc spectasse nullus dubito. *K.*)

ΠΕΡΙΦΡΑΓΜΑ, *circumseptio*, *circumvallatio*, item: *septum*, *quo aliquid circumdatur*. חָנָה, *castra metor*. *Theod.* Ies. XXIX, 1. - קִיר, *paries*. *Symm.* Ez. XLVI, 23. - מָצוֹר, *munitio*. *Inc.* Mich. VII, 12. - סֻכָּה, *latibulum*. *Inc.* Ps. IX, 9. ubi περιφράγματα notat *loca occulta*, *quae ramis arborum ac fruteti contexta sunt*, *speluncas*, *e quibus leo insidiatur*.

ΠΕΡΙΦΡΑΚΤΙΣΜΑ, *idem*. גֹּדֵר part. *sepiens*. *Aqu.* Ies. LVIII, 12. περιφρακτισμα χολῆς, quod *Hieronymus* secundum sensum interpretans reddit: *qui se opponit Dei iracundiae saevienti*. Vid. *Drusius* ad h. l. Legit גֶּדֶר. Vide s. περίφραξις.

**ΠΕΡΙΦΡΑΚΤΟΣ*, *circumseptus*, *circummunitus*. מִבְצָר, *munitio*. *Symm.* Ierem. VI, 27. περίφρακτον sec. ed. *Rom.*

**ΠΕΡΙΦΡΑΞΙΣ*, i. q. περίφραγμα, *septum*, *quo quid circumdatur*, *sepes*, *murus*, *vallum* etc. גֹּדֵר part. *sepiens*. *Aqu.* Ies. LVIII, 12. e coniectura *Bahrdtii*.

ΠΕΡΙΦΡΑΤΤΩ, *circumsepio*, *circumvallo*, *custodio*. גָּדַר, idem. *Symm.* Ezech. XIII, 14. περιεφράξατε. *Hesych* περιέφραξαν, ἐσκέπασαν, ἐφύλαξαν. - מִבְצָר, *munitio*. *Symm.* Ps. CVII, 11. πόλιν περιπεφραγμένην, urbem *munitam*. - מָצוֹר, *munitio*. *Symm.* Ps. XXX, 22. LIX, 10. - נָצַר, *custodio*. *Symm.* Ps. LX, 8. Ps. LXIII, 2. περιφράξεις. Idem Ps. XXXIX, 12. περιφρασσέτω με, *circummuniat me*, tanquam custodis latera mea tegentis munere fungens, ac quo quodammodo satellitio stipans. - סוֹד, *arcanum*, *consilium*. *Symm.* Iob. XXIX, 4. Legit בְּסוֹךְ, *cum tegeret* Deus s. *obtegeret* tentorium meum, coll. I, 2. Sic quoque *Syrus*. Confer supra s. ἐπισκοπή. - *צוּר, *rupes*. *Symm.* Ps. XCI, 16. ὁ περιφράσσων με. Vide supra ad Ps. XXXIX, 12. - שָׂכַךְ, *obtego*. Iob. I, 10. περιέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ καὶ τὰ ἔξω, *circumvallasti* interiora eius et exteriora. Sir. XXVIII, 27. περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις, *circumsepi* possessionem tuam spinis. *Hippocr. de aëre*, *locis* etc. p. 290, 3.

ΠΕΡΙΦΡΟΝΕΩ, *circumquaque mentem verto*, *perpendo*, *scrutor*, *investigo*. Sap. I, 1. περιφρονήσατε τοῦ Κυρίου ἐν ἀγαθότητι, καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε αὐτόν, *investigate* Dominum in bonitate, et in simplicitate cordis *quaerite*

illum. Alias apud *Aristophanem* etiam *περιφρονεῖν investigare* significat, ubi tamen cum casu quarto construitur. *Suidas: περιφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν. Ἀριστοφάνης δέ· Περιφρόνει τὰ πράγματα, ἀντὶ τοῦ ἐρεύνα, ἀναζήτει.* In notione *contemnendi* legitur 4 Macc. VI, 8.

ΠΕΡΙΦΡΥ'ΣΣΩ, circumtorreo. שָׁזַף, *adspicio. Theod.* Cant. I, 5. *περιέφρυξεν.* Sermo ibi est de radiis solis decolorantibus et adurentibus.

**ΠΕΡΙ'ΦΡΩΝ, valde prudens et sapiens* (nam *περὶ* auget notionem. *Homer. Iliad. ἑ.* 412.), it. *contemtor.* 4 Macc. VIII, 27. *περίφρονες τῶν παθῶν,* dolores *parvi pendebant. Photius Lex. περίφρων, περισσόφρων. Hesych. περίφρων, σωφρονέστατος, ἢ περισσῶς φρονῶν, συνετώτατος. Suidas: περιφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν.*

ΠΕΡΙΦΥ'ΟΜΑΙ, circumnascor, adnascor, adhaereo. נֶעֱלָסָה part. Niph. foem. ab עָלַס, *exultabunda. Symm.* Iob. XXXIX, 13. *περιφύεται. Cappello in Crit. S.* p. 822. legisse videtur נֶעֱלָה, omisso *Samech*, ut alae aut plumae in avibus dicantur *ascendere*, cum *φύονται*, h. e. *nascuntur.* Dubitat tamen de hac coniectura *Scharfenbergius*, qui *περιφύεται* explicat *complectitur. Aqu. συναναπλέκει.* Sed totus locus mihi adhuc magna obscuritate laborare videtur.

**ΠΕΡΙΦΥΤΕΥ'Ω, obsero, consero, circa planto.* 4 Macc. II, 21. *περιεφύτευσε, insevit.* Sed mallem ibi *περιεφύτευσε* cum *λόγῳ* construere.

**ΠΕΡΙΧΑΛΑ'Ω, dissolvo, relaxo.* 4 Macc. VII, 13. *περικεχαλασμένων τῶν σαρκῶν, victa carne.*

ΠΕΡΙΧΑΛΚΟ'Ω, aere obduco. צִפָּה Pih. *obtego.* Exod. XXVII, 6. XXXVIII, 6. Vtrobique autem in textu hebr. sequitur נְחֹשֶׁת, *aes.*

ΠΕΡΙΧΑΡΑΚΟ'Ω, circumvallo, aggere et vallo cingo. חָנָה, *castra metor.* Ier. LII, 2. – סַלְסֵל, *extollo.* Prov. IV, 8. *περιχαράκωσον αὐτήν.* Admodum alienam esse hanc versionem ab h. l., iudicat *Iaegerus* ad h. l., cum nec de obsessione et oppugnatione, nec de munitione ac defensione sermo esse possit. Mavult itaque reddere: *sapientiam tanquam aggerem tibi circumfunde*, ut *σεαυτῷ* post *αὐτὴν* omissum sit, h. e. sit tibi sapientia munimentum certissimum. Proprie scribere debuissent *περιχαράκωσαί σοι.*

ΠΕΡΙΧΑΡΑ'ΣΣΩ, circumscribo. הִתְחַקָּה Hithp. *imprimor. Hebr. Int.* Iob. XIII, 27. *περιχαράττεις, circumscribis,* h. e. *diligenter consideras ac observas:* quae interpretatio bene convenit hebr. חָקַר, *investigare, perscrutari, explorare.* Veteres interpretes hebr. vertunt: *imprimetur,* sc. *compes.* Quae versio si admittatur, Hebraeus interpres fortasse scripsit *περιχαράσσει, circumscribit,* sc. pedes meos, quod bene convenit *compedibus.* Sed receptam ectionem tuetur *Vulga-*

tus, qui *Symmachi* verba sic expressit: *et vestigia pedum meorum considerasti.* Adde *Schol. Aristoph. Thesm.* v. 788.

ΠΕΡΙΧΑΡΗ'Σ, proprie: *circumquaque laetus*, h. e. *supra modum laetus*, *nimio gaudio elatus*, a περιχαίρω, *supra modum laetor.* שָׂמֵחַ אֱלֵי גִיל, *laetus ad exultationem usque.* Iob. III, 22. Adde 3 Macc. V, 44. Conf. loca ex *Isocrate*, *Aristotele*, *Plutarcho* allata *C. H. Langio Obss. SS.* p. 256. *Hesych.* περιχαρὴς, χαιρόμενος.

ΠΕΡΙΧΑΡΗ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *summopere laetor.* נָטַף, *stillo*, *destillo.* Iob. XXIX, 22. περιχαρεῖς ἐγίνοντο, ὁπότ' ἂν αὐτοῖς ἐλάλουν. Ita nempe putarunt quoad sensum explicanda esse, quae in hebr. de *stillante* aut de *fluente oratione* dicta sunt.

ΠΕΡΙΧΕ'Ω, *circumfundo.* זָרַק, *spargo.* 1 Paral. XXIX, 22.

ΠΕΡΙ'ΧΡΥΣΟΣ, *deauratus*, *inauratus*, *auro obductus.* *זָהָב, *aurum.* Esth. I, 6. sec. *Vet. Arund.* Adde *Ep. Ierem.* v. 6. et 34. *Athen.* XII, 538. D.

ΠΕΡΙΧΡΥΣΟ'Ω, *deauro*, *auro obduco et quasi circumvestio.* אֲפֻדַּת זָהָב, *amictus auri.* Ies. XXX, 21. - צִפָּה זָהָב Pih. *oblego auro.* 1 Reg. X, 18. - רָקַע, *expando.* Ies. XL, 19. In textu hebr. legitur רָקַע בַּזָּהָב, *expando in auro. Herodot.* IV. p. 242, 21.

ΠΕΡΙΧΥ'Ω, *circumfundo*, *offundo.* אָפַף, *circumdo.* Ion. II, 6. περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου. - יָצוּק, *fusum. Symm.* Iob. XLI, 15. περικεχυμέναι. Iudith. XIII, 3. ἦν γὰρ περικεχυμένος αὐτῷ ὁ οἶνος, erat enim illi circumfusum vinum, h. e. vino plane obrutus erat. 2 Macc. III, 17. περιεκέχυτο γὰρ περὶ τὸν ἄνδρα δέος, circumfusa enim erat circa virum formido. Ib. v. 27. πολλῷ σκότει περιχυθέντα, multa caligine circumfusum. Conf. *Homer. Iliad.* ε. v. 776. περὶ δ' ἠέρ' ἔχευεν.

**ΠΕΡΙΧΩΡΙ'ΟΝ.* שַׁבְּלוּל, *limax*, *cochlea. Symm.* sec. *Eusebium* Ps. LVIII, 9. ὡς περιχωρίον διαλυθέν. *Drusius* legit ὡσπερεὶ χορίον. Vide infra s. v. χορίον. Sed *secundinae mulieris parturientis* commode quoque περιχόριον vel περιχορίον, etiam περίχωρον dici possunt.

ΠΕΡΙ'ΧΩΡΟΣ, *circumiacens*, et ἡ περίχωρος, sc. γῆ vel χώρα, et τὸ περίχωρον, sc. χωρίον, *circumiacens regio.* חֶבֶל, *funiculus.* Deut. III, 4. 13. 14. - כִּכָּר, *planities.* Gen. XIX, 25. (ubi περίχωρον in περίοικον mutandum est auctoritate *Iustini M. Dial. c. Tryph. Iud.* p. 152. et 154., ut quoque legitur in *Ald.* et *Alex.* Significatione quidem hae voces non differunt, negari tamen nequit, περίοικον rarius hoc sensu occurrere.) 28. τῆς γῆς τῆς περιχώρου, regionis circumiacentis. 2 Par. IV, 17. Nehem. XII, 28. - כִּכַּר בִּקְעָה, *planities convallis.* Deut. XXXIV, 3. - מִגְרָשׁ, *suburbium.* 1 Par. V, 16. - מִסְכְּנוֹת עָרִים, *promptuaria urbium.* 2 Par. XVI, 4. - *מִקְנֶה;

zelare faciens. Inc. Ezech. VIII, 3. περιχόρου. Num legendum περιχώρου? aut, quod mallem, περιχόλου? – פֶּלֶךְ, *tractus.* Nehem. III, 9. 12. 14. – שְׁאָר מְדִינוֹת, *residuum provinciarum*, h. e. *reliquae provinciae.* Esth. IX, 12.

ΠΕΡΙ'ΨΗΜΑ, sordes, ramentum, retrimentum, scobs, it. *lustramentum, piacularis victima.* עָצָב, *simulacrum. Symm.* Ier. XXII, 28. μὴ περίψημα φαῦλον καὶ ἀπόβλητον ὁ ἄνθρωπος; nonne retrimentum vile et reiectamentum homo ille? Ita interpretatus est ex Arabismo, nam *quisquiliae* Arabibus خضاب dicuntur. Tob. V, 24. ἀργύριον περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο, argentum fiat quasi *piaculum* filii nostri, h. e. *pro vita et salute filii nostri reiectum et neglectum sit.* Paulo aliter *Steph. le Moyne Obss, ad Varia Sacra* p. 582. *Phavorinus:* περίψημα, τὸ ἀποῤῥιπτόμενον σκύβαλον, ὡς περιπτόν. *Mich. Apostolius Cent.* XVI, 3. λέγεται καὶ περίψημα τὸ καταπάτημα πάντων ὑπὸ τὰ ἴχνη, ἢ ἔμπαιγμα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* περίψημα (MS. male περίψειμα), κατάμαγμα, ἀντίψυχον, ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. *Hesych.* περίψημα, περικατάμαγμα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα (leg. e *Lex. Cyrilli MS.* ἀντίλυτρον, ἀντίψυχον), ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. *Gloss. in N. T. ab Albertio* editum: περίψημα ὑπὸ τὰ ἴχνη πατούμενον. *Etymologicum ineditum:* Περίψημα, καταπάτημα, ὑπὸ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν. *Suidas:* περίψημα, κάταγμα (lege κατάμαγμα), ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη. ἀπολύτρωσις. οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν· περίψημα ἡμῶν γένου, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις. καὶ οὕτως ἐνέβαλλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτιννύντες. Vox derivatur a verbo περιψάω, quod notat *circumquaque abstergo, defrico*, vel *detergo*, atque adeo primo significat *id quod derasione vel detersione detrahitur* s. *deducitur*, vel *sordes et purgamenta, defricando, deradendo vel detergendo detracta.* Unde in *Gloss.* etiam exponitur *scobs.* Metaphorice autem sumitur pro *re* vel *homine vili et abiecto*, qui ab omnibus spernitur, et quia homines abiecti, qui ab omnibus pro nihilo habebantur, aliorum loco mactabantur, ad mala ab aliis quasi περιψᾶν, *abstergenda et avertenda*, hinc tales homines, qui piaculi loco erant, περιψήματα etiam sunt dicti. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.*

**ΠΕΡΙΨΗ'ΧΩ*, proprie *strigili utor*, et maxime de equis adhibetur, sed deinde ex adiuncto, teste *Camerario*, ad *increpationes* et *castigationes hominum* transfertur, uti in l. vernacula *strigilis* vocabulo ad *vehementiores increpationes* indicandas uti solemus. Sirac. XXX, 7. περιψήχων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ, qui *durius* interdum *tractat* filium, obligabit vulnera eius, h. e. *medelam ei afferet*, seu: *sanabit eum.* Ita ed. *Compl.* habet, ac ob seriem o ationis necessario legendum est, non autem cum cod. *Vat., Syro* et

Arabe 'περιψύχων, nec cum *Ed. Ald.* et *Vulg.* divisim περὶ ψυχῶν.

*ΠΕΡΙΨΥΧΟΣ. יְחִיד. Iud. XI, 34. sec. cod. *Oxon. Hesychius:* περιψύκτης (sive potius, ut legendum censeo, περίψυχος), περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. *Inc.* ibi pro יְחִידָה habet ποθητή. (Περίψυχος vocabulum nihili. Nam apud *Eratosth.* 2. in *Brunckii Anal.* I. p. 477. pro περίψυχος scribendum περίψυχρος. Illud typographi neglegentiae tribuendum videtur. Quamobrem Iud. l. l. περίψυκτος legerim ex *Hesychii* glossa eodem modo emendanda. *K.*)

ΠΕΡΙΨΥΧΩ, *amore complector, valde amo.* Sir. XXX, 7. περιψύχων υἱὸν, *qui amore complectitur filium*, aut *refocillans, refrigerans filium suum.* Sic enim legitur in Cod. *Vat.* et *Alex.*, sed ex meo sensu vitiose: nam lectionem περιψήχων postulat omnis orationis series. Sermo enim est in omni priori capitis parte de *dura et severa educatione liberis adhibenda.* Caeterum voce περιψύχω utitur etiam *Alciphron* lib. I. Ep. 39. p. 186. ubi Megara ad Bacchidem: Σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες: tu vero nobis sola Adonin *amore complexa es.* Ibid. in fin. τὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις, Adonin, quem nunc *amore complecteris.* Inde ortum fortasse duxit περιψύκτης, qui iuxta *Hesychium* est περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Conf. *Bergleri not. ad Alciphr.* lib. III. Ep. 59. T. II. p. 181.

ΠΕΡΚΑΖΩ, *nigresco, nigris distingui maculis incipio, maturesco*, et speciatim adhibetur de uvis, quando colorem mutant et maturescere incipiunt. דֹּרֵךְ part. *calcans.* Amos. IX, 13. περκάσει σταφυλὴ, maturescet uva. Legerunt דָּרַךְ, *processit*, quod commode ad *maturitatem* transferri potest. Certe arab. درك inter alia notat: *ad maturitatem pervenit fructus.* – בָּחַל, *fastidio, nauseo. Aquila* Zach. XI, 8. ἐπέρκασεν, *maturuit.* Ex significatione radicis *Chald.* s. *Talmud.* בחל, *maturescere coepit*, unde בֹּחַל, *res quaevis nondum plane matura*, unde quoque *Symmachus* h. l. ἀκμάζειν posuit. Vide et Sir. LI, 20. [*Hesych.* περκάζει, μελανίζει, ποικίλλει, ἢ πεπαίνεται. *Zonaras Lex.* 1543. περκάζει, ὡριμάζει, ubi vid. *Tittmannus.*

ΠΕΡΚΝΟΣ, *niger, nigris distinctus maculis, varius.* טָלוּא, *versicolor, maculosus.* Gen. XXX, 32. *Breit.* Sed vide s. v. πέρκος. *Photius:* περκνὸς, μέλας. Adde *Etymol. Gudianum* 462, 52.

ΠΕΡΚΟΣ, *nigris maculis variegatus.* טָלוּא, *versicolor, maculosus. Inc.* Gen. XXX, 32. [Sed potest quoque haec vox ad sequens חוּם referri. Vide ad h. l. *Montfauconium.*

ΠΕΡΟΝΗ, *fibula, paxillus s. clavus ligneus*, a πείρω, *transadigo*, quia per foramen transadigitur. מוֹקֵשׁ, *laqueus.*

Symm. Iob. XL, 20. - קְרָסִים, *uncini.* *Symm.* Exod. XXXV, 11. *Suidas: περόνη, πόρπη.*

*ΠΕΡΣΗΣ, *Persa.* מָדַי, *Medus.* Ierem. XXV, 25. Nempe Persae et Medi sunt vicini.

ΠΕΣΣΩ, *pinso, coquo panes,* idem quod πέπτω, unde etiam deducitur. אָפָה, idem. *Aqu.* Gen. XL, 1. ὁ πέσσων, *magister cocorum,* qui v. 2. dicitur שַׂר הָאוֹפִים. 'Cocos autem et pistores quondam eosdem homines fuisse, *Festi* auctoritate constat. *Versio Quinta* Hos. VII, 4. *Aqu.* Hos. VII, 6. (ubi *Waltonus* vitiose πεσών excudi iussit). Adde LXX Exod. XVI, 23. 1 Sam. VIII, 13. Ierem. XXXVII, 20. *Gloss. in Octat.* πέσσει, πέττει, ἀρτοποιεῖ ὀπτά. Distingue et scribe ita: ἀρτοποιεῖ, ὀπτᾷ.

*ΕΝ ΣΠΟΔΙΑΙ ΠΕΣΣΟΜΕΝΟΣ ΑΡΤΟΣ, *panis subcinericius.* עֻגָה, *placenta cocta, panis subcinericius. Ed. Quinta* Hos. VII, 8.

ΠΕΤΑΖΩ, ΠΕΤΑΩ et ΠΕΤΑΝΝΥΜΙ, *expando, extendo.* פָּרַח, *effloreo.* *Aqu.* Exod. IX, 9. πεταζόμεναι, ubi vulgo vertitur *volaticae*, quasi esset πετόμεναι: sed melius *expansae.* - *רָפַף, *palpito, motito alas.* Iob. XXVI, 11. ἐπετάσθησαν, *expansae sunt.* Sermo ibi est de montibus, qui ex poetica loquendi ratione *columnae coeli* (Nah. I, 5.) dicuntur. Iam quando hi concutiuntur, aut, uti *Vulgatus* expressit, *contremiscunt*, nempe commotione terrae, tunc disrumpuntur, et magni in illis hiatus efficiuntur, ut satis notum est, quod bene a LXX exprimi poterat ἐπετάσθησαν. Ed. *Ald.* habet διεπετάσθησαν. - פָּרַשׂ, *expando. Theod.* Iob. XI, 13. ἐπέτασας. Fortasse scripsit ἐξεπέτασας.

ΠΕΤΑΛΟΝ, *folium*, proprie *quod est in amplitudinem expansum* (*Hom. Iliad.* β'. 312.), it. *lamina folii specie* vel *tenuis instar folii, bractea.* נֵזֶר, *corona.* Exod. XXIX, 6. - פַּח. Exod. XXXIX, 3. ubi *laquei auri* sunt *bracteae aureae.* - צִיץ, *bractea, lamina splendens.* Exod. XXVIII, 32. XXXIX, 30. Levit. VIII, 9. πέταλον χρυσοῦν, laminam auream. Sic et per πέταλον χρυσοῦν, quod ex Dianae corona ceciderat iuxta *Aelianum V. H.* lib. V. c. 16., *Perizonius* intelligit *folium aureum*, s. *laminam folii specie.* Conf. et *Braunium* de *vestitu sacerd. hebr.* lib. II. c. 22. §. 661., ubi inter alia *Plinium* lib. XXI. c. 2. tradere observat, coronas datas fuisse *e lamina aerea tenui inaurata, aut inargentata*, et ex eiusdem lib. XXI. c. 3. haec verba adducit: *Crassus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit.* 1 Reg. VI, 18. 28. 34. διαπεπετασμένα πέταλα, *expansa folia.* - Praeterea legitur 1 Reg. VI, 31. ubi tamen iudice *Montfauconio* in *Lex. Gr.* s. h. v. dubium, an vox פָּטוּר exprimatur.

ΠΕΤΑΜΑΙ, ΠΕΤΑΟΜΑΙ, *volo, volito.* דָּאָה, *perniciter volo.* Ps. XVII, 12. - עוּף: עוֹפֵף, Kal et Pih. *Inc.* et

LXX Iob. V, 7. Ps. XVII, 12. LIV, 6. Ies. XI, 14. πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, volabunt in navibus alienigenarum. Sic poetae naves *volare* dicunt, et vela *alas* vocant. Vide *Bibl. Brem. Class.* VI. p. 505 sequ. Apud *Homerum* Il. ν'. 29. haec vox de equis Neptuni adhibetur, qui rapido cursu vehebantur. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Ies. VI, 6. *Symm.* Ps. LIV, 7. ubi pro πετασθῆναι καὶ ἑδρασθῆναι ex *Eusebii Comm.* ad h. l. p. 240. reponendum est: καὶ πετασθήσομαι, ἢ καὶ ἑδρασθήσομαι. - עוּף et נָדַד, iunctim, *volo, vagor.* Prov. XXVI, 2.

ΠΕ'ΤΑΣΟΣ, petasus, galerus (sic dictus, quod latos haberet margines), pileus latus. 2 Macc. IV, 12. τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἦγεν, praestantissimos epheborum subiiciens sub petaso instituebat, seu: *ad certamina gymnica vocavit* (Latini locutione non prorsus dissimili dicunt *servos ad pileum vocare* pro *excitare ad ea agenda, quae liberi homines agere solent*, sive *ad libertatem vocare.*), h. e. more Graecorum petasum gestantes illorum moribus ac disciplina imbuit. Conf. ad h. l. peculiarem Epistolam *Casauboni a Wolfio* in *Casaubon.* editam p. 185 sequ. et *Dillherrum Dispp. Acad.* p. 182. *Baduello* ad Macc. l. l. πέτασος est *genus ludi* aut *certaminis ludicri*, *Kesslero* autem *pars palaestrae, in qua ephebi exercebantur. Nic. Ignarra Comment. de palaestra Neapolitana* (Neap. 1770. 4.) p. 122. πέτασον accipit pro *aedificio ad petasi formam testudinato*, creditque, vocem a *Vulgato* interprete, cum *fornicem* vertere debuisset, *lupanar* versam esse contumeliae caussa. Vide s. v. ὑποτάσσω. *Hesych.* πέτασος, τὸ τῶν ἐφήβων φόρημα. Sic enim bene viri docti pro φρόνημα legunt. *Eustathius* ad *Odyss. l.* p. 559. Ἀπὸ τοῦ πετάζω, πετάσω, καὶ φόρημά τι πέτασος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, παιδία χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους.

ΠΕ'ΤΑΥΡΟΝ, secundum *Phavorinum* est *pertica, lignum* aut *asser, super quo gallinae dormiunt* (οἷον πέτευδον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά). Secundum eundem etiam παγὶς et βάθος, *laqueus, profunditas.* עֹמֶק, *profundum.* Prov. IX, 18. ἐπὶ πέταυρον ᾅδου, ad *profunditatem* inferni. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πέταυρον, παγὶς, βάθος. Sic etiam apud *Suidam*, sine dubio ex h. l., ubi *Aqu. Symm. Theod.* βάθας habent. Confer quoque *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* 1537. Caeterum recte observat *Iaegerus* ad h. l., LXX in עֹמֶק cogitasse *foveam*, σιρὸν, ὄρυγμα, ex eo genere, quod rustici ac venatores in terram depressum levi materia terraque, ut solum mentiretur, insternebant, dolum meditantes feris, quae si fraudem non sensissent, delatae in locum constratum, fracta materia imbecilli, in profundum delapsae caderent. Conf. *Longi Past.* I, 5. et *Drakenborch.* ad *Sil. Ital.* VI, 529. De ea crate fragili et fallaci non alienum foret intellegere πέ-

ταυρον, sive *πίδευρον*, quo et fraudis genus designetur ad capturam idoneum, et *πᾶν λεπτὸν*, atque a *πεδαίρειν* pro *μεταίρειν* etiam *ἐν μετεώρῳ κείμενον*, *pensile*, quod subtus caveam habeat. *Suidas: πέταυρον, παγὶς, βάθος, σανὶς· οἷον πέτευδον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά.*

ΠΕΤΕΙΝΌΣ, *volatilis*. Τὸ *πετεινὸν*, *avis*, *volucris*. כָּנָף, *ala* Ezech. XXXIX, 4. *παντὶ πετεινῷ*, sc. *ὀρνέῳ*, *omni volucri*. Conf. v. 17. ubi *ὀρνέῳ* additur. – עוֹף. Gen. I, 20. 30. II, 19. et alibi saepius. – עַיִט, *avis vorax*. Iob. XXVIII, 7. Ies. XVIII, 6. XLVI, 11. – צִפּוֹר. Psalm. VIII, 8. CXLVIII, 10. Ezech. XVII, 23. – רֶשֶׁף, *pruna*. *Symm.* Iob. V, 7. *πετεινῶν*. Confirmatur hac versione opinio *Michaelis*, qui in *Supplem.* p. 2268. per רֶשֶׁף intellegit *avem rapacem*, indeque metaphorice *sagittam alatam*, a rad. arab. رسف in Conj. VIII. *in altum elatus est.* Adde *Inc.* Hab. III, 5. *τὰ μέγιστα τῶν πετεινῶν*. – *מִן־הַשָּׂדֶה, *ex agro*. *Inc.* Lev. XXV, 12. *Montfauconius* nescit, quid viderit vel legerit hic interpres: *Scharfenbergius* vero ad h. l. statuit, legendum esse *πεδινῶν* pro *πετεινῶν*.

ΠΕΤΗΛΌΝ pro *πετεινὸν*, *volatile*. Sic tres interpretes constanter in toto cap. I. Geneseos hebr. עוֹף transtulerunt, docente *Montfauconio Lex. in Hexapla Origenis*.

ΠΈΤΟΜΑΙ, *volo*, *volito*. בַּמָּרוֹם, *in altitudine*. *Symm.* Iob. XXXIX, 8. *πετομένη*. Ita *Bielius*. Sed *πετομένη* ibi aut hebr. תַּמְרִיא (quod in I arab. notat *strinxit*, *sese ad cursum incitavit*), aut formulae בַּמָּרוֹם תַּמְרִיא, *in altum elevaverit sese*, respondet. Est autem h. l. *πέτομαι* non tam *volare*, quam *in altum elevare se*, aut *in altum erigere alas*, ut *Vulgatus* expressit. Nam *struthio* non volare potest, sed currens alis suis volatum avium imitatur. – בַּשָּׁמַיִם, *in coelo*. Prov. XXX, 19. *πετομένου*. Bene quoad sensum. – *חֵמָה, *venenum*. Hab. II, 15. *Inc. πετομένην*, ubi mihi ita libere vertisse videtur, quia in antecedentibus voce *ἄελλα* usus erat. Fortasse autem legit He loco Cheth, ut vocem deduxerit ab הָמָה aut הָמַם. Aliter autem de h. l. iudicat *Bahrdtius* in *App. crit.* ad h. l., qui statuit, incertum illum Int. מְכַפֵּחַ חֵמָה, *subversionem turbidam*, *ἀέλλην* interpretatum esse, proque וְאַף (cui *πετομένη* respondeat) legisse דאה, *volantem*. – טוּשׂ, *volo*. Iob. IX, 26. – עוּף : עוֹפֵף : הוּעַף, Kal, Pih. et Hophal. Gen. I, 20. Ps. XL, 6. Ios. XXX, 6. et alibi. Praeterea legitur apud *Inc. Int.* et LXX Prov. XXX, 19. ubi *πετομένου* sensus causa addiderunt. Conf. *Graevii not. ad Lucian. Soloec.* p. 752.

ΠΈΤΡΑ, *petra*, *rupes*. בֶּצֶר, *aurum lectissimum*. *Symm.* et LXX Iob. XXII, 24. *ἐν πέτρᾳ*. Legerunt בְּצוּר seu בְּצָר. *Vulg. dabit pro terra silicem*. Sc. بصر sunt *lapides candicantes*. – *חָצָץ, *lapillus*. *Syrus* Thren. III, 16. – כֵּפִים plur. ex

chald. כֵּיפָא. Ierem. IV, 29. - מָצוֹר, *munitio.* Hab. II, 1. - סֶלַע. Num. XX, 8. 10. 11. XXIV, 21. Deut. XXXII, 21. et alibi saepius. Adde *Aqu.* Ezech. XXIV, 7. ubi pro λεῖαν πέτρας sine dubio reponendum est λεῖαν πέτραν, ut iam *Montf.* coniecit. - עֵבֶר, *transitus.* Ierem. XLVIII, 28. ὥσπερ περιστεραὶ νοσσεύουσαι ἐν πέτραις. *Latera cavernae* bene hic πέτραι dici poterant. - עֳפָאיִם plur. *rami.* Ps. CIII, 13. *Tychsenio* legisse videntur כֵּיפָאִים (aut secundum *Dathium* in notis ad *Psalter. Syr.* p. 232. כֵּפִים) et ע cum כ permutatum esse. Sed quia in praecedentibus et subsequentibus de montibus sermo est, ac revocantes in memoriam סְעִפֵּי הַסְּלָעִים, *ramos petrarum* (Iud. XV, 8. 12. Ies. XXII, 21. et LVII, 5.) hic quoque de petris sermonem esse putarunt, et ita transtulerunt. - עָפָר, *pulvis.* Iob. XIV, 8. Ingenio suo h. l. indulserunt, aut locum XXX, 6. in mente habuerunt. - עָפָר וְכֵפִים, *pulvis et petrae.* Iob. XXX, 6. - צוּר. Exod. XVII, 6. XXXIII, 21. 22. Deut. VIII, 15. et alibi. - צָר, i. q. צוּר. Ies. V, 28. - *צֹר, idem. Ezech. III, 9. *Aqu.* Exod. IV, 25. Praeterea legitur haec vox apud *Symmachum* Amos. VI, 12. πέτρα διὰ βοῶν, ubi ei nihil in textu hebr. respondere videtur. Sed sunt inepto loco posita, ac πέτρα pertinet ad antecedens בַּסֶּלַע. *Vetus Itala: in petris equi.*

ΠΕ'ΤΡΑ 'ΑΚΡΟ'ΤΟΜΟΣ, *lapis acutissimus.* צוּר, *rupes.* *Al.* Ios. V, 2. ποίησόν σοι μαχαίρας ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, fac tibi cultros ex lapide acutissimo. Sed verba ἐκ π. ἀ. sunt h. l. aliena; nam a *Theodotione* ἀκροτόμου, ab *Aqu.* vero ἐκ πέτρας venit. Conf. v. ἀκρότομος, λαξευτήριον, σμυρίτης, et ψῆφος.

*ΠΕΤΡΙ'Α. Vox haec desideratur in Thes. *Bieliano,* quae tamen legitur apud *Inc. Int.* Ezech. XXIV, 7. pro hebr. סֶלַע, *petra.* Sed suspicor, Interpretem pro πετρίαν potius scripsisse λεωπετρίαν, ut ad צְחִיחַ סֶלַע pertineat, quod LXX quoque ita transtulerunt.

ΠΕ'ΤΡΙΝΟΣ, *lapideus.* צוּר, *rupes.* Ios. V, 2. μαχαίρας πετρίνας, ubi verba ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, quae in *Cod. Vat.* post verba μ. π. leguntur, aliunde eo venisse, fortassis ex *Aquilae* versione alterum, alterum ex *Theodotione,* videntur. Legitur praeterea apud *Symm.* Exod. IV, 25. ubi vox πέτρινον post ψῆφος mihi paululum suspecta est. Potest tamen ψῆφος πέτρινος verti: *lapis admodum acutus ac durus,* qualis est lapis petrarum s. ἀκρότομος, ut *Theodot.* expressit.

ΠΕΤΡΟΒΟ'ΛΟΣ, *qui lapides eiaculatur,* vel: *qui lapidibus impetit,* it. *funda,* et *praegrandis.* אַבְנֵי קֶלַע, *lapides fundae.* Iob. XLI, 20. ἥγηται πετροβόλον χόρτον, habet *fundam* pro gramine. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πετροβόλον, σφενδόνην. - אֶלְגָּבִישׁ, *grando immanis.* Ezech. XIII, 11. 13. λίθους πετροβόλους, lapides *praegrandes.* - מַעֲנָה, *iugerum.* 1 Sam. XIV, 14. ἐν βολίσι καὶ ἐν πετροβόλοις, iaculis et *fundis.*

Sap. V, 22. ἐκ πετροβόλου θυμοῦ πλήρεις ῥιφήσονται χάλαζαι, ab ira *lapides iaculante* plenae proiicientur grandines.

ΠΕ'ΤΡΟΣ, lapis et quidem maioris alicuius molis (a *πέτω, vergo*, quia vergit pondere suo versus terram), *saxum.* אֶבֶן, idem. *Al.* Iob. XLI, 20. πέτρους σφενδόνης; *lapides* fundae. – צֹר. Exod. IV, 25. sec. *Basil.* Ed. *Rom.* πέτραν habet. Ps. LXXVII, 15. Conf. 2 Macc. I, 16. IV, 41. et *Eurip. Medeam* v. 28. *Hesychius:* πέτρον, λίθον.

ΠΕΥ'ΚΗ, pinus, abies. בְּרוֹשׁ, *cupressus.* 1 Reg. V, 10. – לִבְנֶה, *populus alba. Symm. Theod.* Hos. IV, 13. ubi tamen pro πεύκην et πεύκης reponendum esse arbitror λεύκην et λεύκης, ut apud LXX ac *Theodotionem* legitur. – תִּדְהָר, *taeda.* Ies. LX, 13.

ΠΕΥ'ΚΙΝΟΣ, pineus. אַלְגּוּמִּים plur. *ligna pinea s. thyina, cedri species.* 2 Par. II, 8. IX, 10. 11. – בְּרֹאשׁ, *cupressus.* 1 Reg. V, 8. VI, 15. 33. IX, 11. – שֶׁמֶן, *oleum.* 1 Reg. VI, 31. ξύλων πευκίνων. In textu hebr. commemorantur *ligna oleosa*, quae tamen alii de *pinu*, alii de *cupresso*, alii de *citro* explicant. Conf. *Ol. Celsii Hierobotan.* P. I. p. 309.

**ΠΕΦΡΑ'ΚΤΙΣΜΑ.* גֹּדֵר, *sepiens. Aqu.* Ies. LVIII, 12. *Hieronymus: Goder Pheres, quod Aquila interpretatus est* πεφράκτισμα χολῆς, *quod nos possumus iuxta sensum dicere:* qui se opponit Dei iracundiae saevienti. *Montfauc.* ad h. l.: *Versio Aquilae omnino corrupta est in editis. Illud autem* πεφράκτισμα χολῆς *ab Erasmo excogitatum in alias exinde Hieronymi editiones manavit. Codex vetustissimus habet ΠΕΦΡΑΒΙΗΣ, quam vocem ne coniectura quidem restituere audemus, usque adeo vitiata est.* Suspicor, *Aquilam* scripsisse ἐπιφράσσων διακοπήν. Conf. *P. Wesselingii Probab.* c. 25. p. 218. Vide quoque s. v. περιφράκτισμα.

ΠΕ'ΨΙΣ, coctio. אֹפֶה, *coquus, pistor.* Hos. VII, 4. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Gloss. MS. in Proph.* πέψιν, ἀρτοποιΐαν. *Schol.* Il. α΄. v. 81. et *Eustath.* in Il. α΄. p. 29, 30.

ΠΙ'ΩΝ, *pinguis, obesus, opulentus, copiosus, magnus.* אָבִיב, *arista virens.* *Theod.* Lev. II, 14. *πίονα ἄλφιτα, pinguis farina.* Num *crassior farina?* - בָּשָׁן, *Basan*, nomen proprium regionis. Ps. LXVII, 15. 16. *ταῦροι πίονες*, ubi non דָּשֵׁן legerunt, quae fuit *Trommii* coniectura: sed Basanitis regio trans Iordanem perhibetur pascuis laetis abundasse. Pecus autem, quod pascuis laetis utatur, fere opimum esse, quis ignorat? - דָּשֵׁן. Ps. XXI, 32. *οἱ πίονες τῆς γῆς, opulenti* terrae. Sic *παχεῖς*, qui alias sunt *pingues*, etiam *opulenti* dicuntur. Vide in v. *παχύνω*. Ps. XCI, 14. *ἐν γήρει πίονι*, h. e. iuxta *Suidam*, *ἐν πλήθει ἐτῶν*, *in multitudine annorum*, *in annosa senectute.* In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *ἐν γήρει πίονι* exponitur *ἐν γήρᾳ λιπαρῷ*, *in senectute pingui.* Vnde corrigendus *Hesychius*, apud quem pro *ἐν γήρᾳ λιπαρῷ* male legitur *γῆρας λιπαρόν*. *Aquila* quoque ibi habet *ἐν πολιᾷ πίονι*: quem tamen suspicor scripsisse *ἐν πολιᾷ*, *πίονες* (in textu enim hebr. legitur דְּשֵׁנִים, pro quo eum דָּשֵׁן legisse mihi non est verosimile.), quemadmodum etiam apud LXX scribendum esset *ἐν γήρει*, *πίονες*. Confirmant hanc coniecturam *Symmachus* ac *Theodotion.* - כַּרְמֶל, *Carmel*, nomen proprium. *Theod.* Lev. II, 14. *πίονα ἄλφιτον.* Sc. Carmel mons agris, vineis, oleis abundans, per metaphoram de regione quavis bona et frugifera accipitur. Conf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 1090. - מִשְׁמָן, *locus pinguis.* *Theod.* et *Quinta Editio* Ps. LXXVII, 35. - נָעֵם, *amoenus sum.* Gen. XLIX, 15. - *עוֹד, *adhuc.* Gen. XLVI, 29. *ἔκλαυσε κλαυθμῷ πίονι* sec. cod. *Vat.* *L. Bos* e reliquis libris legere mavult *πλείονι*, quae fuit iam *Montfauconii* coniectura, ac provocat ad Ps. LXXVII, 35. ubi ex *ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν* simili mutatione factum est *ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν.* Sed habet quoque *πίων* notionem *copiae* ac *multitudinis*, ut supra ad דָּשֵׁן iam observatum est. - רַעֲנָן, *viridis.* Ps. XCI, 10. *ἐν ἐλαίῳ πίονι.* - שָׁמֵן. Gen. XLIX, 20. Num. XIII, 21. Neh. IX, 25. *Theod.*

Ies. XXVIII, 1. - שֶׁמֶן, *pinguedo, oleum.* Mich. VI, 7. χειμάῤῥων πιόνων, torrentum *olei.* Sc. πῖον h. l. *oleum* mihi notare videtur, quia nihil oleo pinguius est. Praeterea legitur 1 Reg. XVIII, 25. Certe πίων extitisse olim in nonnullis exemplaribus LXX Intt. luculenter apparet e nota, quam ad lectiones *Aquilae* ac *Symmachi* attulit *Cod. Coislin.* 2. πίονα παρ' οὐδενὶ κεῖται ἐν τῷ Ἐξαπλῷ, ubi bene monuit *Montfauconius* hac nota indicari, in quibusdam exemplaribus LXX Intt. haberi πίονα. Fuit autem illud πίονα vel positum post ἕνα (et nihil aliud est, quam additamentum ex voce בָּחַר ortum. Ad sacrificia enim eligebantur animalia prae caeteris pinguia.) vel loco ἕνα, cum אֶחָד interdum notet, quod est *in suo genere praestantissimum. Hesychius:* πίονα, πλούσια, λιπαρά. Idem: πίονος, λιπαροῦ, ἀγρίου, εὐτραφοῦς, πλουσίου, μεγάλου. *Suidas:* πίονα, εὐδαίμονα, λιπαρὰν καὶ εὐτραφῆ.

*ΠΙ'ΩΝ ΓΗ', *pinguis s. fertilis terra. Symm.* sec. *Cat. MS. Iobi in Bibl. D. Marci* n. 21. Iob. VIII, 17. ἐπὶ πίονι γῇ φύεται. Libere, non vero coniectura ductus, ut videri posset, ita transtulit. Respondet autem verbis hebr. עַל־גַּל שָׁרָשָׁיו, *iuxta fontem* radices eius. Adde *Homer.* Il. ι. 710. λ. 573.

*ΠΙ'ΟΝΑ ΠΟΙΕ'Ω, *pinguefacio.* דִּשֵּׁן, idem. *Symm.* Ps. XIX, 4. Sed verior est ibi lectio πλείονα ποιήσει. Vide infra s. v. πλείων.

ΤΟ'ΠΟΣ ΠΙ'ΩΝ, *locus pinguis.* כַּר, *pascuum.* Ies. XXX, 23. - בֶּן שֶׁמֶן, *filius olei.* Ies. V, 1. ἐν τόπῳ πίονι. Legerunt בְּבֶן שֶׁמֶן. *Filius olei* autem h. l. est *pinguissima terra, summa fertilitate gaudens.*

*ΠΛΑ'ΓΕΙΟΣ, i. q. πλάγιος, *obliquus, transversus.* קֶלַע, *funda. Aqu.* 1 Sam. XXV, 29. ἐν ταρσῷ πλαγείῳ, *in fiscella obliqua.* Ad hanc enim vocem referendum mihi esse videtur πλαγείῳ, non vero cum *Montfauconio* in *Hexaplis* ad צְרוֹר. Caeterum confer *Simonis Lex.* pag. 1432. et infra s. ταρσός.

ΠΛΑΓΙΑ'ΖΩ, *obliquo, diverto, in transversum deflecto, seduco.* הִטָּה Hiph. a נָטָה. Ies. XXIX, 21. ἐπλαγίασαν ἐπ' ἀδίκοις (sc. ἔργοις) δίκαιον, *in transversum deflectunt* iniustis operibus iustum. - תָּפַשׂ, *prehendo.* Ezech. XIV, 5. ὅπως ἂν πλαγιάσωσι τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, ut *seducant* domum Israel. Sic quoque lat. *capere,* cui תָּפַשׂ h. l. respondet, haud raro usurpatur. *Hesych.* πλαγιάσαι, παραλογίσασθαι, πλανῆσαι.

ΠΛΑ'ΓΙΑ, sc. μέρη, *partes transversae, latera.* יָרֵךְ, constr. יֶרֶךְ. Lev. I, 11. Num. III, 29. 35. - עֻמָּה, *iuxta.* 2 Sam. XVI, 13. - צַד. Gen. VI, 16. Exod. XXV, 32. XXVI, 13. XXXVII, 19. - תָּוֶךְ, constr. תּוֹךְ, *medium.* 2 Sam. III, 27.

ΠΛΑ'ΓΙΟΝ, sc. μέρος, *pars transversa, latus.* צַד. *Symm.* et LXX sec. ed. *Compl.* 1 Sam. VI, 8. ἀπὸ πλαγίου αὐτοῦ. Vide quoque ibi *Inc. Int.* qui habet ἐκ πλαγίων μέρους αὐτῆς,

ubi duae versiones coaluerunt. 2 Sam. II, 16. ubi cum πλευρὰ permutatur in codd. *Aqu. Symm.* Ps. XC, 7. ἐκ τοῦ πλαγίου.

ΠΛΑΓΙΟΣ, *obliquus*, *transversus*. קְרִי, *occursus*. Lev. XXVI, 21. 23. 24. θυμῷ πλαγίῳ. *Vulg. in furore contrario.* Ib. v. 27. 28. 40. 41. Susann. 18. 25. διὰ τῆς πλαγίας θύρας, per *obliquam* portam. Vide s. πλαγίως.

**ΠΛΑΓΙΩΣ*, *oblique*. קְרִי, *occursus*. בְּקְרִי, *cum occursu*, h. e. *contra*, *in adversum*. Lev. XXVI, 24. sec. *MS. Sar. Schol.* ἐναντιώσει. Ibid. v. 41. sec. *cod. Oxon.*

ΠΛΑΔΑΡΟΟΜΑΙ, *prae nimia humiditate flaccesco*, *imbecillis fio*, *laxor*, a πλάδον, *humor superfluus*. נָבַק Niph. a בָּקַק, *exhaurior*. *Aqu.* Ies. XIX, 3. πλαδαρωθήσεται. *Hesych.* πλαδαρὸν, νοτερὸν, ὕπομβρον, χαῦνον, ἀσθενὲς, ὑγρόν.

ΠΛΑΘΑΙ, *statuae*, ut aliqui reddunt, vel potius *massae ficuum*. Sine dubio facta est haec vox ex παλάθαι, eliso α. Ex varia interpretatione 2 Sam. XVII, 19. Vide supra sub παλάθη, et ἀραφὼθ, et *Flamin. Nobil.* ad h. l.

**ΠΛΑΚΩΔΗΣ*, *latus in modum tabulae*. לוּחִית, *Luchid*, nomen propr. LXX sec. cod. *Norimb.* Ierem. XLVIII, 5. διὰ τῆς ἀναβάσεως τῆς πλακώδους. Legerunt לוחות, a לוּחַ, πλάξ, *tabula*.

ΠΛΑΝΑΩ, *errare facio*, *seduco*, *fallo*, *deludo*. בְּלָא, chald. Pah. *detero*. Dan. VII, 24. τοὺς ἁγίους ὑψίστου πλανήσει. Protulit hanc lectionem ex nonnullis libris *Drusius*, in quibus cum hoc scholio in margine legitur: τουτέστι σκυλμὸν αὐτοῖς ποιήσει. *Semlero* πλανήσει ortum esse videtur ex παλαιώσει. Mihi vero lectio recepta non sollicitanda esse videtur, modo vertatur: *afflictionibus seducere conabitur*; nam vox chald. de *afflictionibus* explicanda est. — דָּמָה, *assimilor*. Ies. XLVI, 5. *N. L.* — הִטְעָה Hiph. Ezech. XIII, 10. — הָלַל Pih. *Aqu.* Cohel. VII, 8. πλανήσει. Sed an haec versio *Aquilae* tribuenda sit, valde dubito. — *הָלַם, *quasso*, *obtundo*. *Symm.* Ies. XXVIII, 1. Sensum expressit. Nam *obtusi vino* ibi sunt *hebetati et enervati vino*, qui *Petronio* dicuntur *percussi tempora Baccho*. — הִשְׁלָה Hiph. *fallo*. 2 Reg. IV, 28. οὐ πλανήσεις μετ' ἐμοῦ, *non deludes me*. — הִשְׁתָּעָה Hithp. a שָׁעָה, *obstupesco*. Ies. XLI, 10. μὴ πλανῶ. Πλανᾶσθαι hic *consternari* notat, aut *metu perculsum huc et illuc vagari*. Vide infra s. v. רָהָה. — *הִתְעַוֵּת Hithp. ab עָוַת, *incurvo me*. *Aqu.* Cohel. XII, 3. Num fortasse derivavit a תָּעָה, *errare?* — הָתַל : הוּתַל, Pih. et Pyh. *deludo*. Iud. XVI, 10. 16. ἐπλάνησάς με, *delusisti me*. Vtrobique alii habent παρελογίσω. Ies. XLIV, 20. — חִזָּיוֹן, *visio*. Ies. XXII, 5. Libere verterunt. — כָּשַׁל, *impingo*. Ierem. XXXI, 9. Libere verterunt. — מוֹרֶה pa t. Hiph. a יָרָה, *doctor*. Ies. XXX, 20. οἱ πλανῶντές σε: ubi מוֹרֶה de *falsis doctoribus* et *prophetis* non male interpretati sunt. — נָעַל, *prae-*

varicor. Prov. XVI, 11. – *מְשֻׁלָּח, *dimissus.* Prov. XXIX, 15. πλανώμενος, per consequens loco antecedentis. Sed *Iaegero* iudice vultu et specie propinquius est τῷ מְשֻׁלָּח. Conf. *Buxtorf. Lex. Chald.* col. 2404. – נָבוֹךְ Niph. a בּוּךְ, *perplexus sum.* Exod. XIV, 3. Vox hebr. h. l. de iis adhibetur, *qui a via aberrarunt.* – נָדַח, *impello:* item de ovibus, bobus, *erro.* Deut. XXII, 1. τὸ πρόβατον αὐτοῦ πλανώμενον ἐν τῇ ὁδῷ, ovis eius errans in via. Vide et Ies. XIII, 14. Ezech. XXXIV, 4. 16. – *נוֹשַׁע, *servatus, liberatus est.* Ies. LXIV, 5. ἐπλανήθημεν. Legerunt נפשע. – נֶסֶךְ, *fusile.* Ies. XLI, 29. οἱ πλανῶντες ὑμᾶς. Ita in vulgatis editt. et cod. *Alex.* Sed *Origeniana* in *MS. Rupefulcandino* et tribus aliis, quae recenset *Grabius* in *Diss. de Vitiis LXX Intt.* §. 4., habent οἱ πλάσσοντες, cuius lectionis mentionem quoque facit *Morinus.* Nec dubium, quin haec lectio sit genuina, etsi altera vitium sit antiquissimum. Conf. *Vitringae Comment.* ad h. l. P. II. pag. 486. Fortasse tamen legerunt נפתיכם a נָפַת, *seduxit.* – סוּר, *recedo.* Deut. XI, 28. πλανηθῆτε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, aberretis a via. – סָרָה, *apostasia.* Deut. XIII, 5. πλανῆσαί σε ἀπὸ κυρίου. – עָשָׂה, *facio.* Ezech. XLIV, 13. ubi πλανᾶσθαι *scelera committere* notat, quam significationem quoque ibi habet עָשָׂה. Secundum *Tychsenium* legerunt פשעו. – פָּזַר, *dispergo.* Ier. L, 17. πρόβατον πλανώμενον. – פַּחַז, *festinatio*, etiam *rapidus. Syrus* Gen. XLIX, 4. ἐπλανήθης. Imaginem desumserunt a *fluvio*, *qui alveo non continetur.* – פָּנָה, *diverto.* Ies. LIII, 6. Non male quoad sensum. – פָּשַׁע, *praevaricor.* Ies. XLVI, 8. – פֶּשַׁע, *praevaricatio.* Ezech. XXXIII, 12. – פָּתָה : פִּתָּה, Pih. et Pyh. *pellicio.* Prov. I, 10. Ezech. XIV, 9. Hos. II, 14. ubi *Theodoretus* πλανῶ αὐτὴν interpretatur ἀλᾶσθαι αὐτὴν καὶ πλανᾶσθαι κατασκευάζω. – פֶּתִי, *simplex*, *fatuus.* Iob. V, 2. πεπλανημένον, h. e. *qui facile decipitur et allicitur a rebus externis.* – רָהָה, *timeo*, *expavesco. Theod.* et LXX Ies. XLIV, 8. ubi πλανᾶσθαι notat *prae metu huc et illuc discursitare.* Vox hebr. ex Arabismo proprie notat *vacillavit incessu.* – שְׁבָב, *fragmentum.* Hos. VIII, 5. διότι πλανῶν ἦν ὁ μόσχος σου σαμαρία: ubi πλανᾷν non est *decipere*, *seducere*, ut male transtulit *Montfauconius*, sed *errare*, *instabilem esse*, ut adeo non male respondeat hebr. שְׁבָבִים, quo, teste *Hieronymo*, proprie notantur *aranearum fila per aërem volantia.* Confer quoque Ies. XLVII, 10. et Ierem. L, 6. ubi שָׁבַב de *errore* et *instabilitate* dicitur. Vide supra s. ἀκαταστατόω. Confer quoque *Schultensii Opusc. min.* p. 329. et *Buxtorfii Anticriticam* pag. 699. – שָׁגָה : הִשְׁגָּה, Kal et Hiph. Deut. XXVII, 18. Iob. VI, 24. XIX, 4. *Theodot. et Ed. Quint.* Ps. CXVIII, 118. – שִׁגְשֵׁג : הִשְׂגִּיא, Pih. et Hiph. a שָׂגָא, *crescere facio.* Iob. XII, 23. Ies. XVII, 11. Vtrobique legerunt per Schin, deducentes a שָׁגָה, *errare.* – שׁוּעַ, *vociferatio.* Ies.

XXII, 5. Forte legerunt שָׁנָה. - שָׁלַח Pyh. *dimittor.* Prov. XXIX, 15. Vide supra s. מְשַׁלֵּחַ. - תָּעָה : הִתְעָה, Kal et Hiph. Gen. XXI, 14. XXXVII, 14. 2 Reg. XXI, 9. Ies. XVI, 8. ubi תָּעוּ pro תָּעוּ legerunt. Praeterea legitur apud *Inc.* Prov. XIX, 25. ubi πλανώμενος nihil habet in textu hebr. quod ei respondeat. Tob. X, 7. notat *vanis verbis lactare aliquem, ludificare.* Sir. IX, 8. ἐπλανήθησαν, *seducti et decepti sunt. Vulg. perierunt*, quod est h. l. i. q. *erraruut. Clemens Alex.* p. 257. habet απεπλανήθησαν. Sirac. XV, 12. ne dicas, ὅτι αὐτός με ἐπλάνησε, Deus me *ad peccatum et vitiositatem seduxit. Vulgatus: me implanavit*, h. e. induxit in errorem, impulit. Nonnulli libri, v. c. ed. *Compl.*, habent ἔπλασεν: quae lectio si sana est, ante ἔπλασεν supplendum erit οὕτως, h. e. ita me finxit et formavit, ut a vitiositate abstinere nequeam. Sir. XXXIV, 9. ἀνὴρ πεπλανημένος ἔγνω πολλά, multarum rerum peritia gaudet, *qui multa itinera fecit.* Vide supra s. ἀποπλάνησις, et *Intt. ad Thomam Mag.* p. 717. ed. *Bernard.*

ΠΛΑ΄ΝΗ, *error, fraus.* הוֹלֵלָה, *insania. Aqu* Cohel. I, 17. IX, 3. - הֱיוֹת infin. ab הָיָה, *esse.* Ezech. XXXIV, 12. ἐν ἡμέρᾳ πλάνης. Sic sola ed. *Ald.*, ubi πλάνης non tam voci הֱיוֹת, quam universae formulae sequenti respondere videtur. - *מַהֲתַלּוֹת, *ludificationes, illusiones. Symm.* Ies. XXX, 10. πλάναι. - מוֹטָה, *iugum. Aqu.* Ies. LVIII, 6. et 9. Sc. per מוֹטָה h. l. *impietatem* intellexisse videtur, quia cum רֶשַׁע, *impietas*, permutatur. Simul autem rationem habuit radicis נָטָה, quae de *declinatione* tam physica quam morali dicitur. - מִרְמָה, *fraus.* Prov. XIV, 8. - סִכְלוּת, *stultitia. Aqu. Symm.* Cohel. II, 12. πλάνην. - *עֶצֶב, *dolor. Ed. Sexta* Ps. CXXVI, 2. ubi πλάνη, *error*, est *idolorum cultus*, ut adeo עֲצַבִּים, quod h. l. *dolores* notat, ex alio usu loquendi SS. de *idolis* explicaverint. - *פַּחֲזוּת, *levitas.* Ier. XXIII, 32. sec. ed. *Compl.* ταῖς πλάναις, quae lectio mihi vera esse videtur, ac praeferenda vulgatae πλάνοις. - פֶּשַׁע, *praevaricatio.* Ezech XXXIII, 10. - שְׁרִירוּת, *malitia, pravitas.* Ierem. XXIII, 17. Vide et Sap. I, 12. XII, 24. *Suidas:* πλάνη, ἡ τοῦ σκοποῦ ἀπότευξις *Hesychius:* πλάνη, ἀπάτη.

ΠΛΑ΄ΝΗΣΙΣ, *error, erratio, aberratio.* הוֹלֵלָה, *insania. Aqu.* Cohel. II, 12. - *מְהוֹלָל, *insane. Aqu.* Cohel. II, 2. ubi πλάνησις, si vere tribuendum est *Aquilae*, ex mea sententia transitive explicandum est de *eo, qui alios in errorem seducit, aut a recto tramite aberrare facit.* Vide infra s. מַתְעֶה. - מְבוּכָה, *perplexitas.* Ies. XXII, 5. - מַתְעֶה, part. Hiph. *errare faciens, seducens.* Ies. XXX, 28. - נָפָה, *agitatio.* Ies. XXX, 28. - עִוְעִים plur. *perversitates.* Ies. XIX, 14. Arab. غوى, *errare, seduci.* - צַח שְׁפָיִם, *serenus clivorum.* Ierem. IV, 11. ad quem locum *Cappellus* in *nott. critt.* p. 520. (cui equidem

lubenter accedo): Non video, unde habeant illud *πλανήσεως*, non enim habetur in hebraico, neque שְׁפָיִים quidquam tale significat, nisi forte legerint שְׂפָתַיִם, *labia*, ut ventus nitidus labiorum sint sermones elegantes, et verba blanda, quibus aliquis inducitur in errorem ac facile decipitur. – תּוֹעָה. Nehem. IV, 8. Ies. XXXII, 6. – תְּעוֹת infin. *errando*. Ezech. XLVIII, 11. – תּוֹעֵבָה, *abominatio*. Ezech. XLIV, 13. ubi non legerunt תּוֹעָה, sed recte sensum expresserunt, nam תּוֹעֵבָה h. l. *scelera* notat, quae saepius in SS. *errores* dicuntur.

'ΕΤΕ'ΡΑ ΠΛΑ'ΝΗΣΙΣ, *alter seu diversus error*. חֲלָקוֹת et מַהֲתַלּוֹת, *blanditiae et ludificationes*. Ies. XXX, 10. Sermo ibi est de vaticiniis gratis, quantumvis falsis, quae, quatenus opponuntur vaticiniis ingratis, sed veris, recte *ἑτέρα πλάνησις* dici possunt.

*ΠΛΑΝΗΤΕΥ'Ω. Hoc vocabulum apud *Suidam* et *Hesych.* legi monuit *Schneiderus*. Occurrit quoque Lev. XVI, 21. in margine cod. *Coisl.* et *Lips.* sed dubito, an suo loco legatur. *K.* Quidni? Potest ibi respondere hebr. שָׁלַח, *mitto, dimitto*, ac *πλανητεύειν* tunc significaret *errare facere*, sc. per desertum.

ΠΛΑΝΗ'ΤΗΣ, *erraticus, vagabundus, vagus, erro, qui huc illuc vagatur*. נֹדֵד part. *vagans*. Hos. IX, 20. *ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν*, erunt *vagi* in gentibus. *Suidas*: *πλανήτης, ξένος. καὶ πλανῆται, οἱ τῇδε κἀκεῖσε περινοστοῦντες.* Apud *Hesychium* *πλανῆται* inter alia exponuntur *μετανάσται, profugi*.

ΠΛΑΝΗ'ΤΙΣ, *erratica, vagabunda*. Iob. II, 9. ubi nihil pro hac voce in textu hebr. legitur.

ΠΛΑ'ΝΟΣ, *erro*, it. *error*. מְשׁוּגָה, *error*. Iob. XIX, 4. in notione *erroris*. – פַּחֲזוּת, *levitas*. Ierem. XXIII, 32. ubi tamen loco *πλάνοις* ex ed. *Compl.* *πλάναις* legendum videtur. *Hesych.* *πλάνος, πλανήτης, ἀπατεών*, ubi vid. Intt.

ΠΛΑ'Ξ, *tabula*. לוּחַ, idem. Exod. XXXI, 17. XXXII, 14. *πλάκες λίθιναι*, tabulae lapideae. Prov. III, 3. *γράψον αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς καρδίας*, scribe illas in tabula cordis tui. Vide et Prov. VII, 3. et ad h. l. *Drusii Miscell. Cent.* I. c. 106. et Ierem. XVII, 1. Sic *δέλτους φρενῶν* et *φρενὸς* dixerunt profani. Vide supra in v. *γράφω*. – *עֵץ, *lignum*. *Inc.* Gen. VI, 14. ubi *πλάκες* *tabulas ligneas* significat.

ΠΛΑ'ΣΜΑ, *figmentum, vas a figulo formatum*, item *formatio, creatio*, et *creatura*. דֶּרֶךְ, *via*. Iob. XL, 14. *ἀρχὴ πλάσματος κυρίου*. Bene quoad sensum. Nam *viae Dei* sunt h. l. *opera Dei, creaturae*, quam notionem h. l. quoque habet *πλάσμα*. Caeterum loco *πλάσματος* fortasse legendum *πλασμάτων*. – יֵצֶר. Ps. CII, 13. Hab. II, 18. Adde *Aqu.* Ies. XXVI,

2. et *Hebraeum Int.* Gen. VIII, 21. – מַעֲשֶׂה, *opus*. Ies. XXIX, 16. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι; num dicit *vas fictile* figulo? Sic *Aristophanes Avib.* p. 673. homines vocat πλάσματα πηλοῦ, vasa luto formata. Conf. *L. Bos. Exerc.* ad Rom. IX, 20. pag. 112. Reperitur praeterea apud LXX Ies. XLV, 9. ubi πλάσμα de suo addiderunt e serie orationis. Iudith. VIII, 25. τὸ πλάσμα τῆς καρδίας, *figmentum cordis*. *Hesych.* πλάσμα, σχηματισμὸς, ψεῦσμα, ἢ κτίσμα.

ΠΛΑ'ΣΣΩ, *formo*, *fingo*. בָּרָא, *effingo*, *mentior*. 1 Reg. XII, 33. – חולל pih. a חִיל, *gigno*. Ps. LXXXIX, 2. – *חוֹתָם, *sigillum*. Iob. XXXVIII, 14. ἔπλασας. Legerunt חֹמֶר. – יָצַר. Gen. II, 7. Exod. XXXII, 4. Ps. XXXII, 15. et alibi saepius. Adde *Aquilam* Ies. XLIV, 12. ἔπλασεν. – כּוֹנֵן Pih. a כּוּן, *apto*. Deut. XXXII, 6. Ps. CXVIII, 73. – *מָעוֹג, *subsannatio*. *Symm.* Ps. XXXIV, 16. πεπλασμένοις. Deduxit sine dubio ab עוג, quod in l. arab. *torquere*, *distorquere* notat. Qui fingit aliquid, is torquet verba. Sic et nos *gedrehete Reden*. Caeterum in *Symmacho* fortasse scribendum est: ἐν ὑποκρίσει ῥημάτων s. φθεγμάτων πεπλασμένων. Certe *Hieronymus* habet: *in simulatione verborum fictorum*. Aliter *Michaelis* in *Supplem.* p. 1846. scribens: Plane coniecturale est. Cum videret, עֻגָה *speciem panis* esse, coniecit, verbum significare πλάττειν, *quod panis formatur*. – *מַעֲשֶׂה, *opus*. *Inc.* Ies. XLI, 29. οἱ πλάσσοντες ὑμᾶς: ubi pro מַעֲשֵׂיהֶם legit cum LXX עֹשֵׂיכֶם. – נָצַר, *custodio*. Prov. XXIV, 12. Ies. XLIX, 8. Vtrobique legerunt יָצַר. – עִצֵּב pih. *dolore afficio*, item: *formo*, *fingo*, quasi *premendo* et *compingendo*. Iob. X, 8. – עָשָׂה, *facio*. Iob. X, 9. μνήσθητι δὴ, ὅτι πηλόν με ἔπλασας, recordare quaeso, quod ut lutum me *formaveris*. Vide et Ies XXIX, 16. et conf. *L. Bos Exercit.* ad Rom. IX, 20. ubi observat, πλάσσειν proprie dici de *figulo*. – צוּר, verbum, *obsideo*. Ps. CXXXVIII, 4. Non arbitror, LXX legisse יָצַר, nam צור quoque interdum *formare* notat. Vide ad h. l. *Rosenmüllerum* et adde 2 Sam. XXII, 47. sec. ed. *Compl.* Idem valet de – צוּר, nomen, *rupes*. Hab. I, 12. ἔπλασέ με, ubi haud pauci existimant eos accepisse pro וַיִּצְרֵנִי, a יָצַר, *formare*, id quod etiam non repugnat. – שָׂבַע, *satior*. Ies. LIII, 11. πλάσαι τῇ συνέσει, *formare* intellegentia. Sed *Grabius Diss. de Vitiis LXX Intt.* p. 39. nullus dubitat, πλῆσαι hic legendum esse, cum LXX Intt. שָׂבַע alias saepius πλήθω et ἐμπλήθω verterint. *Vigilius Tapsensis: videbit lucem et saturabitur sapientia*. Vide quoque *Cappelli notas critt.* p. 60. Sap. XV, 7. 9. ubi de *figulo* dicitur, coll. 11. 12. 16. De *creatione* adhibetur 2 Macc. VII, 23. ὁ πλάσας ἀνθρώπου γένεσιν.

ΠΛΑ'ΣΤΗΣ, *fictor*, *figulus*, *formator*, *creator*. יוֹצֵר. *Aqu. Theod.* Ies. LXIV, 8. *Aqu.* Zach. XI, 13. – צוּר, *rupes*. *Al.* 2 Sam. XXIII, 3. Vide supra s. πλάσσω.

ΠΛΑ'ΣΤΙΓΞ, *lanx e iugo s. librili suspensa, cui pondus imponitur, statera.* Sap. XI, 23. ὡς ῥοπὴ ἐκ πλαστίγγων ὅλος ὁ κόσμος, tanquam momentum e stateris totus mundus. Vide et 2 Macc. IX, 8. *Hesych.* πλάστιγξ, μάστιξ, ἡ τοῦ ζυγοῦ τὸ ἀντίῤῥοπον, καὶ τὸ νῦν λεγόμενον λίτρα.

ΠΛΑ'ΤΑΝΟΣ, *platanus, arbor*, a πλάτος vel πλατὺς, *a late diffusis ramis et foliis sic dicta, quibus umbram praebet gratissimam, adeo ut gentes vectigal pro umbra pendant.* Vide *Plin.* XII. c. 3. אֵלָה, *quercus. Symm.* Hos. IV, 13 πλάτανος ἐπισκιάζουσα, *platanus obumbrans.* - עַרְמוֹן. Gen. XXX, 37. ubi quoque *Chald. Syr.* et *Arabs* vocem hebr. de *platano* acceperunt. Vide ad h. l. *Rosenmüllerum.* Confer quoque Sir. XXIV, 16. Caeterum videtur mihi πλάτανος a LXX sensu latissimo adhibitum esse pro *omnibus arboribus alioqui infrugiferis, ac solius umbrae beneficio commendandis.*

ΠΛΑΤΕΙ'Α, sc. ὁδὸς, *via lata, platea.* אֶשְׁנָב, *fenestra.* Prov. VII, 6. ἀπὸ γὰρ θυρίδος — εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα: ubi vel אֶשְׁנָב de *quovis loco ab omnibus lateribus aërem excipiente* explicarunt, aut, quod mihi magis placet, omissis verbis בְּעַד אֶשְׁנַבִּי, quae vel non intellegebant, vel lingua vernacula exprimere non valebant, εἰς τὰς πλατείας, sententiae magis exornandae causa, addiderunt verbo נִשְׁקָפְתִּי. - חוּץ, in plur. חוצות, *foras.* Psalm. XVII, 46. Ies. XV, 3. Ezech. VII, 19. - מִצְפָּה, *Mizpa*, nomen urbis. *Symm.* Hos. V, 1. Legisse hic videtur vocem ea ratione punctatam, qua *speculam* significat. Ita *Bielius.* Sed mihi potius *Symmachus* cum *Arabe* מִצְפָּה de ipso *tractu* intellexisse videtur, *in quem speculatores prospiciunt.* Certe *Arabs* reddidit عسالك, *tractus.* - קֶרֶת, *civitas.* Prov. IX, 14. - רְחֹב. Gen. XIX, 2. Iud. XIX, 15. 17. 20. et alibi saepius. Sir. XXIII, 21. ἐν πλατείαις πόλεως, *in foro*, h. e. *palam, publice.* Opponitur peccatis in secreto et tenebris commissis.

ΠΛΑ'ΤΟΣ, *latitudo.* *אֲדָמָה, *terra.* Dan. XII, 2. sec. cod. *Chis.* ἐν τῷ πλάτει τῆς γῆς. Sensum expresserunt. - כַּף, *curvatura.* Gen. XXXII, 25. 32. - *לוּחַ, *tabula. Inc.* Prov. III, 3. ἐπὶ πλάτος. Ita quoque legitur in Cod. *Alex.* Olim statuebam, lectionem πλάτος vitiosam esse, et in πλακὸς emendandam, quam tamen coniecturam, quanquam per se facilem, nunc repudio. Nam *latitudo cordis* et *tabula cordis* parum differunt, nec video, quidni πλάτος in tali orationis serie per *latam tabulam* verti possit. Accedit, quod *Hieronymus* in *Habac.* v. 11. hunc locum ita laudat: *describe eam super latitudinem cordis.* - *מְלֹא - רֹחַב, *plenitudo latitudinis. Aqu. Symm. Theod.* et LXX Ies. VIII, 8. - מֶרְחָב. Hab. I, 6. - פְּרָזוֹת, *villae. Theod.* Zach. II, 4. εἰς πλάτος. Non male quoad sensum. - פְּתָא, chald. Esdr. VI, 3. - רַהַב, *supertia*, it. *Ae-*

gyptus. Ies. LI, 9. *Theod.* Ies. XXX, 7. Vtrobique legerunt רֹחַב. - רָחָב, *latus.* Nehem. III, 8. XII, 37. - רֹחַב, *latitudo.* Gen. VI, 15. XIII, 17. Exod. XXV, 10. et alibi saepius. Adde *Aqu. Symm.* Ezech. XL, 5. - רְחוֹב, *platea.* Nehem. VIII, 3. Praeterea legitur Prov. XXII, 20. ubi verbis πλάτος τῆς καρδίας nihil respondet in textu hebr. Desumta autem sunt haec verba e cap. VII, 3. Confer *Iaegerum* ad h. l. Adde 2 Macc. IX, 8. XII, 16.

ΠΛΑΤΥΝΩ, dilato, augeo: כָּשָׂה, *obducor,* sc. *adipe.* Deut. XXXII, 15. ubi ἐπλατύνθη ab Arabe recte vertitur: *obesus factus est.* - *מֻרְבֶּכֶת, *fricta. Symm.* Levit. VI, 21. πεπλατυμένην, ubi videndus est *Montfauconius.* - פֶּרֶה (ה pro א), *onager.* Ierem. II, 25. Hic legerunt פָּרָה, *foetifico.* *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. pag. 520. legisse videntur פָּתָה, quod chaldaice est πλατύνειν. - פָּרַץ, *erumpo.* Gen. XXVIII, 14. - פָּשָׂה. *Al.* Lev. XIII, 7. - פָּתָה : פִּתָּה : הִפְתָּה, Kal, Pih. et Hiph. *pellicio,* item *dilato,* ex usu l. *syriacae* et *chald.* unde subst. פתי est *latitudo,* Dan. III, 1. Gen. IX, 27. πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ, *dilatet* Deus Iapheto, sc. posteritatem aut τὴν κατοίκησιν, ubi *Rosenmüllerus* confert arab. فتى, *liberalem, munificum esse.* Deut. XI, 16. πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ πλατυνθῇ ἡ καρδία σου, cave tibi, ne *dilatetur* cor tuum: ubi pro πλατυνθῇ alii libri habent πλανηθῇ. Πλατύνεσθαι ἡ καρδία autem dicitur, *quando facile aliquid obliviscitur.* Conf. Deut. VI, 12. sec. cod. *Alex.* et ed. *Ald.* ubi nihil ei in textu hebr. respondet, nisi ad vocem שָׁכַח referre velis. Prov. XX, 22. XXIV, 28. μηδὲ πλατύνου σοῖς χείλεσι, neque *decipias* s. *lactes* sermonibus tuis. Adde *Symm.* Iob. XXXI, 27. εἰ ἐπλατύνθη. (Sic enim necessario scribendum est loco impressi ἐπλαθύνθη, quae lectio vitiosa, quam etiam retinuit pro more suo *Bahrdtius,* erroribus typothetarum annumeranda est.) *Montfauconius* ibi coniicit legendum esse ἐπλανήθη. Ingeniosa quidem coniectura, quae versione Alexandrina confirmari videtur (ubi legitur ἠπατήθη), sed nullo modo necessaria. *Vulg.* habet *laetatum est,* qua versione, quae aperte e *Symmacho* desumta est, rationem habuit formulae hebr. *dilatatur cor,* s. *dilatatio cordis,* quae eundem sensum habet. Conf. *Glass. Philol. S.* p. 1199. פָּתָה autem *dilatationis* significationem habere, iam supra est a me observatum. - רָחַב : הִרְחִיב, Kal et Hiph. Ps. IV, 1. εἰσήκουσάς με ἐν θλίψει, ἐπλάτυνάς με, audivisti me in afflictione, dilatasti me, h. e. non: *exhilarasti me,* ut *Bielius* interpretatus est, sed: *liberasti ex angustiis.* Conf. *Glassii Philol. S.* p. 958. et 1199. Ps. XXXIV, 24. ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, dilatarunt contra me os suum, quo metonymice significatur *petulans insultatio* et ἐπιχαιρεκακία, coll. Ies. LVII, 4. Ps. CXVIII,

52. ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου, quando dilatasti h. e. *exhilarasti* cor meum. Conf. *Elsnerum* ad 2 Cor. VI, 13. pag. 149. et *Vitringam* ad Ies. LX, 5. p. 806. et v. πλατυσμός. Ies. V, 13. ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, dilatavit infernus animam suam, h. e. *insatiabili cupiditate ardet.* Conf. Hab. II, 5. et v. πλατύψυχος. *Al.* Ps. XXIV, 18. - רָחַב, *latus.* Ierem. LI, 58. - *שָׁכַח, *obliviscor.* *Inc.* Deut. VI, 12. μὴ πλατυνθῇ (ubi *Montf.* iterum vitiose πλαθυνθῇ edi iussit) ἡ καρδία σου, καὶ ἐπιλάθῃ, ad quem locum *Scharfenbergius:* Est haec lectio Cod. *Alex.* interpolati e loco simili cap. XI, 16. Conf. supra s. פָּתָה. - *שָׂרַךְ, *implico, intrico.* Ierem. II, 23. τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπλάτυνεν. Eam significationem verbo tribuerunt, quae superest in شرك et شركة, *via regia, ampla, aperta.* 1 Macc. III, 13. ἐπλάτυνε (*amplificavit*) δόξαν τῷ λαῷ αὐτοῦ, magnam et multam gloriam conciliavit populo suo. Vide Syrum.

ΠΛΑΤΥ'Σ, latus, amplus. הִרְחִיב, Hiph. *dilato. Symm.* Ps. XXIV, 18. πλατεῖαι. - רָחָב, *latus.* Nehem. IV, 19. IX, 35. Psalm. CXVIII, 96. - רְחַב יָדַיִם, *latus manibus.* Gen. XXXIV, 21. 1 Par. IV, 40. Nehem. VII, 4. - רְחַב נֶפֶשׁ, *tumens anima. Aqu.* Prov. XXVIII, 25. πλατὺς ψυχῇ. - Vide supra s. v. εὐρύχωρος.

ΠΛΑΤΥΣΜΟ'Σ, latitudo, dilatatio, locus latus, et metaphorice, si de corde adhibetur, *laetitia, gaudium.* מֶרְחָב, idem. 2 Sam. XXII, 20. ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμὸν, eduxit me in latitudinem, h. e. in *locum amplum et spatiosum,* coll. Ps. XVII, 22. Ps. CXVII, 5. ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμὸν, exaudivit me et eduxit in *locum late patentem*, h. e. liberavit. - רְחָבָה. Ps. CXVIII, 45. ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ, ambulabam in *laetitia.* Conf. πλατύνω. Sirac. XLVII, 13. κατέλυσεν ἐν πλατυσμῷ, diversatus est in *latitudine* seu *dilatatione,* h. e. *late regnavit.*

ΠΛΑΤΥ'ΨΥΧΟΣ, latus anima s. desiderio, h. e. *valde inhians, insatiabilis.* רְחַב נֶפֶשׁ, *tumens anima*, h. e. *insatiabilis*, secundum alios Intt. *tumidus, superbus. Symm.* Prov. XXVIII, 25. LXX ibi habent ἄπληστος. Conf. πλατύνω.

ΠΛΕ'ΓΜΑ, quod nexum s. contextum est, corona plectibilis. צְפִירָה, *cidaris. Aqu. Theodot.* Ies. XXVIII, 5. Conf. *Paschalium de Coron.* lib. I. cap. 13. p. 37.

ΠΛΕΙΑ'Σ, Pleias, sidus seu astrum inter os Tauri ad caudam arietis a pluribus stellis, vulgo septem, sic dictum, aut *primum navigationis tempus ostendens* (a πλέω *navigo*). Latine *Vergiliae* dicitur. כִּימָה. *Aqu. Symm.* Iob. XXXVIII, 31. πλειάδος. *Symm. Theod.* Amos. V, 8. - עָשׁ. Iob. IX, 9. Sed videtur ibi ordo nominum perturbatus, ut adeo πλειάδα

quoque ad כִּימָה referendum sit. *Hesychius* in v. Ὡρίων sub fine Lexici: *Ἑνοῦνται δὲ καὶ ἐν τῇ Πλειάδι ἑπτὰ ἀστέρες συνεχεῖς καὶ καταπεπυκνωμένοι πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ δὲ ἕξ, ὅπερ τινὲς* (v. c. *Suidas: Πλειὰς, τὸ ἑξάστερον*) *οἴονται. κεῖνται δὲ ἐν τριγωνοειδεῖ σχήματι.* Adde *Homer. Il.* σ'. 486. et vide *Vossium illustr.* ad *Virgil. Georg.* I, 137.

ΠΛΕΙ'ΩΝ, amplior, copiosior, πλεῖον, plus, praestantius, compar. a *πολύς.* בֶּצַע, *lucrum.* Malach. III, 14. *τί πλεῖον;* ubi alii *πλέον* habent. – *הָבִיא Hiph. a בּוֹא, *adduco.* Ies. XVI, 3. *πλείονα βουλεύου*, h. e. *diu* consulta, quid sis facturus. In textu hebr. legitur: הָבִיאִי עֵצָה, *affer consilium.* – הַרְבֵּה, *multum.* Ion. IV, 12. – מִשְׁמָן, *pinguedo.* Ps. LXXVII, 35. *ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτοῦ*: ubi ex nonnullorum sententia legerunt a מָנָה, *numeravit.* Sed rectius vidit *Hieronymus Epist. ad Sun. et Fretel.* pag. 650. T. II. Opp. ed. *Martian.* LXX, *Theodot.* et *Quinta ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν.* Quod quidam non intellegentes pro *πίοσιν* putaverunt scriptum *πλείοσιν.* Sic nunc in ed. *Ald.* et *Complut.* legitur. Ies. XVII, 4. ubi tamen pro *πλείονα* alii rectius *πίονα* habent. Vide quoque infra s. v. שֶׁמֶן. – עוֹד, *adhuc.* Gen. XLVI, 30. *ἔκλαυσε κλαυθμῷ πλείονι*, flevit acriter s. vehementer. In Ed. *Rom.* perperam legitur *πίονι.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* – רַב, in plur. רַבִּים, *multus.* Exod. XXIII, 2. Levit. XV, 24. XXV, 51. Deut. XX, 1. et alibi saepius. – רֹב, *multitudo.* Lev. XXV, 16. – רֹהַב, *robur.* Ps LXXXIX, 11. *τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος, praestantius* eorum labor et molestia: ubi *Grotio* legisse videntur וְרֻבָּם. Vide quoque ad h. l. *Rosenmüllerum.* Conf. Matth. VI, 25. XII, 41. – שָׁמֵן, *pinguis.* 1 Par. IV, 46. *εὗρον νομὰς πλείονας*, invenerunt pascua ampliora. Sed legendum videtur *πίονας, pinguia.* – תְּשׁוּרָה, *donum.* 1 Sam. IX, 7. *πλεῖον*, h. e. quoad sensum: *aliud praeter panem donum.* Loco תְּשׁוּרָה, *munusculum*, videntur legisse שְׁאֵרָה a rad. שָׁאַר, *reliquum esse.* Ep. Ier. v. 13. abstergunt a simulacris pulverem, ὅς ἐστι πλείων ἐπ' αὐτοῖς, ubi *πλείων* pro positivo, *permultus, copiosus*, positum est. Conf. Luc. XI, 53. et *Krebsii Obss. Flavian.* p. 401. sequ.

ΠΛΕΙ'ΩΝ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, amplior fio. רָבָה, *multiplicor.* Exod. I, 12.

ΠΛΕΙ'ΩΝ ΕΙ'ΜΙ', plus sum, amplior, praestantior sum. עָצַם, *multus sum. Symm.* Psalm. XXXIX, 8. *πλείω ἐστί.* – רָבַב, *multiplicor.* Ies. XXII, 9. – רָדָה, *dominor.* Ezech. XXIX, 15. *τοῦ μὴ εἶναι αὐτοὺς πλείονας ἐν τοῖς ἔθνεσι*, ut non amplius *sint praestantiores* in gentibus. Confer Matth. XII, 42. Perperam *Cappello* in *nott. critt.* ad h. l. p. 555 legisse videntur רְבוֹת pro רְדוֹת. Potius sensum expresserunt.

'ΕΠΙ' ΠΛΕΙ'ΟΝ, vel una voce ἐπιπλεῖον, *amplius*, *admodum*. הַרְבֵּה Hiph. *multiplico*. Psalm. L, 5. - חָרַב, *desolor*, *vastor*. Ierem. II, 12. Hic legerunt הַרְבּוּ pro חָרְבוּ. - רַבָּה foem. ex רַב. Psalm. LXI, 2. - רַבַּת forma constr. Psalm. CXXII, 5. Vide et 3 Esdr. IX, 11. Sap. VIII, 13. 'Επιπλείους legitur apud *Thucyd.* VII, 12. et superlativus ἐπιπλεῖστος apud *Theophan. Chronogr.* p. 291. D.

ΠΛΕΙ'ΟΝΑ ΠΟΙΕ'Ω, *plura facio*. *דִּשֵּׁן, *pinguefacio*. *Symm.* Psalm. XX, 3. πλείονα ποιήσει: magis ad sensum. Caeterum lectio haec *Symmacho* potius convenit, quam altera πίονα apud *Montf.* in *Hex.* Inter duas enim lectiones, quarum una sensum eleganter exprimit, altera ad verbum facta est, illa recte Symmacho tribuitur. - נוֹסַף עוֹד Niph. a יָסַף, *additur adhuc*. Prov. XI, 24. - Vide supra ἀκούω.

ΠΛΕΙΣΤΑ'ΚΙΣ et *ΠΛΕΙΣΤΑ'ΚΙ*, *pluries*, *saepius*, *multoties*. *כָּזֹאת, *sicut hoc*. Iud. XV, 7. sec. codd. nonnullos *Holm.* Non male quoad sensum. - שֶׁבַע. "Ἄλλοι Ps. CXVIII, 164. Ita *Montfauconius*. Sed *Theodoretus*, e quo sua hausit, habet: τινὲς δὲ ἑπτάκις πλειστάκις ἡρμήνευσαν: ubi τινὲς non sunt auctores versionum graecarum V. T., sed *interpretes Psalmorum*, quibus *Theodoretus* in conscribendo suo Commentario usus est. - פְּעָמִים רַבּוֹת, *vices multae*. *Al.* Cohel. VII, 23. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πλειστάκις, τὸ πολλαχῶς.

ΠΛΕΙ'ΣΤΟΣ, superlat. a πολὺς, *plurimus*. הַרְבֵּה Hiph. *multiplico*. Ies. IX, 3. Legerunt חַרְבִּית, quod acceperunt pro הַרְבֵּה, *multum*. - מַרְבִּית, *multitudo*. 1 Paral. XII, 29. 2 Paral. XXX, 18. - רֹב, idem. Ies. VII, 22. - רַבָּה foem. ex רַב. 2 Paral. XXX, 17. 3 Maccab. VII, 21. πλείστην ἢ ἔμπροσθεν ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐξουσίαν ἐσχηκότες, plus potestate quam antea in hostes valentes.

ΠΛΕΚΤΟ'Ν, *plexum*. קְלָעִים, *tapetes ocellati*. *Inc.* Ex. XXVII, 12.

ΠΛΕ'ΚΩ, *plico*, *necto*, *contexo*. עֲבֹת, *contortum*: Exod. XXVIII, 14. - צְפִירָה, *cidaris*. Ies. XXVIII, 5. πλακεὶς, sc. στέφανος, *corona plexa*. Conf. *Paschalium de coronis* lib. I. c. 13. p. 37.

ΠΛΕ'ΟΝ, i. q. πλεῖον, *plus*. בֶּצַע, *lucrum*. *Al.* Mal. III, 14. - *הַרְבֵּה, *multum*. *Symm.* Cohel. VII, 17. - יִתְרוֹן, *abundantia*. *Aqu. Symm.* Cohel. I, 3.

ΠΛΕΟΝΑ'ΖΩ, *abundo*, *augeor.*, *plus habeo*, it. *abundare facio*, *abundanter emitto*. הַאֲרִיךְ, *prolongo*. Num. IX, 22. ἡμέρας πλεοναζούσης, h. e. *integri*. - *בַּיִת, *domus*. Prov. XV, 5. ἐν πλεοναζούσῃ δικαιοσύνῃ. Videntur legisse בְּרַבּוֹת, coll. c. XXIX, 2. 6. *Bielio* videntur haec verba primo in margine explicationis causa apposita illis, quae v. 6. sequuntur: οἴκοις δικαίων ἰσχὺς πολλή. - יָסַף, *addo*. *Al.* 1 Reg.

XVI, 32. ἐπλεόνασεν. - מַרְבָּה, *amplum*. Ezech. XXIII, 32. - סֶרַח, *redundantia*. Exod. XXVI, 12. - עָדַף, *redundo, superfluus sum*. Exod. XVI, 18. 23. Num. III, 46. 48. - רַב, *multus*. 2 Par. XXIV, 11. - רָבָה: הִרְבָּה, Kal et Hiph. Num. XXVI, 54. 2 Sam. XVIII, 8. 1 Par. V, 23. et alibi saepius. - שָׁלַח, *mitto*. Psalm XLIX, 20. τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, os tuum *abundanter emisit* malitiam. 3 Esdr. VIII, 77. ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐπλεόνασαν ὑπὲρ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν, peccata nostra *multiplicata sunt* super capita nostra. Sir. XX, 8. πλεονάζειν λόγῳ, *multis verbis uti*, *procacem esse ad loquendum*. 1 Macc. IV, 35. πλεονάζειν τὸν στρατὸν, exercitum *supplere*: quod *Polybius* l. IV. c. 70. s. 2. dixit θεραπεύειν τὴν δύναμιν. 1 Macc. X, 41. καὶ τὸ πλεονάζον. *Syrus*, subintellecto μοι, transtulit: *et quidquid mihi debetur*. 2 Macc. II, 33. εὔηθες γὰρ τὸ μὲν πρὸ τῆς ἱστορίας πλεονάζειν, stultum est in epitomes praefatione *nimis prolixum esse*, *et multas digressiones facere*: ubi τῷ ἐπιτεμεῖν opponitur.

ΠΛΕΟΝΑ'ΚΙΣ, *pluries*, *saepius*. רַבַּת, sing. foem. Psalm. CXXVIII, 1. - רַבּוֹת plur. foem. Ies. XLII, 20. - פְּעָמִים רַבּוֹת, *multis vicibus*. Psalm. CV, 40. Adde Sirac. XXXIV, 12.

ΠΡΟ'Σ ΠΛΕΟΝΑ'ΚΙΣ ΚΑΙΡΟΥ˜, *saepenumero*. גַּם פְּעָמִים רַבּוֹת, *etiam vicibus multis*. *Aqu*. Cohel. VII, 23. ubi vid. *Montfauconius*.

ΠΛΕΟ'ΝΑΣΜΑ, *redundantia*, *abundantia*, *copia*. מַלְקוֹחַ יֶתֶר, *captura residua*. Num. XXXI, 32. ἐγενήθη τὸ πλεόνασμα τῆς προνομῆς, erat copia residua ex praedatione.

ΠΛΕΟΝΑΣΜΟ'Σ, *abundantia*, *redundantia*, item *usura frugum*, *foenus*. מַרְבִּית, *multiplicatio*, it. *foenus*. Levit. XXV, 37. ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις αὐτῷ τὰ βρώματά σου, ad *usuram* non dabis illi cibos tuos, s. fruges. - תַּרְבִּית, *foenus*. Lev. XXV, 36. sec. cod. *Oxon*. ubi reliqui πλῆθος habent. *Inc. in Hex*. et LXX Prov. XXVIII, 8. ὁ πληθύνων τὸν πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκων καὶ πλεονασμῶν, augens divitias suas cum usura pecuniae et frugum. Ezech. XVIII, 17. τόκον καὶ πλεονασμὸν οὐκ ἔλαβε *usuram* pecuniae et *frugum* non accepit. Vide et Ezech. VIII, 8. 13. XXII, 12. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. πλεονασμὸν, αὔξησιν. *Hesychius*: πλεονασμὸς, ἐπίδοσις. *Balsamo* ad *Gregorii Nysseni Epistolam Canonicam*: Πλεονασμὸς μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ὅταν τις δῷ τινι σῖτον ἢ οἶνον, ἢ ἔλαιον, ἢ ἄλλο τι, ἐπὶ τὸ λαβεῖν ὁμοιογενὲς πλέον τοῦ δοθέντος. Subiicit paulo post: ὁ δὲ τόκος λέγεται ἐπὶ νομισμάτων. Conf. *Salmasium de modo usur*. p. 320. ubi verosimile esse putat, quod, ubicunque in S. S. duae hae voces, τόκος et πλεονασμὸς, simul positae reperiantur, altera *pecuniae usura*, altera *fru-*

gum significetur. Vide et *Ez. Spanhemii not. ad Aristoph. Nub.* v. 1291.

ΠΛΕΟΝΑΣΤΟ'Σ, abundans, multus. Hinc:

ΠΛΕΟΝΑΣΤΟ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, abundans facio, augeo. הִרְבָּה Hiph. idem. Deut. XXX, 5. *πλεοναστόν σε ποιήσει ὑπὲρ τοὺς πατέρας σου, augebit* te super patres tuos, h. e. *feliciorem et potentiorem te reddet.*

ΠΛΕΟΝΕΚΤΕ'Ω, plus habere cupio, plus iusto acquiro, quaestui deditus sum. בָּצַע, idem. Ezech. XXII, 27. ὅπως πλεονεξίᾳ πλεονεκτῶσι, ut avaritia *lucrentur.* Hab. II, 9. ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν (pro κατὰ πλεονεξίαν) κακὴν οἴκῳ αὐτοῦ, qui avaritia mala *plus iusto acquirit* familiae suae. *Oἱ λοιποὶ* Iob. XXVII, 8. *Vulg. si avare rapiat. Aqu. Symm. Theod.* Prov. I, 19. *Symm.* Prov. XV, 30. – *בְּצַעֲנַנִּים, *in Sahananim.* Iud. IV, 11. *πλεονεκτούντων.* Legerunt ex nonnullorum sententia בְּצָעִים a בָּצַע. Sed בצע *syriace fraudare* notat.

ΠΛΕΟΝΕ'ΚΤΗΜΑ, lucrum, quaestus. בֶּצַע, idem. Ies. LVI, 11. *Aqu.* Gen. XXXVII, 25.

ΠΛΕΟΝΕ'ΚΤΗΣ, plus habere avidus, avarus, lucri studiosus. בֹּצֵעַ, idem. *Aqu. Symm.* Psalm. IX, 24. Sirac. XIV, 9.

ΠΛΕΟΝΕΞΙ'Α, avaritia, plus habendi cupiditas, it. *quaestus.* Adhibetur quoque de *omnibus sceleribus et impie factis, quae ex avaritia et lucrandi cupiditate oriri solent.* בֶּצַע, idem. Iud. V, 19. πλεονεξίαν ἀργυρίου οὐκ ἔλαβον, *quaestum* argenti non accipiebant. Psalm. CXVIII, 36. εἰς πλεονεξίαν, ad *avaritiam.* Ita *Bielius.* Sed mallem h. l. πλεονεξίαν de *idolis* aut *idolorum cultu* explicare, coll. Ezech. XXXIII, 31. ubi LXX בֶּצַע per *μιάσματα* interpretantur. Sc. בֶּצַע, *avaritia,* est inversis literis עָצָב, *idolum. Anastasius:* πλεονεξίαν δὲ πολλάκις καλεῖ τὴν εἰδωλολατρείαν, provocans ad locum Pauli Ephes. V, 5. πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Vide et Ierem. XXII, 17. *Aqu. Symm. Theod.* 1 Sam. VIII, 3. *Al.* Exod. XVIII, 21. – בֶּצַע כֶּסֶף. *Inc.* Exod. V, 18. – חָמָס, *violentia, iniuria. Symm.* Hab. I, 9. 17. II, 17. *Hesych.* πλεονεξία, τὸ πλέον τοῦ δέοντος ἔκ τινος λαμβάνειν. *Suidas:* πλεονεξία, ἡ ὑπὲρ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ πλείονος βλάβη. Idem hanc vocem apud Oratores ἐπὶ τῶν παρὰ τὸ δίκαιον ἀξιούντων πλέον ἔχειν, καὶ τὸ πλεονεκτεῖν dici docet.

ΠΛΕΥΡΑ', latus, ubi sunt costae, et in plurali *costae ipsae,* it. *lumbus.* Non solum autem *latus corporis* notat, sed etiam, ut lat. *latus,* metaphorice de aliis rebus, v. c. aedificiis, montibus, fluviis, adhibetur. אָפִיק, *fortis.* Iob. XL, 13. Sc. in lumbis robur est. – חֲלָצַיִם, *lumbi.* 1 Reg. VIII, 19. ὁ υἱός σου ὁ ἐξελθὼν ἐκ τῶν πλευρῶν σου, filius tuus, qui egressus fuerit e *lumbis* tuis. Sic Sir. XXX, 11. θλάσον

τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, contunde *lumbos* eius, et ibid. XLII, 7. οἰκέτῃ πονηρῷ πλευρὰν αἱμάξαι, servo maligno *lumbum* cruentare. - יָצִיעַ, *stratum*. 1 Reg. VI, 6. ἡ πλευρὰ ἡ ὑποκάτω. - עֶצֶם, *os*, *ossis*. Iob. XL, 13. - פְּעָמוֹת plur. *Symm*. Exod. XXV, 12. - צַד. Num. XXXIII, 55. 2 Sam. II, 16. XIII, 34. *Inc*. Ios. XXIII, 13. - צֵלָע: צֶלַע. Gen. II, 21. 22. 2 Sam. XVI, 13. ἐκ πλευρᾶς τοῦ ὄρους, ubi *Inc*. κλίτος habet. *Vulg*. *ex latere*.

ΠΛΕΥΡΟ'Ν, idem. יַרְכָה. Psalm. XLVII, 2. τὰ πλευρὰ τοῦ Βοῤῥᾶ. - עִלְעִין chald. plur. *costae*. Dan. VII, 5. - צַד. Exod. XXX, 4. XXXVII, 36. - *צִיר, *dolor*, *tormen*. Dan. X, 16. sec. cod. *Chis*. ubi tamen vox hebr. *ligaturas ossium* (conf. 1 Sam. IV, 19.) notat, nisi statuere malimus, eos צִדִּים, *latera*, aut צִדֵּי legisse. - צֵלָע. Exod. XXVII, 7. XXXVIII, 6. Ezech. XLI, 6. 26. τὰ πλευρὰ τοῦ οἴκου, ubi *Schol*. τὰ πάχη.

ΠΛΕ'Ω, *navigo*. בּוֹא, *venio*. Ion. I, 3. τοῦ πλεῦσαι μετ' αὐτῶν, ut *navigaret* cum illis. Conf. Act. XXVII, 24. - מְלֹא, *plenitudo*. Ies. XLII, 10. πλέοντες αὐτὴν, *navigantes illud*, sc. mare. Sic bene h. l. interpretati sunt formulam hebr. *plenitudo maris* ob seriem orationis. Caeterum ita πλέειν cum accusativo construitur. Sir. XLIII, 29. 1 Macc. XIII, 29. et Act. XXVII, 2.

ΠΛΗΓΗ', *plaga*, *ictus*, *damnum*, *strages*. דֶּבֶר, *pestis*. *Symm*. Hos. XIII, 14. *Theod*. Amos. IV, 10. - הֶחֱלִי pro הֶחֱלָה Hiph. a חָלָה, *morbo afficio*. Ies. LIII, 10. ubi sine dubio חֳלִי legerunt. - הַכּוֹת infin. ex הִכָּה Hiph. Deut. XXV, 2. - זֹאת, *hoc*. Iob. XLII, 15. μετὰ τὴν πληγήν. Bene quoad sensum. - כְּאֵב, *dolor*. Iob. II, 13. - מַגֵּפָה. Num. XIV, 37. XXV, 8. 9. 17. et alibi saepius. Adde *Symm*. Exod. IX, 14. - מְהוּמָה. *Inc*. 1 Sam. V, 9. - *מַטֶּה, *virga*. Ies. X, 24. *Homer*. *Iliad*. ο', 17. σὲ πληγῇσιν ἱμάσσω. Sic Iupiter ad Iunonem. - *מַכְאוֹב, *dolor*. Ies. LIII, 3. - *מַכָּה. Levit. XXVI, 21. Num. XI, 33. Deut. XXV, 3. et alibi saepius. Adde *Symm*. Ies. I, 6. - מֻכֶּה part. Hoph. ex הִכָּה Hiph. *percussus*. Ies. LIII, 4. εἶναι ἐν πληγῇ, ubi tamen non legerunt מַכָּה. - מָקוֹר, *fons*. Levit. XII, 7. ubi tamen alii pro πληγῆς habent πηγῆς. Non inepte quidem statui posset, πληγῆς esse h. l. e voce πηγῆς ortum (Conf. var. lect. Iud. XV, 19.), nisi contrarium suaderet locus Marc. V, 28. 29. ubi ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος, s. *fluxus sanguinis*, quo mulier illa a Christo sanata laborabat, μάστιξ vocatur. Potest itaque et h. l. voci πληγὴ *morbi* notio subiici. - מֻרְדָּף part. Hoph. *persecutione agitatus*. Ies. XIV, 6. πληγῇ θυμοῦ. - נֶגַע. Exod. XI, 1. 2 Paral. VI, 28. - נְגֹף infin. Ies. XIX, 22. - נֶגֶף, nomen. Exod. XII, 13. Num. VIII, 19. Ios. XXII, 17. - *נִקָּיוֹן, *munditiei*. *Aqu*. Amos. IV, 16. πληγὴν sec. cod. *Barb*. Videtur merum glossema esse, aut e v. 10. huc trans-

iisse. – רֶגַע, *momentum* Exod. XXXIII, 5. ubi sine dubio נגע legerunt. – שֵׁבֶט, *virga*. Prov. XXII, 8. XXIX, 15. Ies. XXX, 31. Sap. V, 11. πληγῇ ταρσῶν, alarum *ictu*. Sirac. XXVII, 25. πληγὴ δολία, *malum*, *quod alteri* dolose *machinaris*. 1 Macc. V, 3. ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην: ubi πληγὴ *stragem* notat, *quam exercitus patitur*. Vide ibid. VII, 22. VIII, 4. De *quovis damno*, *summa miseria* et *statu tristissimo* legitur haec vox 1 Macc. XIII, 32. coll. v. 34. Ib. III, 29. *Philo de vita Mosis* p. 624. τοσαύταις μὲν δὴ πληγαῖς καὶ τιμωρίαις Αἴγυπτος ἐνουθετεῖτο. Vide etiam *Krebsii Obss. Flav.* p. 313. sequ. et *Loesneri Obss. e Philone* p. 508.

ἌΞΙΟΣ ΠΛΗΓΩ͂Ν, dignus plagis. בֶּן הַכּוֹת, *filius percutiendi*, h. e. *qui meretur*, *ut percutiatur*. Deut. XXV, 2.

ΠΛΗ͂ΘΟΣ, *multitudo*. בֶּצַע, *lucrum*. Mich. IV, 13. ἀναθήσεις τῷ κυρίῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν. Sc. בֶּצַע notat h. l. *lucrum turpe*, unde πλῆθος h. l. significabit *divitias*, *opes*, *et quidem male partas*. – גֹּבַהּ, *elatio*. Psalm. IX, 25. (X, 4.) ubi pro גֹּבַהּ nonnullis legisse videntur כְּרֹב, vel כְּרֹבָה, aut כְּרֻבָּה. Vide *Schultensii Opera minora* p. 181. Sed potuerunt quoque ita sensum exprimere, ut πλῆθος h. l. *magnitudinis* aut *vehementiae* notionem habeat. Idem valet de *Inc. Int.* qui secundum *Catenam PP. GG. in Psalmos* p. 185. h. l. habet: κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ μετεωρισμοῦ αὐτοῦ. – *דָּבַר, *loquor*. Zach. IX, 10. Legerunt רַבָּה, aut רֹב. – *דָּם, *sanguis*. Ezech. XXXII, 6. ἀπὸ τοῦ πλήθους σου, ubi pro מִדָּמְךָ videntur legisse מֵרֻבְּךָ. – הָמוֹן. Gen. XVII, 4. Iud. IV, 7. 2 Sam. XVIII, 29. et alibi saepius. *Symm. Theod.* Ies. XXXI, 4. – *הָמוֹן, *Hamon*, nomen proprium. *Aqu.* Cant. VIII, 11. ἐν ἔχοντι πλῆθος, ubi verba בְּבַעַל הָמוֹן, *in Baal Hamon*, appellative accepit. – *הִמּוֹן chald. pron. plur. *ipsi*. Dan. II, 35. Hic הָמוֹן legerunt. – *הָמַן, *divagor*. *Symm.* Ezech. V, 7. τὸ πλῆθος ὑμῶν. Versio haec, ut reliquorum Intt. GG. huius loci versiones, omni fere sensu caret. – זִיז, *splendor*. *Symm.* ac *Theod.* Ies. LXVI, 11. Legisse videntur זיז a זָזָה, arab. زوى, *collegit*, *congessit*. Vide *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. et sub מָזוּ. – יָד, *manus*. Ezech. XXVIII, 9. Arab. يد de *manipulo* et *agmine* dicitur. Conf. Prov. XXVI, 6. – כָּבֵד, *gravis*. Exod. VIII, 24. – כֹּבֶד, *gravitas*. Ies. XXI, 15. Vtraque vox quandoque de *multitudine* adhibetur. – *כַּבִּיר, *magnus* et *multus*. *Aqu.* 1 Sam. XIX, 16. τὸ πᾶν πλῆθος, *magna copia*. Ita *Theodoretus*. In margine *Cod. Coislin.* haec verba tanquam scholion adferuntur, qui adiicit Θ χωβίρ. – *מִבַּעַד, *intra*. *Ed. Quinta* Cant. IV, 1. ἀπὸ πλήθους. Legit fortasse מִבְּעִי a בָּעָה, quod notat *intumescere*, *ebullire fecit*, adeoque ad *abundantiam et copiam* in universum transfertur, unde בְּעִי est *acervus*,

tumulus. - מָלֵא, *plenus sum.* 2 Sam. XXIII, 7. ubi pro πλῆθος alii πλήρης habent. Videntur legisse מְלֹא. - מְלֹא, *plenitudo*, item: *multitudo* Gen. XLVIII, 19. εἰς πλῆθος ἐθνῶν, multitudo gentium. Rom. XI, 25. dicitur πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. Conf. Luc. XIV, 23. - מִסְפָּר, *numerus.* Psalm. CXLVI, 4. ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων. - מַצָּב, *statio. Inc.* 1 Sam. XIV, 11. Quemadmodum מַצָּב h. l. *castra* notat, et idem est ac מַחֲנֶה, ita πλῆθος h. l. *exercitum* s. *multitudinem militum*] significat. - מַרְבִּית. 2 Par. IX, 11. - סָמַר, *horreo.* Ierem. LI, 27. ὡς ἀκρίδων πλῆθος. Ita quoad sensum non male transtulerunt. Verba enim hebr. vertenda sunt: *sicut locustae multitudine sua terrorem iniicientes. Cappello* in *nott. critt.* ad h. l. LXX vel illud סָמַר non intellexisse, vel מִסְפָּר legisse videntur. - עַם, *populus.* 2 Par. XII, 3. *Hesych.* πλῆθος, ἀθροισμὸς, ὄχλος. - עָצַם, *potens* et *numerosus sum.* Ies. XXXI, 1. - פָּנִים plur. *facies.* Gen. XXXVI, 7. Ies. XXI, 15. Libere verterunt. - *צָבָא, *exercitus.* Dan. X, 1. sec. cod. *Chis.* - קָהָל, *coetus.* Exod. XII, 6. 2 Par. XXXI, 18. - רַב in plur. רַבִּים, *multus.* Num. XXXII, 1. κτήνη πλῆθος (pro κατὰ πλῆθος) ἦν τοῖς υἱοῖς Ῥουβὴν, iumenta multitudine s. multa erant filiis Ruben. Vide et Ezech. XLVII, 11. Ies. LI, 10. *Aqu.* Psalm. LXXXVIII, 8. ubi alterum πλῆθος eliminandum est. - רִיב, *lis.* Exod. XXIII, 2. Legerunt רֹב. Sic quoque *Symmachus* Prov. XXV, 7. pro לְרַב legit לָרֹב, vertens εἰς πλῆθος. - רֹב. Gen. XVI, 10. XXVII, 28. Exod. XV, 7. et alibi saepius. - רֹב הוֹן, *multitudo opum.* Ezech. XXVII, 33. - רָבָה: רָבָה: הִרְבָּה, Kal, Pih. et Hiph. *multiplico.* Exod. XXXVI, 4. Psalm. XLIII, 14. Videntur *Lud. de Dieu* pro רִבִּיתָ legisse רִבִּית, quod apud *Syros Rabb.* et *Chald. usuram*, *foenus* notat, quasi *multitudo* aut *multiplicatio sortis.* Cohel. V, 10. Ierem. XLVI, 16. Adde *Theod.* Ies. IX, 3. ubi pro הִרְבִּיתָ, *multiplicasti*, legit מַרְבִּית, vel תַּרְבִּית 2 Sam. XIV, 11. secundum *Chetibh. Symm.* Hos. VIII, 12. - רִגְשָׁה, *tumultuatio.* Psalm. LXIII, 2. Vox hebr. h. l., ut רֶגֶשׁ, notat *turbam cum strepitu concurrentem.* - רֶכֶב, *currus.* Nahum. II, 13. ubi post πλῆθος aut excidit vox ἁρμάτων, aut per metathesin literarum legerunt רִבְבָךְ seu רְבָבָה. - שִׁפְעָה, *affluentia.* Ezech. XXVI, 10. *Aqu. Theod.* Iob. XXII, 12. - תַּרְבִּית, *foenus.* Lev. XXV, 36. οὐ λήψῃ παρ' αὐτοῦ τόκον, οὐδὲ ἐπὶ πλήθει, non accipies ab illo usuram pecuniae neque *usuram frugum.* Hic ἐπὶ πλήθει λαμβάνειν idem est, quod Ezech. XVIII, 17. πλεονασμὸν λαμβάνειν: unde Lev. l. l. *Cod. Oxon.* et *Theodoretus* οὐδὲ πλεονασμὸν habent. Conf. *Πλεονασμός.* 3 Esdr. IX, 2. πλῆθος, *gens, natio,* hebr. גּוֹלָה, *exilium*, i. e. *exules.* Esdr. X, 6. Tob. IV, 9. πλῆθος, *opes*, *divitiae.* 1 Macc. XI, 16. τῷ πλήθει τῶν Ἰουδαίων, *universo populo* Iudaico, i. q. δήμῳ, coll. v. 34. Sir. VI, 34. ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, in

conventu seniorum. Vide ib. VII, 14. 16. *Hesych.* πλῆθος, ἀθροισμός. Sirac. VII, 7. πλῆθος πόλεως, *plebs*, s. *inferior pars populi*, i. q. ὄχλος. 3 Esdr. VIII, 22. ἐκ πλήθους, *copiose, largiter.*

ΜΕ΄ΓΑ ΠΛΗ͂ΘΟΣ, magna multitudo. רַב, *multus.* Exod. I, 9.

ΠΟΛΥ΄ ΠΛΗ͂ΘΟΣ, ΠΛΗ͂ΘΟΣ ΠΟΛΥ΄, multa h. e. *ingens multitudo.* כַּבִּיר, *validus.* Ies. XXVIII, 2. ὕδατος πολὺ πλῆθος. - עָצוּם. Num. XXXII, 1. - עָצוּם וָרַב, *validus et multus.* Deut. XXVI, 5. - רַב, *multus.* Psalm. XXX, 24. Ezech. XLVII, 11. - רֹב, *multitudo.* Genes. XLVIII, 16. 2 Paral. XI, 21. - Vide alibi ἦχος, θυμὸς, et πολυοχλία.

ΠΛΗΘΥ΄ΝΩ, multiplico. גָּאָה, *attollo me. Aqu. Symm.* Iob. VIII, 11. πληθυνθήσεται. - דָּגָה, *instar piscium multiplico.* Gen. XLVIII, 16. - הֶאֱרִיךְ Hiph. *prolongo.* 1 Reg. III, 14. πληθυνῶ τὰς ἡμέρας σου. - הוֹתִיר Hiph. a יָתַר, *abundare facio.* Deut. XXVIII, 11. πληθυνεῖ σε εἰς ἀγαθά. - הִרְחִיב Hiph. *dilato. Theod.* et LXX Psalm. XXIV, 17. αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ubi alii libri (et *Itala: dilatatae sunt*) habent ἐπλατύνθησαν, uti quoque rescripsit *Grabius*, in marginem eiecta lectione vulgata, quam expresserunt *Vulg. Arabs* et *Aeth. Cappello in Crit. S.* p. 595. legisse videntur הִרְהִיבוּ: Sed recte monuit *Scharfenbergius* ad l. l., intt. non primam notionem verbi hebr., sed sensum expressisse. רָחַב enim, quod proprie notat *dilatari seu dilatare se*, significat quoque *crescere, magnum fieri.* - *הִתְכַּבֵּד Hithp. *me aggravo.* Nah. III, 15. πληθύνθητι. Non opus est, ut ibi reponatur βαρύνθητι aut βαρυνθήσῃ, quod alii libri habent. Vox enim hebr. *multitudinis* pariter ac *gravitatis* notionem habet. Praeterea *Hieronymus* habet *multiplicare, ut bruchus.* - *חוֹלֵל Pih. *Symm.* Psalm. XXVIII, 9. πληθύνοντος τὰ πεδία, multiplicantis campos, nempe feris. Sensum expressit. Potest tamen haec versio *Symmachi* quoque ad הֵחִיל initio commatis 8. referri. Nec repugnarem, si quis verba *Symmachi* ita quoad sensum reddere mallet: *abunde germinare facientis campos.* Post tonitru namque pluviae existunt, et ex pluviis campi germinant. Ex *Doederleinii* sententia verba haec *Symmachi*, iniquo loco posita, pertinent ad יֶחֱשֹׂף יְעָרוֹת, *nudat sylvas*, nempe exundatione, quae omnia rapit. *Syrus: eradicat sylvas.* - טָפַל, *concinno.* Psalm. CXVIII, 69. ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων. Fortasse ἐπλατύνθη legendum hoc sensu: impudenter ac procaciter plenoque ore in me perfidiae verba locuti sunt. - יָקָר, *pretiosus.* Psalm. XXXV, 7. ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου. Sc. יָקָר notat in universum *praeponderans fuit.* Ergo sensum expresserunt. In *Hexaplis Montf.* male editum est ἔπλυνας. - מָלֵא, *impleo.*

Exod. I, 17. ἐπλήθυνε δὲ ἡ γῆ αὐτοὺς, multiplicabat terra illos. - נוּב, *abunde profero. Ed. Quinta et LXX* Psalm. XCI, 14. - נָחַת Pih. *descendere facio.* Psalm. LXIV, 11. πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. Vox hebr. h. l. *foecundare* quoad sensum notat. - עָטַף, *operio.* Psalm. LXIV, 14. οἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον. In textu hebr. legitur: *frumentum valles replet,* sensu eodem. - עָצַם, *multus sum, multiplicor.* Psalm. XXXIX, 8. 17. Ierem. XV, 8. XXX, 12. 13. - פָּרַץ, *erumpo.* 1 Par. IV, 38. Psalm. CV, 29. - רַב, in foem. רַבָּה, *multus.* Gen. VI, 5. XXIII, 20. Psalm. LXIV, 9. et alibi. Ezech. XXVII, 15. ubi pro רַבִּים videntur legisse מַרְבִּים in *Benoni Hiphil.* - רָבַב. 1 Sam. XIV, 19. ὁ ἦχος ἐπλήθυνε, sc. ἑαυτὸν, sonus *multiplicabat se,* sive: *crescebat.* Vide et Psalm. CXLIII, 16. et Ierem. XLVI, 23. *Aqu.* Psalm. XVII, 36. - רְבָבָה, *myrias.* Ezech. XVI, 7. Hic legerunt רָבַב. - רָבָה: רִבָּה: הִרְבָּה, Kal, Pih. et Hiph. Gen. I, 22. 28. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, crescite et multiplicamini. Vide et Gen. VIII, 17. IX, 1. 7. et conf. Act. VII, 17. Exod. I, 20. ἐπλήθυνεν (sc. ἑαυτὸν) ὁ λαὸς, multiplicabat se vel crescebat populus. Conf. Act. VI, 1. 1 Sam. I, 12. ὅτι ἐπλήθυνε προσευχομένη, cum multas preces faceret. Conf. Ies. I, 15. 1 Sam. VII, 2. ἐπλήθυναν (sc. ἑαυτὰς) αἱ ἡμέραι, *multiplicabant se* dies, vel dies *prolongabantur.* 2 Sam. XXII, 36. ἡ ὑπακοή σου ἐπλήθυνέ με, obedientia tua *crescere* me *fecit.* 2 Paral. XXXIII, 6. ἐπλήθυνε ποιῆσαι τὸ πονηρὸν, multiplicabat facere malum, seu iuxta *Vulg. multa mala operatus est.* Esdr. IX, 6. αἱ ἀνομίαι ἡμῶν ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ κεφαλὴν ἡμῶν, peccata nostra *creverunt* super caput nostrum, seu: *nos fere opprimunt.* Conf. Matth. XXIV, 12. *Symm.* Iob. XXXIX, 4. πληθύνειν, *crescere* (et nutrientes se herbis agrestibus crescunt), aut post πληθύνειν omissum est ἑαυτούς. Sic quoque apud *Theodotionem* ib. πληθυνθήσονται explicandum est. *Aqu.* Hos. VIII, 12. πληθυνομένους. - שְׂגָא *chald* Esdr. IV, 22. Dan. III, 32. et VI, 25. εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη, pax vobis crescat, multiplicetur. Ita 1 Petr. I, 2. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη. *Symm.* Iob. VIII, 11. πληθυνθήσεται. - *שָׂגָה, *magnus sum* vel *factus sum, cresco.* Psalm. XCII, 13. ubi tamen pro πληθυνθήσεται legere mallem πλατυνθήσεται, *amplius evadet.* - שָׁרַץ, *abunde progigno.* Exod. I, 7. Sap. X, 10. ἐπλήθυνε τοὺς μόχθους αὐτοῦ, ubi πληθύνειν est i. q. εὐπορίζειν in priore membro, et notat *felicem successum largiri.* Multiplici mercede et fructu compensavit labores illius. - Vide quoque alibi λόγος et πολυπληθύνω.

ΠΛΗΘΥ'Σ, i. q. πλῆθος, *multitudo.* קָהָל, *congregatio.* *Symm.* Ps. XXXIX, 14. ἐν πληθυῖ. *Hesych.* πληθὺς, ὄχλος, δῆμος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πληθὺς, πλῆθος.

*ΠΛΗΘΥ'Ω, i. q. Πληθύνω. 2 Macc. III, 19. sec. cod. *Vat.* κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐπλήθυον. *Vulg. per plateas confluebant.* Cod. *Alex.* habet ἐπλήθυνον. Conf. *Indicem Sylburgii* ad *Etymol. M.* s. h. v. ac *Indicem Etymol. Gudiani.*

ΠΛΗ'ΘΩ, *impleo, repleo, satio.* הֵטִיל Hiph. a טוּל, *proiicio.* Ezech. XXXII, 4. πεδία πλησθήσεταί σου. Consequens pro antecedente posuerunt. – מָלֵא: מָלָא, Kal et Pih. Gen. VI, 11. ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας, *implebatur* terra iniustitia. Vide et Ierem. LI, 5. Gen. XXI, 19. ἔπλησε τὸν ἀσκὸν ὕδατος, implebat utrem aqua. Ierem. LI, 34. ἔπλησε τὴν κοιλίαν αὐτῆς ἀπὸ τῆς τρυφῆς μου, implebat ventrem suum deliciis meis. Ex hoc loco, ut et Sirac. XXXVI, 13. apparet, quod, cum alias πλήθω cum genitivo occurrat, praepositio ἀπὸ subintellegenda sit. – הִתְמְלִי chald. Ithp. a מְלָא. Dan. III, 19. – *מַעֲלָה, *ascensus.* Ierem. XLVIII, 5. ἐπλήσθη. Legerunt מְלֵאָה. – עָשָׂה, *facio.* 1 Sam. XXVIII, 18. οὐκ ἔπλησας ὀργὴν αὐτοῦ: ubi fortasse coniicere aliquis posset, pro ἔπλησας, quod habet ed. *Ald.* et *Compl.*, reponendum esse ἐποίησας. Sed et ἔπλησας commodum sensum habet, dummodo reddatur *perfecte satisfecisti.* – רָעַף, *stillo.* Ps. LXIV, 12. – שָׂבַע: הִשְׂבִּיעַ, Kal et Hiph. *satio, or.* Exod. XVI, 12. Iob. XXXI, 31. Psalm. LXIV, 5. et alibi. – שֶׁבֶר, *fractura.* Prov. XV, 4. πλησθήσεται πνεύματος. Legerunt שָׂבַע. Vide tamen infra s. v. συντηρέω ad סֶלֶף a me monita. – *שָׁדַד. Ierem. XLIX, 28. ubi tamen vox πλήσατε, quanquam eam omnes codd. et *Versio Syriaca Hexaplaris* tuentur, aperte est vitiosa. Reponendum est πλήξατε, ut habet ed. *Compl.* et scribendum esse iam *Nobilius* coniecit. *Theodoretus* ad h. l. videtur in suo codice invenisse πορθήσατε vel ἐκπορθήσατε. Sirac. II, 20. οἱ ἀγαπῶντες τὸν θεὸν πλησθήσονται τοῦ νόμου, h. e. *observabunt* legem, coll. v. 19. ubi legitur συντηρήσουσι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. *Syrus: addiscunt legem.* Sirac. XXII, 17. πληθύνουσιν ἁμαρτίας, peccata peccatis accumulant. *Vulg. abundant in peccatis.*

ΠΛΗΙ'ΑΣ, idem quod πλειὰς, *Pleias*, de quo vide supra in πλειάς. כִּימָה. Iob. XXXVIII, 31. δεσμὸν πληϊάδος, vinculum Pleiadis. *Theod.* Amos. V, 8. πληϊάδας. *Hesych.* πληϊάδες, πλειάδες. Ἔστι δὲ ἑπτὰ ἄστρα, πλησίον τοῦ ταύρου, ὀνομασθέντα ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν Πληϊόνης.

ΠΛΗ'ΚΤΗΣ, *percussor, pugnax, bellicosus.* נְכִים, *percussi. Symm.* Ps. XXXIV, 15. πλῆκται. Legit מַכִּים. *Suidas:* πλῆκται, πολεμικοί. *Hesych.* πλήκτης, μάχιμος, ὑβριστής. Conf. 1 Tim. III, 5. et *Lex. N. T. s. h. v.*

*ΠΛΗΜΜΑ'ΤΗΝ. אַךְ לַשֶּׁקֶר, *certe in vanum. Aqu.* sec. *Cod. Coislin.* 2. 1 Sam. XXV, 21. In *Hexaplis* tantum πλὴν reperitur sub nomine *Aquilae.* Scribendum est divisim πλὴν

μάτην, et est alius interpretis, ut e proxime sequente nota *Hexaplari* luculenter apparet.

ΠΛΗΜΜΕ'ΛΕΙΑ, *delictum*. Secundum *Augustinum* dicitur *id quod est praeter curam*, quasi *πλὴν μέλειαν*; adeoque *delictum*, *quod praeter curam seu ex neglegentia*, *vel etiam ignorantia* (culpabili) *commissum est*. Sed *Bonfrerio* ad *Pentat*. p. 592. deducitur a *πλὴν* et *μέλος*, quasi dicas *praeter modum et concentum*, ita ut, *quicquid inconcinnum*, *inconditum*, *indecorum admittitur*, significet. Notat quoque *πλημμέλεια* *id quod supra rem fraudatam pro mulcta redditur*, ac in universum *sacrificium pro peccato*. אָשָׁם. Levit. V, 15. 16. 18. *εἰς πλημμέλειαν*: ubi *Schol ed. Rom. εἰς λύτρωσιν*. Recte: nam *πλημμέλεια* est h. l. *sacrificium pro peccato*. Conf. ib. VI, 6. et alibi saepius. Adde *Inc*. 1 Sam. VI, 3. ubi post *τῆς πλημμελείας* omissa esse videtur vox *δῶρον* s. *δῶρα*, id quod partim ex verbo *ἀπόδοτε*, a quo hic genitivus regitur, partim ex iis apparet, quae supra sunt ad v. *βάσανος* observata. *Aqu. Symm. Theod*. Prov. XIV, 9. – אָשָׁם, verbale, *reus*. *Symm*. et LXX 2 Sam. XIV, 13. Esdr. X, 19. – אָשֹׁם infin. *delinquendo*. Levit. V, 19. – אַשְׁמָה. Levit. XXII, 16. 2 Par. XXXIII, 23. Esdr. IX, 6. – חַטָּאָה, *peccatum*. Num. XVIII, 9. 2 Reg. XII, 16. – מַעַל, *praevaricatio*. Ios. VII, 2. XXII, 16. 20. 31. – רֶשַׁע, *improbitas*. 1 Sam. XXIV, 14. Sirac. XVIII, 27. *negligentia*, *incuria*. *Vulg. inertia*. Sir. VII, 31. *περὶ πλημμελείας* est dictum pro *θυσία περὶ πλημμελείας*, *sacrificium expiatorium*.

ΠΛΗΜΜΕΛΕ'Ω, *delinquo*, *pecco*, *transgredior*, etiam *poenas do*. אָשַׁם. Levit. IV, 13. V, 19. Num. V, 6. Ps. XXXIII, 21. *οἱ μισοῦντες τὸν δίκαιον πλημμελήσουσιν*, qui pium oderunt, *poenas dabunt*. Alii statuunt, *πλημμελεῖν* esse h. l. i. q. *πάλιν μέλειν*, *rursus ac denuo cogitare et curare*, h. e. *poenitere*, hoc sensu: conscientiae sceleratae stimulis ac doloribus torquebuntur, quasi furiis et intemperiis agitati. Conf. infra Sirac. XIX, 4. Psalm. XXXIII, 22. *οὐ μὴ πλημμελήσουσι πάντες οἱ ἐλπίζοντες*: ubi decepti sunt ambiguitate vocis אשם, quae *devastare* ac *delinquere* notat. – אָשָׁם, nomen, *delictum*. Num. V, 7. *ἀποδώσει τίνι ἐπλημμέλησεν αὐτὸ* (al. rectius *αὐτῷ*), reddet illi, in quem *peccavit*. Levit. V, 6. 16. XIV, 21. – אָשֵׁם, *reus*. Levit. IV, 22. 27. V, 3. 17. – אַשְׁמָה, *delictum*. Levit. VI, 5. 6. – *חָטָא, *peccare*. Hos. VIII, 11. sec. *Complut*. – מָלֵא, *repleo*. Ierem. XVI, 18. Sed ibi pro *ἐπλημμέλησαν* sec. cod. *Vat*. in aliis libris rectius legitur *ἔπλησαν*. Reponi quoque potest *ἐπλημμύρησαν*, aut similis vox. – מָעַל, *praevaricor*. Ios. VII, 1. XXII, 16. 20. 31. – מַעַל, *praevaricatio*. Ios. XXII, 22. – שָׁגַג, *erro*, item *pecco*. Ps. CXVIII, 67. – שָׁגָה, idem. *Al*. Ies. XXVIII, 7. *πεπλημμελημένοι*. Sirac. IX, 17. *μὴ πλημμελήσῃς*, *ne quid vel*

leve committas, ob quod condemnari possis. Sirac. X, 7. ἐξ ἀμφοτέρων πλημμελήσει ἄδικα. Incommode: nam quomodo dici potest per utrumque, iniuriam sc. et superbiam, multa iniusta ab impiis committi. Rectius legitur πλημμέλεια ἀδικίας, vel potius ἀδικία, magnum delictum est iniustitia. Sir. XIX, 4. πλημμελήσει, *poenitebit. Vulg. insuper habebitur*, h. e. *supra numerum*, quasi, qui frustra sit in orbe. Alii, ut *Palacius*, legere malunt: πλημμυρήσει, *inundabit*, h. e. erit in modum undae et fluctuantis aquae, quam scil. levis aura movet. Alii vertunt: *incurius, deses, iners erit et habebitur.* Sirac. XXIII, 11. ἐὰν πλημμελήσῃ, *si iuramentum non impleverit. Vulg. si frustraverit*, h. e. *si frustra iurarit*, ita ut, quod iuravit, non praestiterit re ipsa. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πλημμελεῖν, ἁμαρτάνειν. *Suidas:* πλημμελεῖν, τὸ ἀτακτεῖν, καὶ ὑβρίζειν, καὶ ῥᾳθυμεῖν. Καὶ πλημμελὲς τὸ ἐκμελὲς καὶ ῥᾴθυμον, καὶ ἀπαίδευτον. Apud *Hesychium* πλημμελὴς exponitur: ἐκμελὴς, οὐ συνῳδὰ λέγει ἁμαρτάνων. Lege et distingue: λέγων, ἁμαρτάνων.

ΠΛΗΜΜΕ'ΛΗΜΑ, i. q. πλημμέλεια, *delictum.* אָשָׁם Num. V, 8. *Aqu. Symm.* Gen. XXVI, 10. - עָוֶל, *iniquitas.* Ierem. II, 5.

ΠΛΗΜΜΕ'ΛΗΣΙΣ, idem. אָשָׁם. Lev. V, 19. - אַשְׁמָה. Esdr. X, 19. *Aqu.* Lev. IV, 3.

ΠΛΗΜΜΥ'ΡΑ, *maris aestuantis accessus, inundatio.* Πλημμύρα γίνεται, *inundatio fit.* עָשַׁק נָהָר, *opprimo fluvium.* Iob. XL, 18. ἐὰν γένηται πλημμύρα, si fiat inundatio. Conf. Luc. VI, 48. et quae ad h. l. ex *Philone et Arriano* notat *Alberti* in *Museo Brem.* p. 109. - שֶׁפַע, *affluentia, abundantia, fluctus maris. Aqu.* Deut. XXXIII, 19. *Hesych.* πλημμύρα, ῥεῦσις ὕδατος, πλῆθος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πλημμύρα (MS. vitiose πλημμοῖρα), πλῆθος ὑδάτων, Dicitur alias πλήμμη et πλημμυρίς. *Suidas:* πλήμη ἡ πλημμύρα τῆς θαλάσσης. *Küsterus* reponendum suspicatur πλῆσμη. Sed cum *Diodorus* lib. III. p. 174. πλήμην *maris aestum* dicat, hac coniectura non opus erit. *Hesych.* πλημμυρὶς, τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίρρυσις, οἱ δὲ πλήμνη (πλήμμη legendum videtur), πλημμυρὶς ἐκ πόντου.

ΠΛΗΜΜΥΡΕ'Ω, *aestuo, redundo.* בְּגָאוֹן, *in superbia Syrus* Ierem. XII, 5. πλημμυροῦντα. Bene quoad sensum. Nam hoc sensu fluvio superbia tribuitur, quando aquis tumet et exundat. *Syrus* habet: ܒܥܘܫܢܗ ab ܥܫܢ, *praevaluit, roboratus est.* Hebr. גָּאָה in l. chald. *altus fuit, intumuit.* - מָלֵא, *plenus sum. Symm.* Cohel. I, 7. πλημμυρεῖ, ubi LXX habent: ἔστιν ἐμπιπλαμένη. *Hesych.* πλημμυρεῖ, πέπληθεν. Vide quoque *Foesii Oecon. Hippocr.* s. v. πλημμυρίς.

ΠΛΗ'Ν, *praeter*, *praeterquam*, *veruntamen*, *tantum*, *modo*. אֲבָל, *verum*. 2 Paral. XXXIII, 17. πλὴν ἔτι ὁ λαὸς ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν ἐθυσίαζε, *veruntamen* adhuc populus in excelsis sacrificabat. Conf. Matth. XVIII, 7. Luc. XXII, 22. – אוּלָם, *profecto*, *certe*. Iob. XIV, 18. καὶ πλὴν ὄρος πίπτον διαπεσεῖται, et *certe* mons cadens decidet. – אַךְ, *tantum*. Num. XXXI, 22. πλὴν τοῦ χρυσίου καὶ τοῦ ἀργυρίου, *praeter* aurum et argentum. 1 Sam. XXI, 4. εἰ πεφυλαγμένα τὰ παιδάριά ἐστι πλὴν ἀπὸ γυναικὸς, si modo pueri a muliere abstinuissent. 2 Reg. XVIII, 20. πλὴν λόγος χειλέων, *tantum* verba labiorum. Thren. III, 3. πλὴν ἐν ἐμοὶ ἐπέστρεψε χεῖρα αὐτοῦ, *tantum* adversus me convertit manum suam. Hos. XII, 8. πλὴν πεπλούτηκα, *veruntamen* dives factus sum. *Aqu.* 1 Sam. XXV, 21. et Ierem. XXXII, 30. – אֶפֶס, idem. Iud. IV, 9. πλὴν γίνωσκε, ὅτι οὐκ ἔσται τὸ προτέρημά σου ἐπὶ τὴν ὁδὸν, *veruntamen* scito, quod non futura sit honoris praerogativa tua. Ita Luc. X, 11. πλὴν τοῦτο γινώσκετε, *veruntamen* hoc scitote. Vide et 2 Sam. XII, 14. Ies. XLV, 14. οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σου, non est Deus *praeter* te. Vide et Ies. XLVI, 9. Amos. IX, 8. πλὴν ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐξαρῶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, *tantum* quod non penitus perdam domum Iacobi. – *בִּלְעָדַי, *penes me*. Genes. XIV, 24. Legerunt בִּלְעֲדֵי, *praeter*. – זוּלָת: זוּלַת. 2 Reg. XXIV, 14. οὐκ ὑπελείφθη (sc. τὶς) πλὴν οἱ πτωχοὶ τῆς γῆς, non relictus erat aliquis praeter pauperes terrae. Ies. XLV, 21. ὁ θεὸς οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ, Deus non est alius praeter me. Conf. Marc. XII, 32. – זוּלָתִי cum י paragog. Deut. I, 36. Ios. XI, 13. Psalm. XVII, 34. – כִּי אִם. *Inc.* Num. XIV, 30. – *לְבַד. Deut. XVIII, 8. 2 Paral. IX, 14. Cohel. VII, 30. – לְבַד מִן. Exod. XII, 37. Esth. IV, 10. – מִבַּלְעֲדֵי. *Al.* Psalm. XVII, 34. – מִלְּבַד. Levit. XXIII, 38. Num. V, 8. Deut. IV, 35. – עַל פְּנֵי, *coram facie*. Exod. XXX, 3. – רַק. 2 Reg. XII, 3. πλὴν τῶν ὑψηλῶν, (ἃ) οὐ μετεστάθησαν, *praeter* excelsa, quae non remota sunt. *Inc.* Deut. XVII, 16. *Theod.* Ies. XXVIII, 19. *Hesych.* πλὴν, ἐκτὸς, ὅμως.

ΠΛΗ'Ν "ΙΔΕ, *veruntamen ecce*. לְבַד. Cohel. VII, 30. πλὴν ἴδε, τοῦτο εὗρον, *veruntamen ecce*, *hoc inveni*. Ita Luc. XXII, 21. πλὴν ἰδού.

**ΠΛΗ'Ν "ΟΝΤΩΣ*. אַךְ, *attamen*, *profecto*. *Symmachus* Psalm. LXXII, 11. ubi duae versiones coaluisse mihi videntur.

ΠΛΗ'Ν "ΟΤΙ, *praeterea*, *imo etiam*. *אוּלָם, *et quidem*. 1 Sam. XXV, 34. – אַף. Iob. VI, 27. πλὴν ὅτι ἐπ' ὀρφανῷ ἐπιπίπτετε, *immo etiam* in orphanum irruitis. – *עֵקֶב, *pro eo quod*. Amos. IV, 12.

ΠΛΗ῀ΞΙΣ, *percussio*. תֵּחַת, *descendet*, a נָחַת. *Aqu.* Prov. XVII, 10. πλῆξις ἐπιτιμήσεως ἐπὶ συνιέντι, percussio

increpationis ab intellegente. Deduxit a verbo חָתַת aeque ac LXX, qui habent συντρίβει. Fortasse tamen legendum est πτῆξις, coll. XVIII, 7.

ΠΛΗ'ΡΗΣ, plenus, integer. בְּלוֹ chald. *tributum vetus.* Esdr. IV, 20. ubi fortasse legerunt מְלֹא. - *בְּרִיא, *pinguis. Symm. sec. cod. Mosqu.* Gen. XLI, 5. Bene: nam sermo ibi est de *spicis.* - כְּבֶד constr. ex כָּבֵד, *gravis.* Esdr. I, 4. λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, gens plena peccatis. - מָלֵא adiect. Nehem. IX, 25. οἰκίας πλήρεις πάντων ἀγαθῶν, domus plenas omnibus bonis. Psalm. LXXIII, 10. πλήρεις. Lege πλήρους, sc. ποτηρίου. Vulg. *aquae pleni*, sc. *calicis.* Ezech. XXVIII, 12. πλήρης σοφίας, plenus sapientia. Nehem. III, 1. πόλις ἀδικίας πλήρης, urbs plena iniustitia. - מָלֵא, verbum. Iob. XXXII, 18. Hab. III, 2. Ezech. XXVI, 2. ubi legerunt מְלֵאָה. 2 Sam. XXIII, 7. ubi vera lectio esse videtur ἔσται πλήρης, ut ex parte legitur in cod. *Alex.* - מְלֹא, *plenitudo.* Exod. IX, 8. Levit. II, 2. V, 12. - עֹבֵר part. *transiens.* Cant. V, 6. 14. σμύρναν πλήρη: ubi πλήρης notionem *perfectionis* h. e. *praestantiae* habere videtur. Vide supra s. ἐπίλεκτος, ac infra s. πρωτεῖος. - פּוּרָה, *torcular.* Ies. LXIII, 3. πλήρους καταπεπατημένης. Deduxerunt sine dubio a פָּרָה, quod de *arboribus multos fructus ferentibus* adhibetur. Vide *Simonis Lex. hebr.* p. 1316. - שָׂבֵעַ, *satur.* Gen. XXV, 8. πλήρης ἡμερῶν, *plenus s. satur dierum, grandaevus.* Vide et Genes. XXXV, 29. 1 Sam. II, 5. Iob. X, 15. - שָׁלֵם, *integer.* 2 Reg. XX, 3. ἐν ἀληθείᾳ καὶ καρδίᾳ πλήρει, in veritate et corde *integro:* ubi πλήρης est i. q. τέλειος, *integer, perfectus.* Vide et 1 Paral. XXIX, 9. 2 Paral. XV, 17. XIX, 9. *Symm.* Prov. XI, 1. στάθμιον πλῆρες, pondus *plenum.* *Vulg. pondus aequum.* *Aquila* ibi τέλειον habet. Praeterea legitur Genes. XXVII, 27. ubi nihil legitur in textu hebr. *Diodorus:* τὸ δὲ πλήρους, πεπληρωμένου βλαστημάτων εὐωδεστάτων. Dan. IV, 25. sec. cod. *Chis.* πλήρης ὁ χρόνος σου. Dan. V, 31. πλήρης τῶν ἡμερῶν. 1 Maccab. VIII, 25. καρδίᾳ πλήρει, *summa cum fide, omnibus viribus.* Vnde apparet, πλῆρες quandoque notare *id, quod tale est, quale esse debet, perfectum, et cui ad iustum numerum nihil deest.* Sap. V, 22. πλήρεις χάλαζαι, *graves grandines.*

ΠΛΗ'ΡΗΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, plenus fio. שָׂבַע, *satior.* Iob. VII, 4.

ΠΛΗ'ΡΗΣ ΕΙ'ΜΙ', plenus sum. מָלֵא, verbum. Iud. XVI, 28. - שָׂבַע, *satior.* 2 Par. XXIV, 15. Ies. I, 11.

ΠΛΗΡΟΦΟΡΕ'ΟΜΑΙ, plene persuasus sum, plenam fiduciam habeo, it. plenus sum. מָלֵא. Cohel. VIII, 11. ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν, plenum est cor filiorum hominis in illis ad faciendum malum. *Drusius* ad h. l.: Quid autem hoc sit, explicat *Sym-*

machus per haec verba: *ἀφόρῳ καρδίᾳ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων κακουργοῦσιν*, et eum secutus noster: *absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Aquila* vero reddit: *ἐτόλμησαν*. Quo respexit forte *Tremellius* vertens: *idcirco provehit animus hominis eo audaciae illos.* Nam מָלֵא active sumitur in hac phrasi Esth. VII, 5. אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ, *qui replevit cor suum*, h. e. *qui eo audaciae processit.*

ΠΛΗΡΟ'Ω, impleo, repleo, compleo. דָּרַךְ, *calco. Symm.* Psalm. LXIII, 3. *ἐπλήρωσαν.* Vsus est hac voce ideo, quia in sequentibus חִצָּם, *sagittam eorum*, per τὸ τόξον αὐτῶν interpretari voluit. – הַשְׁלֵם chald. Aphel. *perficio.* Dan. V, 28. – כָּלָה: כָּלָה, Kal et Pih. idem. 2 Par. XXIV, 10. XXXVI, 22. – מָלֵא: מָלֵא, Kal et Pih. Gen. XXIX, 21. *πεπλήρωνται γὰρ αἱ ἡμέραι*, completi enim sunt dies, h. e. numerus dierum completus est, vel: *dies praeterierunt.* Vide et Genes. XXV, 24. Levit. XII, 4. XXV, 30. Num. VI, 5. et conf. *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 6. p. 176. sequ. Exod. XXXII, 29. *ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν.* Sed suspicor, corruptam esse lectionem pro *πληρώσατε*, *implete.* 1 Reg. I, 14. *πληρώσω τοὺς λόγους σου*, complebo sermones tuos, h. e. *colophonem et pondus addam* sermonibus tuis. 1 Reg. VII, 14. *πεπληρωμένος τῆς τέχνης καὶ συνέσεως*, plenus arte et prudentia. 2 Par. XXXVI, 21. *τοῦ πληρωθῆναι λόγον κυρίου*, ut *impleretur* s. *eventu comprobaretur* verbum Domini. Vide et 1 Reg. II, 27. Sic et profanis, quum res praedicta eveniebat, dicebatur *πληροῦσθαι.* Vide, quae ex *Polyaeno* et *Aristide* observat *Elsnerus* ad Marc. XIV, 49. p. 164. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. Psalm. XIX, 6. *πληρώσαι κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου*, *impleat* Deus omnia petita tua, h. e. quicquid petiisti, *faciat.* Cohel. I, 8. *οὐ πληρωθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως*, non *implebitur* auris auditu. Ex hoc loco patet, quod, cum alias genitivus huic verbo addatur, praepositio ἀπὸ intellegenda sit. Ierem. XXV, 12. *ἐν τῷ πληρωθῆναι ἑβδομήκοντα ἔτη*, cum impleti fuerint septuaginta anni, h. e. cum impletus fuerit numerus septuaginta annorum, s. cum *advenerit* annus septuagesimus. Sic Luc. II, 21. *ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν*, h. e. cum octavus dies *advenisset*, ut circumcideretur. Vide *Fesselii Advers. SS.* lib. III. c. 1. p. 192. sequ. Adde *Aquil.* 1 Reg. VIII, 24. ubi loco *πληρώσας* legendum est *ἐπλήρωσας*, ut postulat textus hebraicus. *Symm.* Iob. XXXIX, 2. *ἠρίθμησας δὲ σελήνας τοῦ πληρῶσαι αὐτὰς*, numerasti menses, quos implebunt aut implere debent, usque ad partum scilicet. Sed potest *πληρῶσαι αὐτὰς* etiam notare *ad maturitatem perducere* foetus s. embryones, hoc sensu: usque dum foetus plenae maturitatis producant. Conf. *Simonis lex. hebr.* p. 914. In universum mallem תְּמַלֶּאנָה tanquam substantivum explicare, ac apud *Symmachum* repone-

re πληρώσεως αὐτῶν. - מָלֵא, adiect. *plenus.* 2 Reg. IV, 4. Cohel. IX, 3. - מְלֹא, *plenitudo.* Levit. XVI, 15. - *מְלָא chald. Kal. Dan. II, 35. - מְמַלֵּא, *repletus.* 1 Par. XII, 15. - נָשָׂא, *attollo.* Ies. XL, 4. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται. - קֵץ, *finis.* Ierem. XXXIV, 14. - שֹׂבַע, *satietas.* Psalm. XV, 11. πληρώσεις με εὐφροσύνης, implebis me laetitia. Conf. ad h. l. *Drusium anim.* lib. II. c. 61. ubi expuncto με legendum censet: πληρώσεις εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου, ac si diceret: *Apud te laetitia est ad satietatem usque.* Sed vide Act. II, 28. ubi vulgaris lectio pariter occurrit. Conf. *Opusc. Crit.* p. 176. - שָׁרַץ, *abunde progigno.* Gen. IX, 7. - תָּמַם: הֵתַם, Kal et Hiph. *absolvo, absolvor.* Lev. XXV, 29. ἕως πληρωθῇ, usque dum impleatur, h. e. *finiatur, absolvatur* annus. Dan. VIII, 23. πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, completis peccatis illorum, h. e. *quando mensura peccatorum illorum erit completa.* Sirac. XXVI, 2. τὰ ἔτη αὐτοῦ πληρώσει ἐν εἰρήνῃ, annos eius complebit in pace, h. e. efficiet, ut ad plenam longamque aetatem cum quiete et laetitia perveniat. Conf. 1 Macc. III, 50. Sirac. XLV, 18. ἐπλήρωσε Μωυσῆς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, implebat Moses manus eius, h. e. *ministerio illum consecravit.* Conf. Exod. XXVIII, 41. XXIX, 9. Num. III, 23. et *Glassii Philol. S.* Lib. V. Tract. I. c. 4. p. 1500. 2 Macc. VII, 21. γενναίῳ πεπληρωμένη φρονήματι, virili impleta animo. 2 Macc. X, 30. ταραχῆς πεπληρωμένοι, admodum perturbati. 1 Macc. IV, 19. ἔτι πληροῦντος αὐτὰ, haec adhuc *dicente* aut *praedicante.* Conf. Rom. XV, 19. Col. I, 25. *Heinsii Exerc. Sacr.* VI, 8. p. 346. et *Wolfium* ad Rom. I, 5. p. 284. Ita *Bielius.* Est autem πληροῦντος lectio cod. *Alex.* Caeteri legunt λαλοῦντος, ut etiam *Syrus* et *Vulg.* quod glossema esse videtur difficilioris πληροῦντος. *Eichhornio Introd. in libros Apocryph. V. T.* p. 220. interpres graecus מלל et מלא invicem permutasse videtur. 1 Macc. II, 55. ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, quia *perfecit* mandatum Dei. Sap. IV, 12. τελειωθεὶς, ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακροὺς, pius mortuus, *emensus est* brevi multos annos.

ΠΛΗ'ΡΩΜΑ, plenitudo, explementum, quicquid implet vel continetur in aliquo, pugillus. אָפִיק, *alveus, fluentum.* Cant. V, 13. ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, ad plenitudines aquarum, h. e. ad plenissima fluenta. - מְלֹא. 1 Par. XVI, 31. ἡ θάλασσα σὺν τῷ πληρώματι αὐτοῦ, mare cum illo, *quod continetur in illo.* Vide et Psalm. XCV, 11. XCVII, 8. Psalm. XXIII, 1. ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, terra, et *quicquid continetur in illa.* Vide et Ierem. VIII, 16. XLVII, 2. Ita *Philoni* lib. II. de *Vit. Mos.* p. 451. animalia, quae in arca continebantur, dicuntur πλήρωμα. Et *Philostrato Heroic.* p. 717. viri armati, qui in equo Troiano continebantur, eodem vocabulo exprimuntur. Conf. et *Suicer. Thes.* T. II. p. 724.

Cohel. IV, 6. *ἀγαθὸν πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως ὑπὲρ πληρώματα δύο δρακῶν μόχθου*, melior est pugillus requiei, quam plena utraque vola laboris. *Aqu.* 2 Sam. V, 9. – *מִלּוֹא, *Millo*, nomen propr. *Aqu. Symm.* 1 Reg. IX, 15. – מִלֵּאת, *impletio.* Cant. V, 15. columbae *καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα*, sc. *ὑδάτων* (quod diserte additur in vers. *Arab.*), sedentes ad plenitudines aquarum, h. e. *ad plenissima fluenta*, ut *Vulgatus* bene transtulit. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXVIII, 17. *Hesych. πλήρωμα, πλῆθος, ἀναπλήρωμα.*

ΠΛΗ'ΡΩΣΙΣ, impletio, repletio, completio, plenitudo. מְלֹא. Deut. XXXIII, 16. – מָלֵא, adiect. *Aqu. Symm. Theod.* LXX Ierem. IV, 12. *πνεῦμα πληρώσεως ἥξει*, spiritus repletionis vel plenitudinis, h. e. ventus aestuosus, veniet mihi. *Al.* Ezech. XXXII, 15. *πληρώσει.* – מְלֹאת, verbum. Ezech. V, 2. *κατὰ τὴν πλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ συγκλεισμοῦ*, iuxta completionem dierum obsidionis, h. e. durante obsidione. Vide et Dan. X, 3. – מִלֻּאִים plur. Exod. XXXV, 21. *τοὺς λίθους τοὺς τῆς πληρώσεως*, *lapides impletionis*, h. e. *gemmas insitivas.* In *Cod. Lips. Paul.* haec verba quoque *τοῖς λοιποῖς* tribuuntur. 1 Par. XXIX, 2. – שְׁבוּעָה, *septimana.* Ierem. V, 24. *κατὰ καιρὸν πληρώσεως προστάγματος θερισμοῦ*, iuxta tempus impletionis praecepti messis, h. e. quo praeceptum messis impleri debet, seu usque ad tempus statutum plenae messis. Hic legerunt שָׂבְעָה, *satietas.* Vide ad h. l. *Montfauconium.* 3 Esdr. I, 58. *πλήρωσιν* sec. *Ald.* ubi reliqui libri *συμπλήρωσιν* habent.

ΠΛΗΣΙΑ'ΖΩ, appropinquo, familiariter ad aliquem accedo, conversor, item: *rem habeo, concumbo.* De ultimo hoc significatu vide *Gataker. Diss. de N. T. stylo* cap. XI. p. 78. 2 Macc. VI, 4. *ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις γυναιξὶ πλησιαζόντων*, illis, qui in sacris templi septis cum mulieribus *rem habebant.* Sic *Aelianus V. H.* X, 18. *μηδεμίᾳ ἄλλῃ πλησιάσαι αὐτὸν*, et ibid. *ἐπλησίασε τῇ κόρῃ.* Ita quoque legitur apud *Isocratem.*

**ΠΛΗΣΙΑ'ΚΙΣ.* כָּזֹאת, *sicut hoc.* Iud. XV, 7. sec. *Oxon.* Reponendum est sine dubio *πλειστάκις*, ut nonnulli codd. *Holm.* habent. Scripserat fortasse aliquis *πληστάκις*, unde *πλησιάκις* ortum est.

**ΠΛΗΣΙΕ'ΣΤΕΡΟΝ, propius.* 4 Maccab. XII, 3. *Zonaras Lex.* col. 1556. *πλησιέστερον, ἐγγύτερον.* Adde *Etymol. M.* 509, 8.

ΠΛΗΣΙ'ΟΝ, adverb. *prope.* אֵצֶל. Deut. XI, 30. – *מֵאֵצֶל. *Inc.* 1 Sam. XX, 41. – עַל יַד, *ad manum.* Ios. XV, 46. – מוּל, *e regione.* Deut. I, 1. – מוּל, idem. Ios. XIX, 45. – אֶל מוּל. Ios. VIII, 33. – מִמּוּל. 2 Sam. V, 23. sec. ed. *Rom.* 1 Par. XIV, 14. – מִצַּד, *e latere.* Ios. XII, 11. – בִּקְצֵה constr.

in fine. Num. XXXIII, 37. - *רֵעַ, *socius*. Ps. XXXIV, 14. ὡς πλησίον pro ὡς τῷ πλησίον, s. ὡς πλησίῳ.

'Ο ΠΛΗΣΙ'ΟΝ, sc. ὤν, *proximus*, *alter*. אָב, *pater*. Mal. IV, 6. Quia in antecedentibus libertate in vertendo usi בָּנִים per ἄνθρωπον reddiderant, etiam אֲבוֹתָם in πλησίον αὐτοῦ mutandum censuerunt. - אָח, *frater*. Gen. XXVI, 31. Levit. XXV, 14. Ioel. II, 8. *Aqu*. Iob. XLI, 8. - *הָרַע, *affligere se*. Psalm. XIV, 4. Legerunt לְהָרֵעַ cum *Symmacho*, qui formula ἑταῖρον εἶναι usus est. - חָבֵר, *socius*. *Inc*. Iud. IV, 11. - עָמִית, idem. Levit. VI, 2. XVIII, 20. XIX, 11. et alibi. Adde *Theod*. Zach. XIII, 7. - עָר, *hostis* seu, ut ab aliis vertitur, *aemulus*. 1 Sam. XXVIII, 16. ubi ex *Trommii* ac *Bielii* sententia רֵעַ legerunt, quae coniectura v. 17. quodammodo confirmatur. Sed mihi sensum expressisse videntur. Nam adversarius ille seu aemulus, de quo h. l. sermo est, erat Davides, qui secundus a rege et Saulo in regno successor constitutus erat, adeoque recte ὁ πλησίον eius dici poterat. - רֵעַ, *socius*, *amicus*. Gen. XI, 3. 7. Exod. II, 13. et alibi passim. Ierem. XXII, 13. *παρὰ τῷ πλησίον αὐτοῦ ἐργᾶται δωρεάν*. Sed legi debet *παρ' αὐτῷ ὁ πλησίον ἐργᾶται δωρεάν*, ut habet ed. *Complutensis*. - רְעוּת, *socia*. Zach. XI, 9. Conf. *Drusium Observat*. lib. VII. c. 12. Sirac. V, 12. *τῷ πλησίον*, *proxime te consulenti et interroganti*. Sir. XXXIV, 15. *τὰ τοῦ πλησίον*, *sensa animi et vota proximi*. - Vide alibi s. *ἀφαιρέω*.

'Η ΠΛΗΣΙ'ΟΝ, sc. οὖσα. רֵעָה, *socia*. Ps. XLIV, 16. - רְעוּת, idem. Exod. XI, 2. Ier. IX, 19. - רַעְיָה, idem. Cant. I, 8. 14. II, 2.

ΤΑ' ΠΛΗΣΙ'ΟΝ, sc. "ΟΝΤΑ, *quae prope sunt*. נֶגֶד, *coram*. Ezech. XLI, 16.

ΠΛΗΣΙΟ'ΧΩΡΟΣ, *finitimus*. Hinc plur' foem. πλησιοχῶραι, *finitimae regiones*. מִשְׁמַנֵּי מְדִינָה, *pinguedines provinciae*. Dan. XI, 24. ἐν πλησιοχώραις, ubi tamen alii rectius ἐν πίοσι χώραις habent. *Herodot*. III. pag. 198, 9. f.

ΠΛΗΣΜΟΝΗ', *satietas*, *saturitas*, *abundantia*. דָּשֵׁן, *pinguis*. Ies. XXX, 23. - טֹרַח, *fatigatio*. Ies. I, 14. ubi nonnullis סָרָה legisse, mihi autem de sensu tantum sollicite fuisse videntur. - רְבִיבִים plur. *guttae imbris*. Ierem. XIV, 22. εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, si coelum dabit *abundantiam* suam. - רָזוֹן, *macies*. Psalm. CV, 16. Videntur nonnullis legisse מָזוֹן, quod *cibum* et *escam* notat, sed hac coniectura non opus est. Πλησμονὴ potius est *satietas* s. *saturitas emacians* s. *tabefaciens*. - שָׂבַע, verbum, *satior*. Exod. XVI, 8. Deut. XXXIII, 23. Thren. V, 6. Hab. II, 16. πλησμονὴν ἀτιμίας, ubi legerunt שִׂבְעַת. - שָׂבָע. Gen. XLI, 31. Prov. III, 10. ἵνα πιμπλῶνται τὰ ταμιεῖά σου πλησμονῆς σί-

του, ut impleantur horrea tua abundantia frumenti. *Hesych.* πλησμοναῖς, ὑπερβολαῖς. *Aqu. Symm.* Psalm. XV, 11. – *שֹׂבַע. Exod. XVI, 3. ἠσθίομεν ἄρτους εἰς πλησμονὴν, comedimus panes ad *satietatem.* Levit. XXV, 19. XXVI, 15. – שָׂבְעָה. Ies. LV, 2. LVI, 11. Ezech. XXXIX, 19. – *שִׂבְעָה. Ezech. XVI, 48. – *שִׁבְעָה, *septem. Aqu. Symm.* Gen. XXVI, 33. Legerunt שָׂבְעָה. Contra Psalm. XVI, 11. *Symmachus* שֶׁבַע ἑπτὰ transferens legit שֹׂבַע. Idem valet de loco Prov. XXVI, 16. ubi LXX legerunt מִשָּׂבְעָה. Non tamen repugnarem, si quis in utroque loco *numerum septenarium* pro *eo, quod est copiosum*, positum existimare mallet. – שְׁבוּעָה, *iuramentum.* Ies. LXV, 15. Legerunt שִׂבְעָה, aut שָׂבְעָה. Vide ad h. l. *Montfauconium.* Praeterea legitur in *Ed. Quinta* Hos. VII, 14. ubi nihil ei respondet in textu hebraico. Sir. I, 20. πλησμονὴ σοφίας, *summa sapientia.*

'ΕΝ ΠΛΗΣΜΟΝῌ͂ ΕἸΜΙ', *in satietate sum, h. e. satur sum.* שָׂבֵעַ, *satur.* Prov. XXVII, 7.

ΠΛΗ'ΣΣΩ, s. πλήττω, *percutio, caedo.* הִכָּה Hiph. a נָכָה. Exod. IX, 32. 38. Ios. VII, 5. sec. *Compl.* Ies. I, 5. et alibi. *Aqu.* 2 Sam. I, 1. πλήσσων, *postquam percusserat.* Idem Mich. V, 1. Gen. IV, 15. et XIV, 17. ubi notat *interficere.* Vide supra s. v. πατάσσω. Ps. CI, 4. ubi legendum est ἐπλήγη in tertia persona, quomodo et *Augustinus* legit, et aliqui codd. lat. *percussum est, ut foenum.* – הִכְרִית Hiph. *exscindo.* 1 Reg. XIV, 14. – *חִכָּה, *exspecto. Symm.* Iob. XXXII, 4. Legit הִכָּה. – חָתַם, *obsigno. Aqu.* Iob. XXXIII, 16. Scilicet pro יַחְתֹּם legit יְחִתֵּם, a חָתַת, *consternare aliquem*, quam lectionem quoque secuti sunt *LXX, Syrus et Lutherus.* – *יָרָה, *proiicio, iaculor.* 2 Sam. XI, 20. 22. πληγήσεσθε sec. *Compl.* Permutatur ibi in codd. cum τοξεύειν. – נָגַף, *plaga afficio. Al.* Iud. XX, 36. ἐπλήγησαν. – נָכֶה, *percussus.* 2 Sam. IV, 4. et IX, 3. πεπληγὼς τοὺς πόδας, *percussus pedibus*, h. e. *claudus.* – נְכֵאָה foem. *attrita. Aqu.* Prov. XVII, 22. πνεῦμα πεπληγμένον, *animus tristis. Theod.* Prov. XVIII, 14. πνεῦμα πεπληγμένον, *animum desperantem de se et auxilio. Vulgatus* male: *spiritum ad irascendum facilem.* Opponitur enim τῷ רוּחַ, h. e. *animo bono et forti*, ac LXX habent ὀλιγόψυχος. – נָפַל, *cado.* 2 Sam. I, 12. 2 Par. XXIX, 9. Vtrobique πλήσσειν *interficere* notat. – עִוֵּת Pih. *perverto. Al.* sec. *Schol.* Iob. XIX, 6. ἔπληξέν με. Hoc ex *Origene* desumtum, qui ita scribit: ὁ Ἑβραῖος ἔπληξεν ἔχει. Arab. عاث est πλήσσειν, *percutere, ictus infligere.* Conf. *Schultensii Opera minora* p. 43. – פִּלַּח Pih. *disseco.* Prov. VII, 23. τοξεύματι πεπληγώς. – שָׁדַד, *vasto.* Ierem. XLIX, 27. – שׁוֹבֵב Pih. a שׁוּב, *restituo*, it. *perverto. Al.* Ies. LVIII, 12. Vide et Sap. XIX, 16.

ΠΕΠΛΗΓΩ'Σ 'ΕΚΤΕΙ'ΝΟΜΑΙ, *percussus s. ictus extendor.* נָשַׁךְ, *mordeo.* Prov. XXIII, 32. ὑπὸ ὄφεως πεπληγὼς ἐκτείνεται, *ictus* a serpente extenditur.

ΠΛΙΝΘΕΙ'Α, *laterum coctio, laterum formatio, lateritium opus.* לְבֵנָה, *later.* Exod. I, 14. V, 18. 19. *Suidas:* πλινθεία, ἐκ τοῦ πλινθεύω, πλίνθευσις.

ΠΛΙΝΘΕΙ'ΟΝ, *laterculus*, it. *figlina laterum, locus, ubi formantur lateres.* לְבֵנָה. *Symm.* Ezech. IV, 1. *Hieronymus: Pro latere, qui graece dicitur foem. gen.* ἡ πλίνθος, *Symmachus manifestius interpretatus est* πλινθεῖον, *quem nos laterculum et abacum appellare possumus. In cuius pulvere Geometrae* γραμμὰς, *i. e. lineas radiosque describere solent.* — מַלְבֵּן, *fornax lateraria. Symm.* Nah. III, 14. *Suidas* ex *Harpocratione:* πλινθεῖον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ οἱ πλίνθοι πλάττονται. οὕτω Λυσίας.

ΠΛΙΝΘΕΥ'Ω, *lateres formo* seu *fingo*, q. d. *laterifico;* לָבַן, idem. Gen. XI, 3.

ΠΛΙΝΘΙ'Α, i. q. πλινθεία, *laterum formatio.* לְבֵנָה. *'Al.* Exod. V, 16. - מַלְבֵּן. *Reliqui* Ierem. XLIII, 9. - כְּרִי, nomen propr. *Inc.* 2 Sam. XX, 24. N. L.

ΠΛΙ'ΝΘΙΟΝ, vel ΠΛΙΝΘΙ'ΟΝ, i. q. ΠΛΙΝΘΕΙ'ΟΝ, *locus, ubi formantur lateres, figlina laterum*, item: *laterculus.* *לְבֵנָה. *Symm.* Ezech. IV, 1. *laterculum. Vulg. laterem.* LXX πλίνθος. Est ergo i. q. πλίνθος. Vide ad h. l. *Montf.* — מַלְבֵּן, *fornax lateraria.* 2 Sam. XII, 31. Masorethae nempe loco textualis מַלְכֵּן h. l. legendum praecipiunt מַלְבֵּן, quam lectionem LXX plerisque secuti esse videntur. *Menochii* de h. l. coniecturam, parum tamen probabilem, vide apud *Lydium* de *re milit.* p. 197. Οἱ λοιποὶ Ierem. XLIII, 9. *Vulg. quae est sub muro latericio.* — *כְּרִי, nomen propr. *Inc.* 2 Sam. XX, 25. N. L.

ΠΛΙ'ΝΘΟΣ, *later.* *לְבָנָה, *luna.* Ies. XXIV, 23. Legerunt לְבֵנָה, quod hanc significationem habet. — לְבֵנָה. Gen. XI, 3. Exod. V, 16. Ies. IX, 10. et alibi. — מַלְבֵּן, *fornax lateraria.* Nahum. III, 14. ὑπὲρ πλίνθον. Legerunt fortasse מַלְבֵּן.

'ΑΛΟΙΦΗ' ΠΛΙ'ΝΘΟΥ, *deletio lateris.* לִבְנוֹת, *ad aedificandum.* Mich. V, 11. Legerunt לְבֵנוֹת.

ΠΛΙΝΘΟΥΡΓΙ'Α, *laterum confectio* seu *coctio*, q. d. *laterificium*, a πλινθουργὸς, *qui lateres conficit vel construit.* לָבַן, *lateres formo.* Exod. V, 14. — לְבֵנָה, *later.* Exod. V, 8. ubi vide var. lect. — לָבַן לְבֵנָה, Exod. V, 7.

ΠΛΟΙ'ΟΝ, *navigium, navis.* אֳנִי. Ies. XXXIII, 21. — אֳנִיָּה. Gen. XLIX, 13. Deut. XXVIII, 68. Iud. V, 17. et alibi saepius. — כָּתֵף, *humerus*, it. *littus.* Ies. XI, 14. ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων. Ita ex ingenio interpretati sunt. *Michaelis Suppl.*

p. 1384. suspicatur, LXX humeros pro alis accepisse, alas autem de velis navigiisque. - *מֵזַח, *cingulum*. Ies. XXIII, 10. πλοῖα οὐκέτι ἔρχονται. Aut sensum expresserunt (nam naves copiosae in portu cingulum dici possunt) aut extulerunt מָזַח, a זָחַח, زحّ, *impulit*, *navis*, quod remis impellitur. - סְפִינָה, *navis*. Ion. I, 5. - צִלְצַל, *umbrosa densa*, it. *fuscina*, *navigium parvulum*, *phaselus*. Iob. XL, 26. ἐν πλοίοις ἁλιέων, in navibus piscatorum. Ies. XVIII, 1. οὐαὶ γῆς πλοίων πτέρυγες (Ed. *Compl.* rectius πτερύγων), vae terrae navium alarum. Conf. *Iac. Hasaei* Diss. in *Bibl. Brem. Class.* V. p. 572.

ΠΛΟ'ΚΑΜΟΝ, *crinis contortus arte et plexus*, *plexura*, *cincinnus*. עֲנָק, *torques*. *Aqu.* Cant. IV, 9.

**ΠΛΟ'ΚΑΜΟΙ*, sec. *Gloss. Vett.* *crines*, *caesaries*, *crinis plexi et intorti*. 3 Maccab. I, 5. τοὺς πλοκάμους λελυμένη, *crinibus* solutis. *Hesych.* πλόκαμοι, κόνδυλοι τριχῶν πεπλεγμένοι. *Phavor.* πλόκαμοι, αἱ μακραὶ τρίχες αἱ ἐπιτήδειοι οὖσαι εἰς τὸ πλέκεσθαι, παρὰ τὸ πλέκω. *Homer. Il.* ξ'. 176.

ΠΛΟΚΗ', *implicatio*, *plicatura*, *nexus*, *contextus*. עֲבֹת sing. *contortum*. Exod. XXVIII, 14. ἔργον πλοκῆς, opus *plexile*. Ita redditur *Braunio* de *Vestitu sacerd. hebr.* lib. II. c. 7. §. 461. p. 486. - צְפִירָה, *matutinum tempus*, *cidaris*. *Theod.* et LXX Ezech. VII, 7. 10. Conf. quae ex *Hieronymo* affert *Drusius* in *Fragm. Vet. Intt. Graec.* p. 577. Voce etiam utitur *Symmachus* 1 Reg. VI, 18. sed asserente *Montfaucono* vix intellegitur, quam ibi vocem hebr. exprimere voluerit.

ΠΛΟ'ΚΙΟΝ, *capillus plexus*, *cincinnus*, *cirrus*. דַּלָּה, *vitta*, it. *cincinni*. Cant. VII, 5. ubi *Schol.* ἡ διακόσμησις. *Suidas* Πλόκιον Γοργόνος interpretatur πλόκαμον τῆς Γοργόνος. Apud *Hesychium* πλόκιον exponitur εἶδος περιδεραίου, ac apud *Photium* ἁλύσιον χρυσίου πλοκή.

ΠΛΟ'ΟΣ, contr. πλοῦς, *navigatio*. Sap. XIV, 1.

ΠΛΟΥ'ΣΙΟΣ, *dives*, *opulentus*. אִישׁ, *vir*. Prov. XIX, 22. πλούσιος, quippe e regione πτωχοῦ. - גָּדוֹל, *magnus*. Esth. I, 20. גדול quandoque est *magnus opibus et divitiis*, v. c. 1 Sam. XXV, 2. et Iob. I, 3. - הֶעֱשִׁיר Hiph. *ditesco*. Prov. XXIII, 4. πλουσίῳ. Bene quoad sensum. - חָצֵר, *atrium*. Psalm. IX, 30. μετὰ πλουσίων. Pro חֲצֵרִים nonnullis ibi legisse videntur עֲשִׁירִים, affinem quodam modo vocem, saltem quoad pronuntiationem: aliis vero עָרִיצִים, aut פָּרִיצִים, *latrones ac praedones*, *divites ex alienis bonis*. Sunt etiam, qui statuunt, eos חֲצֵרִים accepisse non in significatione *villarum*, sed *atriorum*, quae plerumque adhaerebant divitum domibus et magnatum palatiis, ac sensum expressisse. Ita et *Chald.* et *Symmachus*. Conf. *de Muis* ad h. l. Mihi vero

significatio πλουσίων petita videtur ab Arab. خضر, *floruit.* - *חָרוּץ, *solers, sedulus, expeditus. Symm.* Prov. XII, 24. Videtur legisse עָרִיץ, aut respexisse notionem *auri*, quam habet substantivum חָרוּץ. - כָּבֵד, *gravis*, it. *dives*. Gen. XIII, 2. - כְּפִיר, *leo iuvenis*. Psalm. XXXIII, 10. ubi vel legerunt כַּבִּירִים, vel, quod magis placet, cum *Vulg.* et *Syro* כְּפִירִים improprie de *hominibus divitibus* s. *potentibus, suis viribus ut leones fidentibus* acceperunt. - *מַסְגֵּר, *inclusor*, a rad. סָגַר, arab. سجم, *claudere*. Ierem. XXIV, 1. τοὺς δεσμώτας καὶ τοὺς πλουσίους. Duae h. l. versiones coaluerunt. Posterioris auctor an mera coniectura usus fuerit, aut de thesauris inclusis cogitaverit, aut denique in mente habuerit notionem *auri*, quam habet סְגוֹר, equidem divinare non valeo. Vide *Boysenii nott. critt. ad textum hebr.* P. X. p. 574. - עַלִּיז, *exultabundus*. Ies. XXXII, 13. - עָשִׁיר, *dives*. Ruth. III, 10. 2 Sam. XII, 1. 2. Iob. XXVII, 19. et alibi. - שָׁאוֹן, *strepitus*. Ies. V, 14. Forte hic legerunt שַׁאֲנָן. - שַׁאֲנָן, *tranquillus*. Ies. XXXII, 9. XXXIII, 20. Videtur vox hebraica *divitiarum* aut *abundantiae* notionem olim habuisse. Conf. Ierem. XXX, 10. et Ies. XXXII, 18. ac ibi versiones graecas. 3 Esdr. III, 31. πλούσιος dicitur, qui sibi dives videtur, adeoque partim sua sorte contentus, partim arrogans est. *Hesychius:* πλούσιος, χρημάτων καὶ περιουσίας κύριος. Vide supra s. v. οὐσία, et *Suiceri Thes.* T. II. pag. 759.

ΠΛΟΥΤΕ'Ω, dives sum, ditesco. אִשֵּׁר Pih. *felicem praedico.* Prov. XXXI, 28. ἐπλούτησαν. Sine dubio legerunt יַעְשְׁרוּ. Forte etiam scribendum est ἐπλούτισαν αὐτήν. - הוֹן, *opes*. Prov. XXVIII, 22. - עָשִׁיר, *dives*. Exod. XXX, 15. Cohel. V, 11. - עָשַׁר: הֶעֱשִׁיר, Kal et Hiph. Psalm. XLVIII, 17. Ierem. V, 27. Dan. XI, 2. πλουτήσει πλοῦτον (pro κατὰ πλοῦτον) μέγαν, *abundabit divitiis magnis*. Hos. XII, 8. πεπλούτηκα, dives factus sum. Vide et Zach. XI, 5. et conf. Apoc. III, 17. *Aquila* Prov. XXIII, 4. τοῦ πλουτῆσαι, ut ditescas. *Aquila, Symmachus, Theod.* Prov. XXI, 17. οὐ πλουτήσει, non ditescet. *Al.* Prov. XXVIII, 20. σπεύδων τοῦ πλουτεῖν, festinans ad ditescendum. - פָּרַץ, *erumpo*. Genes. XXX, 44. ἐπλούτησεν. Bene. Nam etiam vox hebr. h. l. de opibus mirum in modum auctis explicanda est.

ΠΛΟΥΤΙ'ΖΩ, divitem facio, dito. *דֻּשַּׁן, *impinguor*. Prov. XIII, 4. sec. cod. *Biörnstahl.* πλουτίζουσιν, ubi libri impressi habent ἐν ἐπιμελείᾳ. - הֶעֱשִׁיר, Hiph. Gen. XIV, 23. 1 Sam. II, 7. Iob. XV, 29. et alibi saepius. Sirac. XIX, 1. οἱ

πλουτισθήσεται, *non locupletabitur*, h. e. per miosin, *depauperabitur*.

ΠΛΟΥΤΙ'ΖΟΝΤΕΣ 'ΕΑΥΤΟΥ'Σ, *ditantes se ipsos*. מִתְעַשֵּׁר, Part. Hithp. Prov. XIII, 7. ubi sermo est de externa ostentatione vel simulatione opulentiae.

ΠΛΟΥ'ΤΟΣ, *divitiae*, it. *multitudo*. אֱמוּנָה, *fides*. Ps. XXXVI, 5. Diversae sunt virorum doctorum de h. l. sententiae. Plerique statuunt, eos legisse הֲמוֹנָה, quia הָמוֹן *divitias* aliquando notat. *Lud. de Dieu* ad h. l.: Legisse videntur אֱמוּנָה cum affixo foem. referendo ad אֶרֶץ, אמון autem accepisse pro *fidissimo*, *firmissimo* ac *tutissimo terrae bono*, per quod *divitias* intellexerint. Idem fere statuit *Buxtorfius* in *Anticrit.* pag. 632., nempe eos אֱמוּנָה et אמון hoc sensu potius accepisse, ut sit i. q. מָמוֹן, quod haud pauci ab אָמַן dici putant, quod homines plerumque in iis confidant. Vide quoque *Schultensii Opera minora* p. 185. – אֲנִיָּה, *moestitia*. Ies. XXIX, 2. Videtur ad navim onustam mercibus et opibus respexisse interpres male oculatus. – אוֹצָר, *thesaurus*. Ies. XXX, 6. – הוֹן. Ps. CXVIII, 17. Prov. XIII, 7. XIX, 4. et alibi. Adde *Symm.* Prov. I, 13. – הָמוֹן, *multitudo*. Ps. XXXVI, 17. ubi *divitias* notat. Ies. XVI, 14. *ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα Μωὰβ παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ*, evilescet gloria Moab cum omni *multitudine* magna. Ies. XXIX, 5. *ὁ πλοῦτος τῶν ἀσεβῶν*, *multitudo* impiorum. Sequitur enim *τὸ πλῆθος τῶν καταδυναστευόντων σε*. Ies. XXIX, 7. *ὁ πλοῦτος ἁπάντων τῶν ἐθνῶν*, *multitudo* omnium gentium. Vide et v. 8. Ies. XXXII, 14. LX, 14. et conf. *L. Bos Proleg. ad LXX Intt.* c. 3. ubi observat, familiare videri LXX Intt. *Iesaiae*, ut *πλοῦτος* usurpent pro *πλῆθος*, hocque imitatum esse Apostolum Rom. XI, 12. – הֶעֱשִׁיר, Hiph. Prov. XXI, 17. *εἰς πλοῦτον*. Excidit hic ante *εἰς* particula *οὐκ*, nam in textu hebr. legitur לֹא יַעֲשִׁיר, ut adeo *Grabius* recte edidisse videatur *οὐ πλουτήσει*, ut *Symm.* ac *Theod.* habent. – *חֹסֶן, *divitiae*, *opes*. *Symmach.* Ies. XXXIII, 6. – חַיִל, *copiae*. Iob. XXI, 7. XXXI, 25. Ies. XXX, 6. – כָּבוֹד, *gloria*. Ies. LXI, 6. ubi nonnullis loco Daleth legisse videntur Resch. כָּבַר est *multus fuit*, *magnus fuit numero et multitudine*. Sed eandem quoque notionem habet hebr. כָּבֵד. Conf. Gen. XXXI, 1. et *Cicer. Catilin.* II, 8. – לֶחֶם, *panis*, *cibus*, et *omne*, *quod est ad vitam sustentandam necessarium*. *Al.* Prov. XXI, 14. – עָשִׁיר, *dives*. Mich. VI, 12. – עֹשֶׁר. Gen. XXXI, 16. 1 Sam. XVII, 25. 1 Reg. III, 11. et alibi saepius. – פָּרָשָׁה, *explicatio*. Esth. X, 2. *πλοῦτον*. Ita ex ingenio h. l. interpretati sunt. – שַׁאֲנָן, *tranquillus*. Ies. XXXII, 18. Vide supra s. v. *πλούσιος*. – *שַׁד, *mamma*. Ies. LX, 16. *πλοῦτον βασιλέων φάγεσαι*. Non male quoad sensum. – שֶׁפַע, *abundantia*. Deut. XXXIII, 19. Sap. XXIV, 17. *πλούτου*, ubi de vitibus sermo est, ac *πλοῦτος omnem copiam*

ac abundantiam notat *Vulg. honestatis*, h. e. *divitiarum*, ubi vulgo *honestos* vocamus *divites* et *opulentos*. Sic quoque ib. XXXIV, 1.

ΠΛΟΥ͂ΤΟΣ ἌΔΙΚΟΣ, divitiae iniustae s. male partae. חַיִל, *copiae*. Iob. XX, 15. Sed ibi ἄδικος (malim equidem legere ἀδίκως) potius cum συναγόμενος coniungendum est, ut utraque vox ad בָּלַע, *deglutivit*, referenda sit. - Vide quoque alibi αὐθάδεια.

ΠΛΥ'ΝΩ, lavo, et ad *vestes* proprie pertinet: de *corpore* enim νίπτειν et λούειν adhibetur. הֵדִיחַ, Hiph. a דּוּחַ, *lavo, abluo. Theod.* et LXX Ezech. XL, 38. - *יָקָר, *pretiosus*. Ps. XXXV, 8. ὡς ἔπλυνας τὸ ἔλεός σου. Ita legitur vitiose in *Hexaplis Montfauconii*. Sed legendum potius est ἐπλήθυνας, ut habent omnes codd. ac editt. vers. *Alex. Bahrdtius* coniicit, λ positum esse pro τ et verbum πτύω respici, quo exprimunt alias τὸ רָק, *spuit*. Inepte. Vide supra s. v. πληθύνω. - כִּבֵּס, Pih. Gen. XLIX, 11. Exod. XIX, 10. 14. Lev. VI, 27. πλυθήσεται sec. *Vat.* Legendum πλυνθήσεται. Conf. ib. XIII, 55. et 58. - רָחַץ. Exod. XXIX, 17. Levit. I, 9. 14. - שָׁטַף, *immergendo abluo*. Ez. XVI, 9. ἔπλυνα τὸ αἷμά σου ἀπὸ σου, *ablui* te sanguine. *Al.* Lev. XV, 12.

ΠΛΥ'ΣΙΣ, lotio. רַחַץ, idem. *Syrus* Ps. LIX, 8. *Strabo* X. p. 685. A. *Eustath.* in Il. χ'. p. 1362, 47.

ΠΛΩΤΟ'Σ, qui navigio vehitur, it. *navigabilis*, seu *navibus pervius*, etiam *natabilis*, a πλώω, *navigo*. Iob. XL, 26. πᾶν δὲ πλωτὸν, sc. ἔθνος, omnis autem gens, *quae navigio vehitur*. In hebr. textu nihil pro hac voce legitur. Ita *Bielius*. Mihi autem libere vertisse videntur, ut verbis πᾶν δὲ πλωτὸν συνελθὸν expresserint hebr. בְּשֻׂכּוֹת, et per τὸ πλωτὸν intellexerint *navigium piscatorium*. Vide infra s. σκηνή. 2 Macc. V, 21. τὴν γῆν πλωτὸν θέσθαι, terram *navigabilem* reddere. *Suidas et Hesych.* πλωτὸν, πλεόμενον. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* exponitur νηχόμενον. *Glossae MSS. in Iobum:* πλωτὸν, τὸ πλέον, τὸ νηχόμενον. Adde *Strabon.* VI. p. 405. A. *Hippocrat. de flat.* p. 296, 43. πλωτὰ ζῶα.

ΠΝΕΥ͂ΜΑ, ventus, spiritus, anima, animus, animi praesentia, it. *ira*. *הוֹד, *vis*. Dan. X, 8. sec. cod. *Chis. Michaelis* ad h. l. p. 21. censet, interpretem per הוד intellexisse *animam*; ad quam tamen significandam Hebraei non voce הוד, sed כָּבוֹד uti solent. Probabilior est coniectura *Segaarii* ad h. l., πνεῦμα ad ultimam vocem כֹּחַ pertinere, pro qua רוּחַ legerint. - הֵרִיחַ, Hiph. a רִיחַ, *olfacio*. Ies. XI, 3. Hic legerunt רוּחַ. - חַיִּים, plur. *vita*. Ies. XXXVIII, 12. - מַחֲנָק, *strangulatio*. Iob. VII, 15. ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου, *separabis a spiritu meo animam meam*: ubi *Doederleinius* coniecit legendum ἀποπνευματισμοῦ, *suffocationis, spiritus interclusionis*. Sed longe facilior est coniectura

Bahrdtii, qui in Spec. II. *provident. in Iob.* p. 5. πνίγματος legere mavult. - נְשָׁמָה, *anima.* 1 Reg. XVII, 17. οὐχ ὑπελείφθη ἐν αὐτῷ πνεῦμα, non relinquebatur in illo anima. Dan. X, 17. sec. cod. *Chis. Suidas:* πνεῦμα, ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου. Sic passim etiam apud profanos. Vide *Vorstii Philol. Sacr.* P. II. c. 22. - רוּחַ. Gen. VI, 17. πνεῦμα ζωῆς, spiritus vitae. Vide et Gen. VII, 15. Gen. VIII, 1. ἐπήγαγεν ὁ θεὸς πνεῦμα ἐπὶ τὴν γῆν, adducebat Deus *ventum* super terram. Vide et Cohel. XI, 5. Ies. VII, 2. XI, 15. *Symm.* Gen. III, 8. et ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. c. 5. p. 305. Profani etiam πνεῦμα de *vento* adhibent. Vide auctores, quos citat *Wolfius* ad Ioh. III, 8. p. 814. Num. XXVII, 16. ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων, Deus *spirituum.* Iud. III, 10. πνεῦμα κυρίου, spiritus Domini. Iud. VIII, 3. ἀνῆκε τὸ πνεῦμα αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, remisit *ira* illorum ab eo. *Aqu. Theod.* Prov. XVIII, 14. πνεῦμα ἀνδρὸς, *iram* hominis. Sic et πνεύειν notat aliquando *irasci. Hesych.* πνεύσας, ὀργισθεὶς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνέμων. *Suidas*: πνεύσας, σφοδρῶς ὀργισθείς. Et verba *Homeri* Il. γ'. v.8. μένεα πνείοντες, parva scholia exponunt: μετὰ πολλῆς δυνάμεως καὶ ὀργῆς. Conf. *Elsnerum* ad Act. IX, 1. p. 399. Ios. II, 11. οὐκ ἔστη ἔτι πνεῦμα ἐν οὐδενὶ ἡμῶν, non erat amplius *animus* in aliquo nostrum, h. e. summo timore eramus perterriti, et fere exanimati. Iud. IX, 23. πνεῦμα πονηρὸν, spiritus malus. Vide et 1 Sam. XVI, 14. Ps. X, 7. πνεῦμα καταιγίδος, *ventus procellosus*, *turbo.* Vide et Ps. CXLVIII, 8. et conf. Sirac. XLIII, 20. Ezech. XI, 19. πνεῦμα καινὸν δώσω αὐτοῖς, spiritum novum dabo vobis. *Suidas:* πνεῦμα δώσω αὐτοῖς, πνεῦμα καινόν. οὐ τὸ πανάγιον λέγει, ἀλλὰ τοῦ λογικοῦ τὴν ὁρμήν. *Aqu. Theod.* Prov. XVIII, 14. ubi πνεῦμα est *animus bonus* et *fortis* vi oppositionis. Sirac. IX, 9. πνεύματι, ubi *Vulgatus sanguine* vertit, non quod αἵματι legerit, sed quod sensum expresserit. Habet tamen αἵματι quoque *Clemens Alex.* II. *Paed.* c. 7. p. 257. Sap. IX, 17. πνεῦμα ἅγιον, *sapientia insignis*, coll. Ies. XI, 2. Deus dicitur ἐγείρειν τὸ πνεῦμα τινὸς, *quando aliquem promtum et alacrem ad aliquod negotium suscipiendum reddit*, aut *quando consilium et voluntatem alicuius rei efficiendae suppeditat.* 3 Esdr. II, 2. ἤγειρε κύριος τὸ πνεῦμα Κύρου, h. e. *animo* Cyri *indidit consilium* reaedificandi templi Israelitis, coll. ib. v. 8. 9. et VIII, 25. *Additam. ad Dan.* XIII, 44. Sap. V, 23. *ventus*, *turbo*, i. q. λαῖλαψ in altero membro, coll. Sir. XXXIX, 28. - Sap. V, 11. *aer,* i. q. ἀὴρ in antecedentibus, coll. XVII, 18. Sap. XI, 20. ἑνὶ πνεύματι, *uno halitu* s. *iussu divino.* Iudith. XIV, 6. ἐξελύθη τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, h. e. *animi deliquium passus est*; nam erectus iterum statim se refecisse dicitur. Iudith. XVI, 17. ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου est i. q. in antecedentibus εἶπας. Vtrumque de *efficaci Dei voluntate* explicandum est. 3 Macc.

VI, 24. *vita*, coll. 2 Macc. VII, 22. 23. Susann. v. 45. *vis et virtus animi.* Sap. I, 17. πνεῦμα θεοῦ, *Deus.* Sap. V, 3. διὰ στενοχωρίαν πνεύματος στενάζοντες, acerrimo dolore correpti. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πνεῦμα, ἄγγελος, ψυχὴ, ἄνεμος, δαίμων.

ʽΥΠΟ' ΠΝΕΥ'ΜΑΤΟΣ ΦΕΡΟ'ΜΕΝΟΣ, *a vento agitatus.* יָבֵשׁ, *siccus, aridus.* Iob. XIII, 25. χόρτος ὑπὸ πνεύματος φερόμενος haud differt a *stipula arida.* - Vide alibi θυμὸς et ὑψηλός.

ΠΝΕΥ'ΜΑΤΟΦΟΡΕ'ΟΜΑΙ, *vento agitor.* שָׁאַף רוּחַ, *haurio ventum.* Ierem. II, 24. ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο, in concupiscentiis animae suae quasi vento ferebatur. Libere transtulerunt. Nam *haurire ventum*, quod in textu legitur, est *anxie spiritum ducere.* Vide s. v. πνευματοφόρος.

ΠΝΕΥΜΑΤΟΦΟ'ΡΟΣ, *qui spiritu fertur* vel *vento agitatur.* פֹּחֲזִים, plur. *instabiles, leves.* Sophon. III, 5. *Montfauconius Hieronymum* secutus explicat: *portantes spiritum*, h. e. *spiritu malo correpti*, unde *Aquilae* ἐνθουσιαζόμενοι dicuntur. Potest etiam verti *insani, qui libidine vehementissima et stolidissima reguntur*, unde πνευματοφορεῖν est *insanire.* Mihi vero videntur esse *a vento portati et abrepti*, h. e. *ita leves, ut nullo negotio a levissima aura huc et illuc rapiantur, desultorii, leves.* Conf. Matth. XI, 7. et *Pearsoni Praefat. in LXX Intt.*

ʼΑΝΘΡΩΠΟΣ ΠΝΕΥΜΑΤΟΦΟ'ΡΟΣ, *homo spiritu ductus*, seu: *qui afflatu numinis instinctus et agitatus fertur.* אִישׁ רוּחַ, *vir spiritus.* Hos. IX, 8. ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος, ὥσπερ ὁ προφήτης, homo spiritu ductus tanquam propheta. Conf. 2 Petr. I, 21. et *Suiceri Thes.* T. II. p. 786.

ΠΝΕΥ'ΜΩΝ, *pulmo, quo respiramus.* דְּבָקִים, plur. *commissurae.* 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33. Per commissuras loricae sine dubio aditus patebat ad pulmones.

ΠΝΕ'Ω, *flo, spiro.* נָפַח, idem. *Symm. Theod.* Gen. II, 7. ἔπνευσε, *inspirabat.* - נָשַׁב : הִשִּׁיב, Kal et Hiph. Psalm. CXLVII, 7. *Symm. Theod.* et LXX Ies. XL, 8. - נָשַׁף. Ies. XI, 24. 2 Macc. IX, 7. πῦρ πνέων τοῖς θυμοῖς ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, ignem *spirans* animo in Iudaeos. Sic a *Xenophonte* animosi et feroces hostes πῦρ πνέοντες *Hist. Gr.* lib. VII. c. 5. §. 12. dicuntur, observante *Raphelio* annotatt. ex eodem ad Act. IX, 1. p. 154. *Eurip. Phoen.* v. 883. ἐκ δ' ἔπνευσ' αὐτοῖς ἀράς. Apud eundem θυμοῦ πνοαὶ v. 457. Vide quoque supra s. v. πνεῦμα.

ΠΝΙΓΜΟ'Σ, *suffocatio, strangulatio.* Sirac. LI, 6. *Hipp. de humor.* p. 49, 46. *Athen.* p. 227. C.

ΠΝΙ'ΓΩ, *suffoco, praefoco, ango.* בָּעַת, Pih. *perterreo.* 1 Sam. XVI, 14. ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν, *angebat*

illum spiritus malus. Vide et v. 15. Ita *Bielius*. Sed in utroque loco per *exagitare* aut *vexare* reddendum est.

ΠΝΟΗ', *flatus*, *halitus*, *respiratio*, *ventus*, *spiritus*, item *ruptura*, *rima*, *quod ventus per illam spirare possit.* נֶפֶשׁ, *anima*. Prov. XXIV, 12. - נְשָׁמָה. Gen. II, 7. ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, inflabat in faciem eius *halitum* vitae. Ies. XLII, 5. διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ, dans *halitum* populo. Conf. Act. XVII, 25. Iob. XXXVII, 10. ἀπὸ πνοῆς ἰσχυροῦ δώσει πάγος, per halitum Dei, h. e. *ventum frigidum*, existit glacies. Conf. Act. II, 2. et ad h. l. *Wolfium* p. 1020. - פֶּרֶץ, *ruptura*. Nehem. VI, 1. οὐ κατελείφθη ἐν αὐτοῖς πνοὴ, non relinquebatur in illis *ruptura* vel *rima*. - רוּחַ, *spiritus*. Gen. VII, 22. Prov. I, 22. XI, 13. ubi animum hominis notat et *Aquila* ac *Symmach*. πνεῦμα habent. Ies. XXXVIII, 16. - נִשְׁמַת רוּחַ, *halitus spiritus*. Gen. VII, 22. *Hesych*. πνοὴ, ἀνάψυξις.

*ΠΝΟΗ͂Σ ῬΗ͂ΣΙΣ. רוּחַ. Prov. I, 23. Sc. רוּחַ notat h. l. *sermonem*, *qui halitu oris profertur.*

νηρὸν mihi significare videtur: *multo labore partum et elaboratum*, adeoque τίμιον. *Grabius Prolegg.* c. IV. §. 8. pro πονηρὸν restituebat ποθητὸν, quod et *Iaegero* in mentem venit, qui omnino huc conferendus est. Aliam coniecturam protulit *Verschuir*, qui in *Sylloge Diss. Phil. Schultens.* et *Schroederi* p. 867. πανῆρες legere mavult, quod vocabulum rarius, non satis intellegens, literarumque similitudine deceptus, festinans librarius in πονηρὸν mutaverit. – *מַעֲלָל. Mich. II, 9. διὰ τὰ πονηρά. Videntur legisse מַעֲלִיל. – מֵרַע, *maleficus*. Ies. I, 4. IX, 17. XIV, 20. – נָכְרִיָּה foem. ex נָכְרִי, *alienigena*. Prov. VII, 5. – עָמָל, *molestia*. Hab. I, 13. ubi tamen pro πονηροὺς legere mallem πόνους, quod alii habent. – עֶצֶב, *dolor*. Prov. XV, 1. sec. *Compl.* ubi πονηρὸς est i. q. λυπηρός. – פָּרִיץ, *violentus*. Ies. XXXV, 9. πονηρὰ θηρία, *saevae bestiae*. – *קָשָׁה, *dura*. Iud. II, 19. sec. *Oxon.* *Via dura* aut *aspera* est ex stilo SS. *perversitas, impietas*. – רַב, *magnus*. 2 Par. XXI, 15. ἐν μαλακίᾳ πονηρᾷ, in morbo *maligno*. Ubi non רַע legerunt, quae fuit *Trommii* ac *Bielii* coniectura, sed sensum expresserunt. – רַע : רָעָה. Gen. XXVIII, 8. ὅτι πονηραὶ εἰσὶν αἱ θυγατέρες χαναὰν ἐναντίον ἰσαὰκ, h. e. quod *displicerent* filiae Chanaan Isaaco. Genes. XXXVII, 19. 32. θηρίον πονηρὸν, bestia *mala* aut *saeva*. Gen. XLVII, 9. μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι, pauci et *aerumnosi* fuerunt dies. Exod. XXXIII, 4. ἀκούσας ὁ λαὸς τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, audiens populus verbum hocce malum, h. e. *ingratum et terribile*. Vide et Ios. XXIII, 15. Num. XI, 1. γογγύζων πονηρά. Vulgo vertunt: *impie murmurans*. Sed potest quoque verti: *de itineris labore querentes*. Deut. IV, 25. ποιήσετε τὸ πονηρὸν, sc. πρᾶγμα, facietis malum. Conf. Iob. I, 1. 8. ubi additur πρᾶγμα. Deut. XXII, 14. et 19. ὄνομα πονηρὸν, *nomen malum*, h. e. *malus rumor*. Vide et Nehem. VI, 13. Nehem. II, 2. διὰ τί τὸ πρόσωπόν σου τὸ πονηρόν; quare vultus tuus *male se habet*? h. e. cur vultu es adeo *tristi*? Iob. II, 7. ἕλκει πονηρῷ. *Vulg. ulcere pessimo*. *Polychronius* in *Catena PP.* p. 77. ed. *Iunii* πονήρῳ hic legendum monet. Ps. XXXVI, 20. ἐν καιρῷ πονηρῷ, in tempore *calamitoso*, vel: quo quis *mala patitur*. Vide et Cohel. IX, 12. Amos. V, 13. Mich. II, 3. et conf. Sirac. LI, 16. Ps. XL, 1. ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ, in die *calamitoso*. Vide et Ps. XLVIII, 5. XCIII, 13. Ierem. XVII, 17. *Chrysostomus* in Ps. XLIX. πονηρὰν ἡμέραν ἡ γραφὴ καλεῖ τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῶν κολάσεων, τὴν τῶν περιστάσεων. Vide quoque *Suidam* in ἡμέρα πονηρά. Ps. LXXVII, 54. δι' ἀγγέλων πονηρῶν, h. e. κακούντων, ut *Symmachus* recte transtulit. *Theodoritus* quoque eos ita dictos putat, quasi τοὺς πόνους καὶ ὀδύνας ἐνεργοῦντας. Cohel. I, 13. περισπασμὸν πονηρὸν, distractionem *molestam*. Vide et Cohel. IV, 8. V, 13. *Hesych.* πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ. Conf. *Aristoph. Plut.*

v. 552. ubi πονηρὸν τὸ φορτίον est onus grave et molestum. - רַע infin. per crasin ex רֹעַ, a רְעַע chald. frangendo. Prov. XI, 15. Hic legerunt רַע, malus. - רֹעַ, malitia. Deut. XXVIII, 20. Ierem. XXIII, 2. - רֵעַ, socius, amasius. Hos. III, 1. Hic legerunt רַע. - רָעָה, pasco. Hos. XII, 1. πονηρὸν πνεῦμα, ubi admodum incommode legerunt רָעָה foemin. a רַע. - *רֹעֶה, pastor. Ies. LVI, 11. πονηροί. Legerunt רָעִים, ut iam observavit ad h. l. *Hieronymus*, cuius verba laudavit *Montfauconius*. - *רַק, tantum. Ies. XXVIII, 19. Vide supra s. v. ἐλπίς. - רָשָׁע, improbus. 2 Sam. IV, 11. Ies. LIII, 9. - שַׁעֲרוּר, horridus. Ierem. XXIX, 17. Legitur praeterea Iob. XXXIV, 6, ubi τοὺς πονηροὺς nihil habet in textu hebr. quod ei respondeat. Ies. XXX, 4. πονηροὶ post ἄγγελοι e serie orationis de suo addiderunt. Vide v. 1. et 2. Fortasse tamen continet haec vox versionem alius interpretis ad חִנָּם, pro quo חָנֵף legerit. Certe hoc apparere puto e versione *Syriaca*, in qua pro ܡܣܟܢܐ fortasse reponendum erit ܡܣܟܠܢܘܬܐ e coniectura *Michaelis*. Sirac. XIV, 5. ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ τίνι ἀγαθὸς ἔσται; *qui nec sese lautius excipit, sed sordide avarus durius tractat corpus suum, erga quem liberalis erit?* aut : quem molliter tractabit? nam ne quidem suis bonis fruitur. Est ergo πονηρὸς h. l. *sordide avarus*. Confer *Spicil*. II. p. 150. Sir. XIV, 9. et 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐν ἄρτῳ. Sir. XXXI, 14. μνήσθητι, ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρὸς, memento, quod res mala sit oculus *invidus*. Vide supra s. v. πονηρεύομαι. Iudith. VIII, 7. οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν ἐπ' αὐτὴν ῥῆμα πονηρὸν, tanta eius erat pietas, ut nemo eam *calumniari* valeret: coll. v. 8. et Matth. V, 11. ubi etiam ῥῆμα πονηρὸν *calumniationem*, *malum rumorem* notat. Sirac. V, 17. κατάγνωσις πονηρὰ, *valde gravis* poena. Sir. XVIII, 12. πονηρὰ, *valde misera, dolorosa et lugubris*. Vulg. *nequam* ex usu loquendi Romanorum. Confer quoque *Bretschneideri Spicil*. p. 47. s. v. ἄρτος. - Vide alibi ἐλπὶς et ῥῆμα.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, malus fio. יֵרַע רָעָה. Nehem. II, 10.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', malus sum. הִבְאִישׁ Hiph. *foetere facio*. Gen. XXXIV, 29. ὥστε πονηρόν με εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν, ubi πονηρὸν εἶναι est *malum et improbum videri et haberi*, vel *invisum esse*. V. anteced. - חָרָה, *exardeo ira*. Nehem. IV, 1. πονηρὸν ἦν αὐτοῖς, admodum ipsis *displicuit*. Sequitur enim καὶ ὠργίσθη ἐπιπολύ. - יֵרַע. 1 Sam. VIII, 6. 2 Sam. XI, 27. - רָעָה, *pasco*. Ies. LVI, 11. ubi pro רֹעִים legerunt רָעִים.

ΠΟΝΗΡΟ'Ν ΣΥΝΤΕΛΕ'Ω, malum perficio. הֵרַע Hiph. a רוּעַ. Gen. XLIV, 5.

ΠΟΝΗΡΟ'Ν ΦΑΙ'ΝΕΤΑΙ, *malum videtur*. חָרָה, *exardeo ira*. Nehem. IV, 7. Vide s. πονηρὸς εἰμί. - יֵרַע. Gen. XXXVIII, 10. 1 Sam. XVIII, 8. ubi ἄλλος habet ὠργίσθη. 1 Par. XXI, 7.

**ΠΟΝΗΡΟ'Σ ΤΙΜΩΡΟΥ'ΜΕΝΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩ~Σ*. רָעָה, *malum*. Prov. XXII, 3. Sc. רָעָה de malo poenarum opprimentium improbos intellexerunt (coll. XXI, 12.), ac deinde post רָעָה adhuc addidisse videntur רַע.

**ΠΟΝΗΡΟ'ΤΑΤΟΣ*, *pessimus*. Dan. III, 32. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu hebr. respondet.

ΠΟΝΗΡΟ'ΦΘΑΛΜΟΣ, *malo oculo praeditus*, h. e. *invidus*. רַע עַיִן, *malus oculo*. *Al.* Prov. XXIII, 6. πονηροφθάλμῳ. LXX ibi: ἀνδρὶ βασκάνῳ. Conf. notata in v. πονηρεύομαι.

ΠΟΝΙΚΟ'Σ, *laboriosus*, *molestus*, *dolorosus*. עֶצֶב, *dolor*. *Theod.* Prov. XV, 1. ubi, quia sermo est de sermone, πονικὸς est i. q. λυπηρὸς apud LXX.

ΠΟ'ΝΟΣ, *labor*, it. *molestia*, *contentio*, *dolor*, *morbus*, it. *opes*, *quas labore sibi aliquis acquisivit*, *fructus laboris*. אָוֶן et constr. און, *vanitas*. 1 Sam. XV, 23. Ps. IX, 29. Ierem. IV, 14. 15. - און, *robur*. Ps. LXXVII, 51. CIV, 36. In utroque loco πόνοι notat *liberos cum contentione procreatos*. - *איד, *exitium*. Ald. v. 13. - הון, *substantia*, *opes*. Prov. III, 9. τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, honora Dominum de iis, *quae a te acquisita sunt labore iusto*. Πόνοι enim h. l. sunt: *opes labore partae* (nisi pro πόνων scribere quis malit πόρων, *fructuum*, *redituum*). Ita Sirac. XIV, 15. οὐχὶ ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου; nonne alteri relinques *opes* tuas? Et Sir. XXVIII, 16. ἐστέρησεν αὐτὰς τῶν πόνων αὐτῶν, privat illas *opibus* suis. - חֳלִי, *morbus*. Ies. I, 5. Ierem. VI, 7. - יָגוֹן, *molestia*. Ierem. XX, 18. — יְגִיעַ. Deut. XXVIII, 33. τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ πάντας τοὺς πόνους σου φάγεται ἔθνος, omnes proventus terrae tuae, et omnes *fructus laborum* tuorum consumet populus. Vide et Ps. LXXVII, 51. Ps. CVIII, 10. διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τοὺς πόνους αὐτοῦ, diripiant peregrini *opes* ipsius. Vide et Ierem. XX, 5. Ezech. XXIII, 29. - יָד, *manus*, et *manu factum* s. *acquisitum*. Ies. LXV, 22. - כְּאֵב, *dolor*. Ies. LXV, 14. κεκράξεσθε διὰ τὸν πόνον τῆς καρδίας ὑμῶν, clamabitis propter *dolorem* cordis vestri. *Symm.* Iob. XVI, 6. οὐκ ἐνδώσει ὁ πόνος μου, non minuetur labor meus: ubi πόνος est *dolor e vulnere*. - כּאֵב part. *dolens*. Gen. XXXIV, 25. ὅτε ἦσαν ἐν τῷ πόνῳ, cum essent in *dolore*. - כִּי, *quia*, *nam*. Huic enim particulae respondet sine dubio πόνος loco adducto. כִּי enim in l. arab. *timorem*, *terrorem*, ac *obiectum*

timoris et terroris notat, ut *Boysenius* in *dilucidatt. critt.* ad h. l. observavit. – לָאָה, *moleste fero.* Iob. IV, 5. νῦν δὲ ἥκει ἐπὶ σε πόνος καὶ ἥψατό σου, nunc autem venit ad te *dolor*, et tangit te. Conf. Apoc. XVI, 10. 11. XXI, 4. *Hesych.* πόνος, ἄλγος, ἐνέργημα ὀδύνης. *Cicero Tuscul.* lib. II. cap. 15. *interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differunt aliquid. Labor est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis vel muneris. Dolor autem motus asper in corpore, a sensibus alienus. Haec duo Graeci illi, quorum copiosior est lingua, quam nostra, uno nomine appellant.* Conf. *Perizonii* notas ad *Aelian. V. H.* V, 6. – מַחֲלָה, *morbus.* 2 Par. VI, 28. κατὰ πᾶσαν πληγὴν καὶ πάντα πόνον, in omni plaga et omni *morbo.* Vide et 1 Reg. VIII, 37. – מַכְאוֹב. Ierem. XXX, 13. XLV, 3. Adde *Symm.* Iob. XXX, 19. ubi *dolorem e morbis* notat. LXX habent μαλακίαν. *Vulg. dolorem.* – *מִשְׁמָר, *custodia s. carcer*, ut *Vulg.* vertit. *Hebraeus Int.* Iob. VII, 12. πόνοι. Ita transtulit ex usu loquendi Hebraeorum, e quo *carcer* ac *captivitas* in universum *statum miserum ac infelicem*, *mala*, *miseriam* notat, quae notio etiam h. l. voci πόνος subiicienda est. – סִבְלָה, *onus.* Exod. II, 11. – עָמָל. Num. XXIII, 21. οὐκ ἔσται μόχθος ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν Ἰσραὴλ, non erit defatigatio in Iacob, neque apparebit *molestia* in Israel. Vide et Iob. III, 10. Ps. VII, 15. 17. IX, 37. Eadem vox pro hebr. עָמָל reddenda quoque est *Aquilae* Iob. XV, 35. ubi πόνος non tam *dolores* notat, *quos aliquis ipse sentit, sed quibus alios afficit. Aqu.* Iob. XVI, 2. παρακλητοὶ πόνων, consolatores *molesti* s., uti *Vulgatus* transtulit, *onerosi.* Huc quoque pertinet locus Habac. I, 13. ubi lectio πόνους, quam *Vat.* exhibet, ac pro qua in *Compl.* πόνον legitur, praeferenda est lectioni ed. *Ald.* ἐπὶ πονηροὺς, quae *Bahrdtio* videbatur e *Syro* (qui habet *impios*) orta, et forsan margini olim adscripta. Sunt autem πόνοι h. l. *mala et iniuriae Israelitis illatae.* – עָמֵל, *laboriosus.* Prov. XVI, 26. ἀνὴρ ἐν πόνοις, *homo laboriosus.* – עֶצֶב. Prov. V, 10. οἱ δὲ σοὶ πόνοι εἰς οἴκους ἀλλοτρίους εἰςέλθωσι, *opes* autem tuae in domus peregrinas veniant. – פְּעֻלָּה, *merces operis.* Ies. XLIX, 4. – רִיב, *contentio.* Ps. LV, 10. iuxta ed. *Rom.* ἀνομία καὶ πόνος ἐν μέσῳ αὐτῆς, iniquitas et *contentio* in medio eius. Similiter de *pugna* vocem usurpat *Herodotus* lib. VII. p. 509. et lib. VIII. p. 559. Vide *Raphelii annotatt. ex eodem ad S. S.* p. 668. – חֳלָיִים plur. *morbi.* Ierem. XIV, 18. Iudith. V, 11. ἐν πόνῳ. *Vulgatus: in luto.* Legit πηλῷ, quod et mihi ob sequens καὶ πλίνθῳ praeferendum videtur. Sirac. XI, 21. πόνῳ, *labore tibi a Deo constituto. Vulg. in loco tuo*, ubi non legit τόπῳ, sed bene sensum expressit. Sap. X, 10. *divitiae.* Sir. XXXVIII, 7. *morbus.* Sap. III, 15. ubi πόνος de *opere venereo s. concubitu* dicitur. Vide

supra s. v. אוֹן. Sir. XIV, 15. πόνοι, *quae opera et labore comparata sunt, opes, possessiones.* Sir. XXVIII, 15. πόνοι, *praemia laborum.* 4 Macc. I, 4. ubi πόνος, si lectio sana est, *nimium doloris ac aerumnarum sensum* notabit. Ib. v. 9. πόνοι, *tormenta, cruciatus.* Sirac. XXXVII, 30. πόνος cum νόσος confunditur in codd. MSS. Conf. quoque XXXVIII, 7.

'ΕΝ ΠΟ'ΝΩι ΕΙ'ΜΙ', *in labore s. dolore sum.* נָגוּעַ part. Pah. *plaga affectus.* Ies. LIII, 4.

*ΠΟ'ΝΟΣ ΤΩ˜Ν Ω'ΔΙ'ΝΩΝ, חֵבֶל, *dolor parturientium.* Ies. LXVI, 7. Sic et nos in lingua vernacula voce *Arbeit* uti solemus, v. c. in formula recepta: *in der Arbeit sein.*

ΠΟΝΤΟ'ΒΡΟΧΟΣ, *mari submersus.* 3 Macc. VI, 4. ποντοβρόχους ἀπώλεσας, *mari submersos* perdidisti. *Hesych.* ποντοβρόχους, ὑπὸ θαλάσσης βρεχομένους. Ita et *Suidas.*

ΠΟ'ΝΤΟΣ, *pontus, mare.* אֶלָּסָר, nomen regionis. *Symm.* Gen. XIV, 1. - תְּהוֹם, *abyssus.* Exod. XV, 5. πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτοὺς, *mari* texit illos. *Suidas:* πόντος, κυρίως μὲν ὁ ἔνδον τῆς Χεῤῥονήσου καὶ τοῦ Εὐξείνου (leg. e *Gloss. Brem.* Χεῤῥονήσου, ὁ καὶ Εὔξεινος) καλούμενος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶσα ἡ θάλασσα. *Hesych.* πόντος, θάλασσα, πέλαγος.

ΠΟΝΤΟΠΟΡΕ'Ω, *per pontum gradior, mare pervado* seu *pererro, mare transeo.* בְּלֶב יָם, *in corde maris.* Prov. XXX, 19. τρίβους νηὸς ποντοπορούσης, semitas navis *mare percurrentis.* Legitur praeterea apud *Homer.* Il. ή. 72. et *Eurip. Hecub.* 115. 445. *Hesych.* ποντοπόρος, πέλαγος διαπορευομένη, πελαγοδρόμος.

ΠΟΡΕΙ'Α, *profectio, incessus, iter, via.* אֹרַח, *via. Symm.* Ps. XXIV, 4. - *גְּבוּל, *terminus.* Num. XXI, 25. sec. ed. *Ald.* ubi tamen lectio πορειῶν sine dubio orta est ex ὁρίων, quod reliqui libri habent. - הֲלִיכָה, *incessus, via.* Ps. LXVII, 26. ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ θεὸς, αἱ πορεῖαι τοῦ θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ, videbantur viae tuae, o Deus, viae Dei mei regis, qui in sanctuario: ubi nonnullis πορεῖαι sunt *expeditiones bellicae*, quo sensu occurrit apud *Herodian.* III, 6. et *Xenoph. Agesil.* I, 16. Conf. Sir. I, 5. Hab. III, 5. πορείας. *Gloss. MS.* in *Cantica Script.* ad h. l. respicientes per πορίαν et ἐμπορίαν, *mercaturam,* interpretantur. *Hesych.* αἱ πορεῖαι, αἱ ὁδοί. Nah. II, 5. ἀσθενήσουσιν ἐν τῇ πορείᾳ αὐτῶν, infirmi erunt in *itinere* suo. *Symm.* Prov. XXXI, 27. πορείας. - הֹלֵךְ תֹּם part., *ambulans integre.* Prov. II, 7. τὴν πορείαν αὐτῶν, ubi pro לְהֹלְכֵי תֹם legerunt לְהָלִיכָתָם. - הָלוֹךְ infin. *ambulando.* Ies. III, 16. - לֶכֶת infin. a יָלַךְ. Ies. VIII, 11. *Aqu. Theod.* Prov. XXX, 29. - מַהֲלָךְ. Nehem. II, 6. Ion. III, 3. 4. ὡσεὶ πορείας ὁδοῦ τριῶν ἡμερῶν. itinere circiter trium dierum. - מוֹצָא, *exitus.* Num. XXXIII, 2. - סְלוּלָה part. Pah. foem. *aggesta.* Ierem. XVIII, 15. τρίβους οὐκ ἔχοντας ὁδὸν εἰς πορείαν, semitas non habentes viam ad iter. -

עָבַר, *transeo.* Nah. I, 8. Hab. III, 9. Vtrobique videntur legisse עֵבֶר. *Κατακλυσμὸς πορείας* Nahum. I, 8. est *diluvium transiens.* - פִּסֵּחַ, *claudus.* Prov. XXVI, 7. Hic legerunt פֶּסַח, *transitus.* - צַעַד, *gressus.* Ierem. X, 23. *οὐδὲ ἀνὴρ πορεύσεται, καὶ κατορθώσει πορείαν αὐτοῦ,* neque vir ibit, et diriget viam suam, h. e. non pendet ab hominis voluntate, quales successus habituri sint eius conatus. - *שׁוֹק, *crus.* Prov. XXVI, 7. ubi *πορεία* est *facultas eundi et gradiendi.* Praeterea legitur apud *Symmachum* Ps. XLI, 2. ubi tamen verba *τῆς πρὸς τὸν θεὸν πορείας*, quae ad אֵלֶיךָ אֱלֹהִים retulit *Montfauconius*, non sunt *Symmachi*, sed ipsius *Eusebii* versionis Alex. *πρός σε ὁ θεὸς* explicandae gratia addita. 2 Macc. III, 8. *ἐποιεῖτο τὴν πορείαν*, *iter* faciebat. Vide et 2 Macc. XII, 10. Sirac. I, 5. ubi de Deo dicitur: *αἱ πορεῖαι αὐτοῦ ἐντολαὶ αἰώνιοι*, *praecepta* eius sunt mandata aeterna, quae sc. ab aeterno hominibus destinavit sapientia Dei. Significat h. l. *πορεία* ad imitationem hebr. דֶּרֶךְ *leges, praecepta*, quae etiam arab. *viae* dicuntur. Conf. *Sur.* IV, 85. XII, 108. XLVII, 32. Sap. III, 3. *exitus e vita, mors.* Tob. X, 1. *αἱ ἡμέραι τῆς πορείας*, tempus, quo iter ab ipso absolvendum erat, aut absolvi poterat.

ΠΟΡΕΙ'ΟΝ, *vehiculum, subsidium itineris.* בְּעִיר, *iumentum.* Gen. XLV, 17. *γεμίσατε τὰ πορεῖα* (sec. Ald. Alii libri *φορεῖα* et *φορτία.*) *ὑμῶν*, implete *vehicula* vestra. *Suidas: πορεῖα, τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα.*

ΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *proficiscor, iter facio, eo, abeo, vado.* אַהְלֵךְ chald. Aph. Dan. IV, 34. - אֲזַל chald. Esdr. IV, 23. V, 8. 15. - אָסַף, *congrego.* Cohel. II, 26. Ita *Bielius.* Sed ibi *προσθεῖναι* potius legitur. - בּוֹא, *venio.* Gen. XXXVII, 29. Num. XXXII, 6. Deut. XII, 29. - בָּחַל, *fastidio.* Zach. XI, 8. *αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπορεύοντο ἐπ' ἐμέ.* Lectio aperte vitiosa. Reponendum est *ἐπωρύοντο*, quod alii habent. - *דָּבַר, *loquor.* *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XXI, 28. Acceperunt דָּבַר in notione *ducendi*, et legerunt in coniugatione Pual. - הוּךְ chald. Esdr. VII, 13. - הוֹלִיךְ Hiph. a ילך. Ezech. XXXII, 14. - הֶחֱלִיף Hiph. *muto, innovo.* *Theod.* LXX Iob. XXIX, 20. ubi *πορεύεσθαι* notat *progressus facere, proficere.* *Vulg. instaurabitur.* - הָלַךְ: הִתְהַלֵּךְ, Kal et Hithp. Gen. VIII, 3. *ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ, πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς*, remittebat aqua, *abiens* de terra. Vide et v. 5. Gen. XXIV, 42. *τὴν ὁδόν μου, ἣν νῦν ἐγὼ πορεύομαι ἐπ' αὐτὴν*, viam meam, qua nunc ego ibo. Gen. XXV, 32. *ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾷν*, ecce ego vado ad moriendum, h. e. *mox moriturus sum.* 1 Sam. XIV, 19. *ἦχος ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων ἐπορεύετο πορευόμενος*, sonus in castris alienigenarum *crescendo crescebat.* 2 Sam. III, 1. *ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει*, domus Davidis *magis magisque* invalescebat, et

domus Saul *magis magisque* debilitabatur. Conf. Act. IX, 31. et *Lex N. T.* s. h. v. 1 Sam. XVII, 14. ἐπορεύθησαν ὀπίσω Σαοὺλ, ibant post Saulum, sequebantur Saulum. Vide et Ierem. II, 8. 23. VII, 8. VIII, 2. et conf. Luc. XXI, 8. 1 Reg. II, 2. πορεύομαι ἐν ὁδῷ πάσης τῆς γῆς, *abeo via omnis terrae,* seu: *discedo, quo solent mortales omnes,* h. e. *mox moriendum mihi erit.* Conf. Iob. XVI, 22. Sic et profanos scriptores graecos et latinos per euphemismum de *morte* loqui ostendunt auctores laudati *Wolfio* ad Luc. XXII, 22. p. 755. Confer et *Elsnerum* ad Luc. XIII, 33. p. 241. Ps. CIV, 40. ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοὶ, *fluebant* in locis aridis flumina. Ita apud *Herodotum* lib. I. c. 75. ποταμοὶ πορεύονται, fluvii *fluunt.* Nehem. VI, 7. ἐπιστολαὶ ἐπορεύοντο πρὸς τοβίαν, epistolae *mittebantur* ad Tobiam. Sic πορεῦσαι est πέμψαι *Hesychio.* Conf. quae ex *Sophoclis Electra* v. 802. notat *Alberti* in *Obss. Philol. in N. T.* p. 204. Ezech. V, 6. ἐν τοῖς νόμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς, in legibus meis non ambularunt. Adde 1 Sam. XIV, 26. ubi πορεύεσθαι de *melle* usurpatum notat *decurrere, defluere. Symm.* Gen. XV, 2. ubi notat *mori, fatis concedere,* coll. Luc. XXII, 22. – הָלֹךְ הָלַךְ, *eo eo.* Cant. II, 11. – הָלֹךְ הָלוֹךְ, *eo eundo.* Gen. XXXI, 30. 1 Sam. VI, 12. – הֵלֶךְ, *itio,* it. *fluxus.* 1 Sam. XIV, 26. Hic legerunt הָלַךְ. – הֵרַע Hiph. a רוּעַ, *malefacio.* Gen. XIX, 7. μὴ πορεύεσθε. Legendum potius πονηρεύεσθε, omissa negationis particula. – *הִתְנַכֵּל Hithp. *machinor.* Gen. XXXVII, 13. sec. cod. *Alex.* ἐπορεύοντο. Sine dubio scribendum ἐπονηρεύοντο, ut cod. *Vat.* habet. In cod. *Oxon.* legitur ἐπονηρεύσαντο, quod in *Scholio* explicatur per ἐδολιεύσαντο. – זוּב, *fluo.* Thren. IV, 9. ubi nonnulli, v. c. *Cappellus,* statuunt, eos pro יָזוּבוּ, *diffluxerunt,* legisse יֵזְלוּ ab אָזַל, *abire,* sed eos ita ex Arabismo transtulisse docuit *Schultensius* in *Opp. min.* p. 495. Caeterum ἐπορεύθησαν h. l. est *perierunt, consumti sunt.* – זָנָה, *scortor. Al.* Iud. XIX, 2. ἐπορεύθη, pro quo tamen *Outhovius* in *Bibl. Brem.* Cl. III. p. 447. haud praeter rationem legendum coniicit ἐπορνεύθη. *Vulgatus* tamen habet *reliquit eam,* unde fortasse aliquis coniiciat, eos pro זָנָה legisse זָנַח. – חִבֵּר Pih. *consocio.* 2 Paral. XX, 36. Sed locus hic sine dubio in mendo cubat. – יָלַךְ, *eo, ambulo.* Iud. II, 12. ἐπορεύθησαν ὀπίσω θεῶν ἑτέρων, *ambularunt post* Deos alienos, h. e. *coluerunt* illos. Vide et v. 19. 1 Reg. XI, 10. Ierem. II, 5. 1 Reg. VIII, 62. ὁσίως πορεύεσθαι ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, sancte *vivere* iuxta praecepta eius. Vide et Ezech. XI, 20. XX, 19. XXXVI, 27. Dan. IX, 10. et conf. Luc. I, 6. et *Lex. N. T.* s. h. v. Ion. I, 11. 13. ubi de mari *fluctuante* dicitur, coll. Sap. XVII, 18. *Al.* 1 Paral. XVII, 11. τοῦ πορευθῆναι μετὰ τῶν πατέρων, ut *abeas cum patribus,* h. e. *moriaris.* – יָלַךְ et בּוֹא iunctim. 2 Reg. X, 12. Ierem. XLI, 17. – יָצָא, *exeo.* Exod. XIV, 8. Iud. II, 14. ubi πορεύεσθαι *expedi-*

tionem facere notat. 1 Sam. XX, 11. Adde Iud. XI, 34. ubi πορεύεσθαι est i. q. ἐκπορεύεσθαι, cum quo in codd. permutatur. - יָרַד, *descendo*. Gen. XLIII, 5. - כָּלָה Pih. *absolvo*. Ios. XIX, 49. Legerunt וַיֵּלְכוּ. - *לְכָה et לָךְ, *tibi*. Prov. XII, 18. XXIV, 27. *Symm*. Cant. I, 8. In omnibus his locis deduxerunt ab הָלַךְ, ut sit imperativus in Kal. - *לָמַד, *disco*. Ierem. X, 2. sec. cod. *Alex*. ubi πορεύεσθε vel est mera emendatio librarii vel alius interpretis sensum exprimentis. Nam eum הלכו legisse non est verosimile. - מָלֵא Pih. *compleo*. 1 Reg. XI, 6. Scil. post מָלֵא, quod h. l. adverbialiter positum *perfecte* notat, omissum est הלךְ, quod, neglecta altera voce, expresserunt. - מָשַׁךְ, *protraho*, item: secundum quosdam *progredior*, *eo*. Iud. XX, 37. - נָגַשׁ, *appropinquo*. Ios. VIII, 11. - נוֹזְלִים plur. *fluenta*. Ies. XLIV, 3. - עָבַר, *transeo*. Ios. III, 4. Ies. XXXIII, 21. - עָבַר עָבַר. Ies. LXII, 10. - *עוּף, *deficio*, *viribus exhaustus sum*. 2 Sam. XXI, 15. ἐπορεύθη, *discessit e proelio*, seu: *subduxit se* in locum secretum quiescendi causa, quia viribus exhaustus erat. Fortasse quoque legendum ἐπονήθη aut ἠπορεῖτο. - עָלָה, *ascendo*. Ios. XIX, 46. 1 Sam. VI, 9. 1 Reg. XI, 15. - *עָלַף, *animi deliquium patior*. Arab. علف, *ebrius sum*. *Symm*. Ies. LI, 20. ubi suspicor pro ἐπορεύθησαν reponendum esse ἠπορήθησαν, quod bene respondet voci hebraicae, et apud LXX ibidem legitur. - צָעָה, *peragro*. Ies. LXIII, 1. - שׁוּב, *revertor*. 1 Sam. I, 19. *Syrus* Ierem. VIII, 6. Adde Ios. XXII, 9. ubi tamen ἐπορεύθησαν, quod *Montf*. ad יָשֻׁבוּ retulit, *Scharfenbergio* ad sequens וַיֵּלְכוּ pertinere videtur. - שָׁלַח, *mitto*. 2 Reg. I, 6. Praeterea legitur apud *Inc. Int.* 2 Sam. XV, 12. ubi sermo est de *conspiratione* et *coniuratione*, ac leguntur verba haec: διαβούλιον πορευόμενον καὶ στερεούμενον. In textu hebr. extat קֶשֶׁר אַמִּיץ. Nisi πορευόμενον ex ingenio suo addidit Int., duae hic coaluerunt versiones. Est autem διαβούλιον πορευόμενον *conspiratio multorum*, *coniuratio*, *quae cotidie latius serpit*. Fortasse autem πορευόμενον sequenti voci ἐπορεύετο ortum suum debet. Baruch. III, 33. πορεύεται de sole, *prodit*, *procedit*. Sirac. VIII, 15. πορεύεσθαι ἐν ὁδῷ μετά τινος, *familiaritatem contrahere cum aliquo s. communem causam facere*. Sirac. V, 2. τοῦ πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίαις καρδίας σου, h. e. ut *vivas* iuxta concupiscentias cordis tui. Conf. 1 Petr. IV, 3. et *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 6. 1 Macc. VI, 59. τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν pro ἐν τ. ν. α., ut *ambulent* aut *vivant* iuxta leges suas. Vide et 1 Macc. VI, 23. Ita *Plato* lib. IV. de *Leg*. p. 828. πορεύεσθαι δὲ τὸν νομοθέτην δεῖ πρῶτον ταύτῃ, ὅπηπερ ἂν θελήσῃ. 1 Macc. XIII, 31. δόλῳ ἐπορεύετο μετὰ Ἀντιόχου, dolose *agebat* cum Antiocho. Sirac. XXXI, 8. ὃς ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη, *qui*

post aurum non ambulat, h. e. *Grotio* interprete, *qui se servum non facit pecuniae.*

ἍΜΑ ΠΟΡΕΎΟΜΑΙ, *simul proficiscor.* הָלֹה הָגָה, *gemendo gemo.* Ies. LIX, 11. ἅμα πορεύσονται. Verba haec admodum suspecta fuerunt *Doederleinio*, qui in notis ad versionem lat. h. proph. p. 241. πωρέσονται restituendum ingeniose coniecit. Nam πωρέω est i. q. πένθω, teste *Hesychio*, cui apprime respondet hebr. הָגָה.

ΠΆΛΙΝ ΠΟΡΕΎΟΜΑΙ, *iterum proficiscor.* שׁוּב, *revertor.* Gen. XLIII, 2.

**ΠΟΡΕΎΟΥ ΚΑΤΌΠΙΣΘΕ'Ν ΜΟΥ*, *incede post me*, h. e. sequere me. לְךָ אַחַר, *tibi postea* seu *post.* Prov. XXIV, 27. Verba hebraica probe distinguenda conflarunt in unam enuntiationem לֵךְ אַחֲרַי. - Vide alibi αἰχμαλωσία, ἐπερωτάω, εὐόδως, et σκολιός.

ΠΌΡΕΥΣΙΣ, *ambulatio*, *gressus*, *profectio*, *itio.* מְלָאכָה *opus.* Gen. XXXIII, 14. Forte hic legerunt מַהֲלָךְ, aut, ut *Bielio* visum est, הֲלִיכָה.

ΠΟΡΕΥΤΌΣ, *meabilis*, *permeabilis*, *pervius*, *per quem ambulare quis potest.* 2 Macc. V, 21. τὸ πέλαγος πορευτὸν θέσθαι. Formula proverbialis de iis, qui se ordinem naturae inversuros existimant. *Addit. Esther.* XIII, 2. βασιλεία πορευτός, regnum pervium, per quod quis tuto iter facere potest.

**ΠΟΡΘΕ'Ω*, *diruo*, *everto*, *vasto*, *oppugno.* לְכַד, *capio.* *Symm.* Deut. II, 35. ἐπορθήσαμεν sec. cod. 108. *Holm.* 4 Macc. IV, 23. ἐπόρθησεν, *debellavit.* *Suidas:* πορθήσειας, ἕλοις, λάβοις. *Hesych.* πορθεῖν, προνομεύειν, ὀλλύειν.

ΠΟΡΙ'ΖΩ, *quaestum facio*, *lucror*, *acquiro.* *Symm.* Cohel. IX, 11. πορίσαι, ubi nihil respondet in textu hebr. *Montfauconius* perperam transtulit *praebere panem.* Sap. XV, 12. ἐκ κακοῦ πορίζειν, ex malo *lucrari.* *Hesych.* πορίζει, κερδαίνει.

ΠΟΡΙΣΜΌΣ, *quaestus.* Sap. XIII, 19. XIV, 2. Conf. 1 Tim. VI, 5. 6.

ΠΟΡΝΕΙ'Α, *fornicatio*, *scortatio.* *רַעַת, *scientia.* Ies. XLVII, 10. sec. *Alex.* Fallor, an πρόνοια legendum sit? - זוֹנָה part. fem. *scortans.* Ierem. II, 20. - זוֹנָה, *scortum.* Mich. I, 7. - זְנוּנִים plur. Gen. XXXVIII, 24. 2 Reg. IX, 22. Ezech. XXIII, 12. 29. Nahum. III, 4. ubi πορνεία *philtra* notare videtur. - זְנוּת. Num. XIV, 33. Ierem. III, 2. 9. XIII, 27. - תַּזְנוּת. Ezech. XVI, 15. 22. 24. 29. sec. *Complut.* ubi *Theodoretus* τὰ πορνεῖα habet. Ib. XXIII, 7. De *legali expletione libidinis* legitur Tob. VIII, 7. ubi alii de *impudica libidine* cogitant. De *idololatria*, ut saepe in V. T., v. c. Hos. II, 3-5. V, 3., sic etiam Sap. XIV, 12. De *impudicitia cordis* mulieris fornicariae Sir. XXVI, 9. *Suidas:* πορνεία, ἡ εἰδωλο-

λατρεία. (Hinc quoque apud Tob. IV, 13. de coniugio cum muliere aliena, h. e. gentili, dicitur.) – πορνεία καὶ ἡ ἀκολασία παρὰ τὸ πεπωρωμένον ἔχειν τὸν νοῦν. Conf. πορνεύω.

ΠΟΡΝΕΓΟΝ, *locus, in quo scorta se prostituunt, lupanar, domus meretricia.* גַּב, *fornix. Symm. Theod.* Ezech. XVI, 30. 38. – זוֹנָה, *meretrix. Al.* Ioel. III, 3. – קֻבָּה, *lupanar. Symm.* Num. XXV, 8. *Nobilius* ibi legit πυρίνιον, et aliquot codd. habent πυρεῖον. Sed receptae lectioni favet *Procopius* p. 423. *Symmachus* vero *prostibulum* exposuit. – רָמָה, *excelsum.* Ezech. XVI, 24. ubi τὰ πορνεῖα *templa idolis in excelsis exstructa* notat. – תַּזְנוּת, *scortatio. Al.* Ezech. XVI, 29. τὰ πορνεῖα. *Suidas:* πορνεῖα, τόπος, ἔνθα αἱ πόρναι διάγουσιν, quae sunt desumta e *Schol. Biseti* ad *Aristoph. Ran.* v. 113.

ΠΟΡΝΕΥΩ, *fornicor, scortor, ad idola deficio.* זָנָה, idem. Ps. LXXII, 26. Ad hunc locum respiciens *Suidas:* πορνεία, ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ πόρνος, ὁ εἰδωλολάτρης, παρὰ τὸ πόῤῥω νεύειν. Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ, ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστι. Idem *Suidas* in v. ἐξωλόθρευσας Ps. l. c. pro πορνεύοντα scribendum censet πορεύοντα. Sed cum alias etiam LXX Intt. hebr. זָנָה per πορνεύειν interpretari soleant, coniectura eius locum non invenit. Ita *Bielius.* 1 Par. V, 25. Ierem. III, 6. 8. *Symm.* Amos. VII, 17. ubi vid. *Montf.* Confer etiam quae notavi ex Iud. XIX, 2. in πορεύομαι. – *יָצָא. *Inc.* Iud. II, 15. ubi tamen ἐπόρνευσαν mihi videtur inepto loco positum esse, referendum nempe ad זָנָה v. 17. nisi quis statuere malit, auctorem huius versionis, ratione habita v. 12. et 15., יָצָא de *actionibus illicitis*, adeoque de idolorum cultu explicandum esse putasse, ut יָצָא sit i. q. סוּר מִדֶּרֶךְ v. 17. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* – עָשָׂה, *facio.* Ierem. III, 7. *Spohnius* ibi pro πορνεῦσαι ex coniectura scribit ποιῆσαι. Mihi sensum expressisse videntur. עָשָׂה *scelus flagitiumque committere* quandoque speciatim notat, ac v. 6. ei *scortatio*, h. e. *idolorum cultus*, tribuitur. – קָדֵשׁ, *cinaedus.* Deut. XXIII, 17.

ΠΟΡΝΗ, *meretrix, scortum.* זָנָה verbum. Ies. LVII, 3. – זֹנֶה part. masc. Hos. IV, 15. – זוֹנָה. Gen. XXXIV, 30. XXXVIII, 15. et alibi. – אִשָּׁה זוֹנָה, *mulier scortum.* Ierem. III, 3. – זָרָה foem. ex זָר, *aliena.* Prov. V, 3. Forsitan legerunt זוֹנָה. – קְדֵשָׁה. Gen. XXXVIII, 21. 22. – רַע, *malus. Theod.* Prov. VI, 24. πόρνης. Hic nonnullis legisse videtur רֵעַ, *sociam.* Sed sensum secuti sunt. Vide de hac voce *Outhovium* in *Bibl. Brem.* Cl. III. p. 448. sequ.

ἘΚ ΠΟΡΝΗΣ, *ex scorto, sc. natus, spurius.* מַמְזֵר, *spurius.* Deut. XXIII, 2. ἐκ πόρνης. Arab. صفر, *corruptus fuit*, et in coniug. IV, *corrupit.* Alii statuunt, eos legisse

מְזוּר, a זור, *alienum esse*. Conf. ad h. l. *Spencerum de legibus Hebr. ritual.* lib. I. c. 6. sect. 5. p. 105. *Clemens Alex.* p. 15. ὁ ἐκ πόρνης, ὃς πολλοὺς ψευδωνύμους θεοὺς ἐπιγράφεται, ἀντὶ τοῦ μόνου θεοῦ ὄντος.

ΠΟΡΝΙΚΟ'Σ, *meretricius*. Hinc phrasis εἶδος πορνικὸν, *species meretricia*. שִׁית זוֹנָה, *ornatus meretricis*. Prov. VII, 10. – Vide alibi οἴκημα.

ΠΟΡΝΟΚΟ'ΠΟΣ, *meretrices alens*, *leno*. זוֹלֵל, *comessator*. Prov. XXIII, 21. ubi tamen hac voce non *leno* designatur, sed *scortator*, qui meretricibus alendis rem familiarem exhaurit. *Clemens Alex. Paed.* II, 2. p. 155. A. *Hesych.* πορνοκόπος (ita enim legendum loco πορνιοκόπος), ἑταιροτρόφος, πόρνος: ubi vide *Intt.* *Phavorinus*: πορνοκόπος. οὕτω Μένανδρος. οἱ δὲ ἀρχαῖοι πορνότριψ λέγουσιν. Substant. πορνοκοπία legitur apud *Schol. Arist. Av.* v. 286.

ΠΟ'ΡΝΟΣ, *scortator*. Sir. XXIII, 21. 22.

**ΠΟ'ΡΟΣ*, *via*, *ratio excogitata aliquid efficiendi*, it. *opportunitas*, *occasio*. 1 Macc. XII, 40. ἐζήτει πόρον τοῦ συλλαβεῖν, quaerebat *occasionem* eum comprehendendi. *Syrus* recte usus est voce ܙܒܢܐ, *occasio*. *Vulg.* omisit: *quaerebat comprehendere eum*. Sic apud *Arabes viam quaerere contra aliquem* est: *causam et rationem quaerere aliquem male tractandi*. Vide *Coran. Sur.* IV, 33. *Hesych.* πόρος, ἀφορμή. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 810.

ΠΟ'ΡΠΗ, *fibula*, sive *orbiculus teres*, *quo vestimenta connectebantur*. 1 Macc. X, 89. ἀπέστειλεν αὐτῷ πόρπην χρυσῆν, mittebat illi fibulam auream, sicuti consuetudo erat dari cognatis regum, observante *Grotio*, qui omnino huc conferendus est. Vide et 1 Macc. XI, 58. XIV, 44. *Lex. Cyrilli Ms. Brem.* πόρπην, φίβλαν, περώνην (scribe περόνην) τὴν περὶ τοῦ στήθους. *Hesych.* πόρπη, ὁ ἀνοχεὺς τῆς ἀσπίδος, εἰς ὃν ὁ πῆχυς ἀνίεται, ἡ φίβλα, καὶ τῆς χλανίδος ἡ περόνη. *Suidas*: πόρπη, ἡ παρὰ Ῥωμαίοις φίβλα. *Trebellius Pollio* in *Claudio* narrat, Valerianum principem Zosimo Syriae procuratori praecepisse, ut Claudio extra dona daret *fibulas argenteas inauratas duas* et *fibulam auream*. Et *Plinius* lib. XXXIII. c. 3.: *Sed in militia quoque in tantum adolevit haec luxuria*, *ut M. Bruti in Philippicis epistolae reperiantur frementes*, *fibulas tribunitias ex auro geri*. Conf. *Demsterum ad Rosini Antiqu. Rom.* lib. V. c. 31. p. 884. sequ. et *Donatum Elucid. Liv.* l. 39. p. 79. sequ. T. I. *Opp. Critt. Gruteri*, et *Spanhemium Obss.* in *Callimach.* p. 65.

ΠΟ'Ρ'ΡΩ, *procul*. מְמֶרְחָק, idem. Ies. XVII, 13. – קְרַב, *appropinquo*. Ies. LXV, 5. πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ: ubi *Trommio* legisse videntur רָחַק. Sed erravit. Nam קְרַב אֵלֶיךָ, *accede ad te*, contrarium obtinet sensum, et idem est ac *retrocede a me*,

procul a commercio meo. - רָחַק. Iob. XXII, 18. - רָחוֹק. Ies. LXVI, 19. Ierem. XII, 2. - מֵרָחוֹק. Ies. XXII, 3. - לְמֵרָחוֹק. 2 Par. XXVI, 15. *Hesych.* πόῤῥω, πόῤῥωθεν, μακρόθεν.

ΠΟ'ῬῬΩ ἈΠΕ'ΧΩ, procul absum. רִחַק Pih. *procul amoveo.* Ies. XXIX, 13.

ΠΟ'ῬῬΩ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, procul fio. רָחַק. Iob. V, 4.

ΠΟ'ῬῬΩ ΠΟΙΕ'Ω, procul facio. הִרְחִיק Hiph. *procul amoveo.* Iob. XI, 14. XXII, 23.

ΠΟ'ῬῬΩΘΕΝ, eminus, e longinquo. מֶרְחָק, *longinquitas.* Ies. XIII, 5. XXXIII, 17. XLVI, 11. - *מֶרְחַקֵּי, *longinqui.* *Oi Γ* Ies. VIII, 9. τὰ πόῤῥωθεν pro οἱ πόῤῥωθεν. - מִמֶּרְחָק. Ies. X, 3. Ierem. V, 15. - רָחוֹק. 2 Reg. XX, 14. Ies. XXXIII, 13. XLIII, 6. ἀπὸ τῆς πόῤῥωθεν, sc. γῆς, e terra longinqua. - מֵרָחוֹק. Iob. II, 12. XXXIX, 25. - לְמֵרָחוֹק. Iob. XXXIX, 29.

ΠΟΡΦΥ'ΡΑ, purpura. Est *ex ostreorum genere, e qua pretiosus ille liquor, vena industrie pertusa, colligebatur, qui et purpura dictus est.* Quomodo differat a *cocco*, vide supra s. κόκκος. אַרְגְּוָן. 2 Par. II, 7. - אַרְגְּוָנָא chald. Dan. V, 7. 18. 31. - אַרְגָּמָן. Exod. XXV, 4. XXVI, 1. Prov. XXXI, 22. Vide et 1 Macc. IV, 23. X, 62. 64. XIV, 43. et conf. *Pollucem* lib. I. c. 4. segm. 45. sequ. 1 Macc. X, 20. πορφύραν, *purpuream vestem*, στολὴν πορφυρᾶν, ut *Iosephus* habet, ubi, ut obiter moneam, in proxime antecedentibus loco καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ reponendum arbitror καὶ ἀπεστείλαμέν σοι.

**ΠΟΡΦΥ'ΡΑι ἘΝΔΥ'ΟΜΑΙ, purpura induor.* הִתְיַמֵּר Hithp. *effero s. praedico me. Aqu.* Ies. LXI, 6. Non putem, auctorem huius versionis, quae *Aquilae* nullo modo tribui potest, aliter legisse, sed sensum expressisse. Nam *se efferre* et *purpura indutum esse* parum differunt. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. *Vulg. superbietis.*

ΠΟΡΦΥ'ΡΕΟΣ, et contr. *ΠΟΡΦΥΡΟΥ͂Σ, purpureus.* אַרְגָּמָן. Iud. VIII, 26. Esth. I, 6. VIII, 15. Cant. III, 10. - *תְּכֵלֶת, *hyacinthus.* Num. IV, 7. sec. *Compl.* πορφυροῦν. Est alius Interpretis.

ΠΟΡΦΥΡΙ'Σ, sc. ἐσθὴς, *vestis purpurea.* אַרְגָּמָן, *purpura. Al.* Iud. VIII, 26. πορφυρίδων. Vox occurrit et apud *Aelianum V. H.* IX, 11. *Lucianum Navig.* T. II. Opp. p. 889. et alios. Quod autem ἐσθὴς subintellegendum sit, discimus ex eodem *Luciano lib. cit.* p. 872. ubi ἐσθὴς ἁλουργὶς dicitur.

ΠΟΡΦΥΡΙ'ΩΝ, porphyrio, nomen avis aquaticae rostrum purpureum et pedes purpureos habentis, unde nomen nacta est. רָחָמָה, *merops.* Deut. XIV, 17. - הַנְּשָׁמֶת, *monedula.* Lev. XI, 18. Conf. de illo *Aristoph. Av.* v. 458. *Aelian. Hist. anim.* lib. III. c. 42. et lib. V. c. 28. ac *Athenaeum*

lib. IX. p. 588. et quae inde emendat *Bentleius Fragm. Callim.* p. 549.

ΠΟΣΑ'ΚΙΣ, quoties. כַּמֶּה פְּעָמִים - עַד, *usque quot vices.* 2 Par. XVIII, 15. - כַּמֶּה פְּעָמִים, *quot vicibus. Symm.* et LXX 1 Reg. XXII, 16. Vide et Sir. XX, 17. et conf. Matth. XXIII, 37. Luc. XIII, 34.

ΠΟΣΑΠΛΩ͂Σ, quotiescunque, saepius, multis modis. כָּמַהּ, *desiderio teneor.* Ps. LXII, 2. ποσαπλῶς (alii πῶς ἁπλῶς, *quam simpliciter*, quomodo legit et reddit *Hilarius.*) σοι ἡ σάρξ μου, sc. ἐδίψησε, saepius te caro mea desideravit. Legerunt כַּמָּה, h. e. *quot*, sine Mappik in He. *Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem.* ποσαπλῶς, πολλαχῶς, ἀναριθμήτως. *Suidas:* ποσαπλῶς, ποσαχῶς, ἀναριθμήτως. Haec sumta esse ex *Theodoreto* ad *Psalm.* l. c. observat *Küsterus.*

ΠΟΣΑΧΩ͂Σ, quotnam modis, quanto magis. כָּמַהּ, *desiderio teneor. Theod.* Ps. LXII, 2. Legit כַּמָּה s. כַּמָּה. Vide et Sir. X, 34. ubi *quanto magis* notat. Sic *Syrus. Hesych.* ποσαχῶς, κατὰ πόσους τρόπους, πολλαχῶς. Idem post v. πῶς: ποσαχῶς, ποσαπλῶς. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ποσαχῶς, πλεισταχῶς.

ΠΟ'ΣΙΣ, potio, potus. מִשְׁתֶּה. Dan. I, 10. *Hesych.* πόσις, πόμα.

ΠΟ'ΣΟΣ, quantus. Πόσῳ μᾶλλον, *quanto magis.* אַף כִּי. *Symm.* 2 Sam. IV, 11. et Iob. XV, 16. - אַף. *Symm.* Iob. IV, 19. et 2 Sam. XVI, 11. ubi *Vulg. quanto magis.* - בַּמֶּה, *tot, quot.* Οἱ λοιποὶ Ps. XXXIV, 17. πόσα, *quando* aut *quam diu. Aqu.* 1 Reg. XXII, 16.

**ΚΑΤΑ' ΠΟ'ΣΟΝ.* 3 Esdr. VIII, 78. κατὰ πόσον τι ἐγενήθη ἡμῖν ἔλεος; *quanta* benignitate affecit nos Deus? hebr. כִּמְעַט רֶגַע הָיְתָה Esdr. IX, 8.

**ΠΟ'ΣΩι ΜΑ'ΛΛΟΝ, quanto magis.* אַף כִּי. *Symm.* Iob. XV, 6.

**ΠΟΤΑΜΟ'ΟΜΑΙ, instar fluminis concurro, confluo.* נָהַר, *confluo.* Ierem. LI, 44. ποταμωθήσονται sec. *cod. Syr. Hex. Mediol.* Tribuenda est haec versio sine dubio *Aquilae*, qui hac ficta voce graeca usus est, ut etymologiam hebraicae exprimeret.

ΠΟΤΑΜΟ'Σ, fluvius, et κατ' ἐξοχὴν *Nilus* et *Euphrates.* אוֹר, *lumen.* Amos. VIII, 8. Ex sententia *Cappelli* in *Critica S.* p. 650. legerunt כַּיְאֹר, *sicut fluvius*, cum *Chald. paraphr.* sed secundum *Buxtorfium* in *Anticrit.* p. 585. ideo sic transtulerunt, quia iudicarunt, vocem כָּאֹר idem h. l. esse quod כַּיְאֹר (vocali brevi in longam mutata, et Iod extrito, euphoniae causa forte), tum ex circumstantiis textus, tum e collatione cap. IX, 5. - יְאֹר. Exod. II, 3. περὶ τὸν ποταμὸν, circa fluvium, h. e. Nilum. Sic et Exod. IV, 9. VII, 15. Ies. VII, 18. et alibi ποταμὸς pro *Nilo* legitur. Sic etiam *Aelianus* lib. I. c. 4. ubi de canibus Aegyptiis: οὐδὲ ἀθρόως,

οὐδὲ ἀνέδην, οὐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσιν: ubi vide Intt. - מַיִם dual. *aqua*. Ios. IV, 7. - נָהָר, *fluvius*. Ios. XXIV, 2. πέραν τοῦ ποταμοῦ, ultra fluvium, h. e. *Euphratem*. Vide et v. 3. 14. 15. Nehem. II, 7. 9. III, 7. Ion. II, 4. ποταμοὶ ἐκύκλωσαν με, flumina, h. e. *aquae maris*, me circumdederunt. Sic *Hesiodus Theog.* v. 242. Derin appellat filiam ὠκεανοῖο, τελήεντος ποταμοῖο, *oceani, rotundi fluvii*. Et *Homerus* Oceanum ποταμὸν appellat. Vide *Liveleium ad Ion.* l. c. Unde *Hesychius*: ποταμὸς, ὁ ὠκεανός. Conf. *Drusium Obss.* Lib. IX. c. 20. Hab. III, 8. videtur ποταμοῖς vera lectio esse, quam habent *Caten. Gr. Tertull. August.* In altera lectione ποταμῶν videtur deesse διὰ, quod addit *Hesychius*. - נְהַר chald. Dan. VII, 10. - נַהֲרָה chald. cum ה emphat. Esdr. IV, 10. 11. 16. V, 3. VI, 6. - נַחַל, *torrens*. 1 Reg. VIII, 66. 2 Par. XX, 17. - פֶּלֶג, *rivus*. Ps. LXIV, 10.

ΠΟΤΑΜΟ'Σ ΦΕΡΟ'ΜΕΝΟΣ, fluvius agitatus. צֵל סֶלַע, *umbra petrae*. Ies. XXXII, 2. Hic pro more suo alia imagine ac comparatione usi sunt, sensu tamen non mutato.

**ΠΟΤΑΠΟ'Σ, qualis*. Dan. XIII, 54. sec. cod. *Chis*. i. q. ποῖος, coll. v. 58.

ΠΟ'ΤΕ, quando, aliquando. אֵיפֹה, *ubi*. Iob. IV, 7. - מִדַּד Pih. *metior*. Iob. VII, 4. πότε ἑσπέρα; *quando* vespera? Legerunt מָתַי. - מָתַי. Iob. VII, 4. πότε ἡμέρα, ὡς δ᾽ ἄν, *quando* dies, ut. *Aqu. Theod.* πότε. Conf. Matth. XXV, 39. - *עַד מָתַי. *Inc*. Prov. VI, 9. ubi πότε est *quamdiu, usque quo*. - פַּעַם, *vice*. Ies. XLI, 7. 2 Macc. XIII, 10. εἴ ποτε, *si quando*.

**ΠΟ'ΤΕΡΟΝ, utrum*. מָה, *quid*. *Symm*. Cohel. XI, 5. ubi *Montfauconius* recte conilcit πόθεν esse legendum.

ΠΟ'ΤΕΡΟΝ Ο'ΥΧΙ', annon, nonne ה praefixum. Iob. XXI, 22. πότερον οὐχὶ ὁ κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην; *nonne* dominus est, qui docet prudentiam et scientiam? Ita etiam Iob. XXII, 2. - *הֲלֹא. Iob. VII, 1.

ΠΟ'ΤΗΜΑ, potus, potio. מִשְׁתֶּה. Ierem. LI, 39. *Hesych*: πότημα, ποτήριον, ἢ ὁ τόπος (*Stephanus* bene legendum censet πότος) αὐτός. *Hippocr.* de *affect.* p. 520, 40.

ΠΟΤΗ'ΡΙΟΝ, poculum. הַשְׁקוֹת infin. Hiph. *potandum dare*. Esth. I, 8. Forte legerunt שְׁקֹת. - כּוֹס, *poculum*. Gen. XLIII, 13. 21. 2 Sam. XII, 3. et alibi saepius. - *כַּיָּם, *sicut mare*. Thren. II, 13. Legerunt כּוֹס ex similitudine literarum. - מַשְׁקֶה, *irriguum pascuum*. Ezech. XLV, 15. Legendum ibi est ποτιστήριον.

ΠΟΤΙ'ΖΩ, poto, potum do. הִגְמִיא Hiph. *sorbendum do*. Gen. XXIV, 17. πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου, *bibendum* mihi *praebe* parum aquae ex hydria tua. - הִשְׁקָה Hiph. Gen. XIX, 32. ποτίσωμεν τὸν πατέρα ἡμῶν οἶνον, *bibendum praebeamus* patri nostro vinum. Vide et Gen. XXXIV, 43.

Num. V, 24. 27. Iud. IV, 19. Hab. II, 15. - מֶשֶׁק, *gubernator, moderator. Aqu.* Gen. XV, 2. ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, filius eius, qui potum dat domui meae. *Aquila* hic nonnullis accepisse videtur מֶשֶׁק pro מַשְׁקֶה per *apocopen.* Vide *Kuhnium Quaest. Philol. Pentad.* I. *Quaest.* 1. p. 1. Equidem mallem ποτίζοντα h. l. *dispensatorem* reddere, parte posita pro toto. - נָסַךְ, *effundo.* Ies. XXIX, 10. πεπότικεν ὑμᾶς κύριος πνεύματι κατανύξεως, *bibendum* vobis *praebuit*, seu *largiter* vobis *dedit* spiritum soporis. - שָׁאַב, *haurio aquam*, scil. iumenta potandi causa. Gen. XXIV, 19. ubi ποτιῶ est alius interpretis. - *שׁוּק, *appeto. Symm.* Ps. LXIV, 10. ποτίσεις αὐτήν. *Hieron. irrigas eam:* ubi aut תְּשֹׁקְקֶהָ derivavit a שָׁקָה, legens תַּשְׁקֶהָ, aut שׁוּק permutat h. l. suam significationem cum שָׁקָה, cuius permutationis in aliis quoque dantur exempla, v. c. כּוּר et כָּרָה, *fodere*, בּוּז et בָּזָה, *spernere*, ut iam *Dathius* ad h. l. recte observavit.

ΠΟΤΙΣΜΟ'Σ, *potus, potio.* שִׁקּוּי, *irrigatio. Aqu.* Prov. III, 8. Vide quoque *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 1247. *Phavorin.* s. v. ἀρδηθμός, et *Hesych.* s. ἀρδεία.

ΠΟΤΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *aquarium, aqualiculus, canalis.* מַשְׁקֶה, *irriguum. Theod.* Ezech. XLV, 15. ἀπὸ τῶν ποτιστηρίων, ubi vid. *Montf.* - *רְהָטִים, *canales.* Exod. II, 16. τὰ ποτιστήρια sec. cod. *Oxon.* quod mihi merum glossema vocis τὰς δεξαμενὰς esse videtur. - שֹׁקֶת, *canalis.* Gen. XXIV, 20. XXX, 39. Graeci ποτιστήριον alias ποτίστραν vocant. Vide *Spanhemii Obss. in Callimach.* p. 165.

ΠΟΤΙΣΤΗ'Σ, *pocillator, pincerna.* מַשְׁקֶה, idem. *Aqu.* Gen. XL, 1.

ΠΟΤΙ'ΣΤΡΑΙ, *alvei*, aut *canales ad pecorum potum adornati*, a ποτίζω, *poto.* רְהָטִים, *canales. Incert.* Exod. II, 16. *Strabo* VIII. p. 545. C. Voce ποτίστρα in eodem sensu utuntur Graeci hodierni.

ΠΟΤΟ'Σ, *potabilis,* et neutrum ponitur pro substantivo, τὸ ποτὸν, *potio, potus, id quod bibitur.* מַיִם dual. *aqua.* Iob. XV, 16. - מַשְׁקֶה, *irriguum.* Lev. XI, 34. πᾶν ποτὸν, *omnis potus. Homer. Il. l,* 175.

ΠΟ'ΤΟΣ, *potatio, convivium.* הַשְׁקוֹת infin. Hiph. *bibendum dare.* Esth. I, 8. Forte legerunt שֹׁקֶת. - מִמְסָךְ, *mixtura* aut *potus mixtus*, scil. aromatibus. Prov. XXXIII, 30. 1 Sam. XXV, 36. - מִשְׁתֶּה, *convivium. Aqu. Symm.* Gen. XXIX, 2. et Ies. XXV, 6. *Symm.* Prov. XV, 15. *Inc.* Ies. V, 2. Confer quoque 1 Petr. IV, 3. - מִשְׁתְּיָא chald. Dan. V, 10. - שְׁתִיָּה. Esth. I, 8. 3 Esdr. V, 54. hebr. מִשְׁתֶּה Esdr. III, 7. *Hesych.* πότος, εὐωχία, ἄριστον, δεῖπνον, ἢ αὐτὸ τὸ πιεῖν. *Suidas:* ποτὸς, τὸ πινόμενον. Πότος δὲ, τὸ συμπόσιον.

ΠΟΥ', *ubi, quo, quorsum.* אֱהִי. Hos. XIII, 10. 14. Ex sententia *Cappelli* in *Crit. S.* p. 650. utrobique legerunt

אַיֵּה, contradicente tamen *Scharfenbergio*, qui v. 10. ideo ποῦ recte transtulisse statuit, quia sequitur אֵפוֹא, et series orationis docet, esse h. l. interrogationem, sed v. 14. LXX, deceptos ambiguitate vocabuli אֱהִי, significationem eius ab h. l. alienam expressisse. – אֵי. Gen. IV, 9. Deut. XXXII, 37. 1 Sam. XXVI, 16. – אַיֵּה. Gen. XVIII, 9. XIX, 5. Exod. II, 20. et alibi saepius. – אַיּוֹ, *ubi ille*. Mich. VII, 10. – *אֵיךְ, *quomodo*. Ierem. XXXVI, 18. ubi pro ποῦ *Cappello* legendum videtur πῶς. Alii libri habent πόθεν. Abd. v. 5. Legerunt אַיֵּה aut potius אֵין, seu אַיִן, quod aliquando significat *ubi* estque adverbium loci. – אֵיכֹה. 2 Reg. VI, 13. – אַיָּם, *ubi illi*. Ies. XIX, 12. – אַיִן, *non*. Ierem. VI, 14. ποῦ ἐστιν εἰρήνη, *ubi* est pax? h. e. neutiquam est pax. Unde forte apud *Hesychium*: ποῦ ἐν ἴσῳ τῷ οὐδαμῶς. Praeterea אַיִן est interdum i. q. אַיֵּה, *ubi*. Certe arab. أين est *ubi*, *ubinam*. Conf. Iob. X, 7. – אֵיפֹה. Gen. XXXVII, 15. Iudic. VIII, 18. Ruth II, 19. et alibi. – אָן. 1 Sam. X, 14. – אָנָה. Gen. XVI, 8. πόθεν ἔρχῃ, καὶ ποῦ πορεύῃ; unde venis et *quorsum* vadis? Vide et Gen. XXXII, 17. XXXVII, 30. et alibi. – יָדַיִם dual. *manus*. Ios. VIII, 20. יָדַיִם h. l. *loca* significat aut *latera*. Tob. II, 14. ποῦ εἰσίν; *quamnam praestant utilitatem?* Baruch. III, 4. ποῦ; *ubi quaerendum est?*

ΠΟΥ῀Σ, *pes*, *fulcrum*, *gressus*. *אַבִּיר, *fortis*. Ier. XLVII, 3. τῶν ποδῶν. Fortasse scribendum est ἵππων, quam notionen אַבִּיר haud raro habet. Vide *Simonis Lex. hebr.* p. 20. *Theod.* habet δυνατῶν. – *אַחֲרֶיךָ, *post te*. Iob. XXXIX, 10. Ἐν ποδί, quod h. l. nonnulli codd. habent, vel mendum est pro ἐν πεδίῳ, vel ex alia interpretatione, quasi dicat; *pedetentim vestigia tua legens*. – אֹרַח, *semita*. Ies. III, 11. τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ἡμῶν. Bene quoad sensum. – – אַשּׁוּר *incessus*. Iob. XXXI, 7. – *הִדְרִיךְ Hiph. a דָּרַךְ, *calcare facio*. Iud. XX, 43. κατὰ πόδα αὐτοῦ sec. cod. *Vat.* Est fortasse alius interpretis. Ed. *Compl.* habet κατεπάτησαν, e quo lectionem κατὰ πόδα ortam esse facile aliquis coniiceret. – *הָמוֹן, *strepitus*. 1 Reg. XVIII, 41. ἡ φωνὴ τῶν ποδῶν τοῦ ὑετοῦ sec. cod. *Vatic.* Ed. *Compl.* habet τοῦ ἤχους. Si lectio sana est, οἱ πόδες τοῦ ὑετοῦ notat ὑετὸν σπεύδοντα. Possunt autem pluviae, inprimis si e nubibus tonitralibus delabitur, non incommode pedes tribui. – *יָד, *manus*. Dan. X, 10. sec. cod. *Chis.* ἐπὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν μου. Sic etiam *Chrysostomus*. יָד, *manus*, etiam de *animalium pedibus anterioribus* dicitur, ut docuit *Bochartus Hier.* P. I. lib. IV. c. 7. col. 1088. – כְּרָעַיִם dual. *crura*. Exod. XII, 9. XXIX, 17. Lev. I, 9. et alibi. Adde *Inc.* Levit. IV, 11. – מַרְגְּלוֹת plur. *stragulae pedales*. Ruth. III, 4. 7. 8. 14. – *עָמְדִי, *stare meum*. *Theod.* Dan. VIII, 18. Sine dubio derivavit ab עֹמֶר, *pes*. –

עֵמֶק, *vallis*. Iob. XXXIX, 21. ἐν ποδὶ sec. *Ald.* et *Compl.* Ita quoque *Ambrosius* de *interpellat. Iobi Opp.* T. I. p. 659. Videtur illud ἐν ποδὶ vel e *Chrysostomi* interpretatione huius loci, vel potius ex vitioso πεδι pro πεδίῳ (quod habet ed. *Lond.*) ortum esse. Vide tamen supra s. אַחֲרֶיךָ. - עָקֵב, *calcaneus*. Gen. XLIX, 19. - פְּעָמִים plur. *incessus*. Iud. V, 28. sec. *Vat.* 2 Reg. XIX, 24. Prov. XXIX, 5. *Symm.* et οἱ λοιποὶ Ps. LVII, 11. - פַּרְסָה, *ungula*. Ies. V, 28. - רֶגֶל, passim in duali רַגְלַיִם. Gen. VIII, 9. XVIII, 4. XXXIII, 14. κατὰ πόδα τῶν παιδαρίων, iuxta *gressum* puellorum, h. e. *lente*. Exod. III, 5. et alibi saepissime. - כַּף רַגְלַיִם, *planta pedum*. Ezech. I, 7. - רַגְלִי, *pedes*, *peditis*. Ierem. XII, 5. σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι. Habuerunt pro plurali vocis רֶגֶל, *pes*. - שׁוּל, *fimbria*. *Al.* Thren. I, 10. πρὸ ποδῶν αὐτῆς. Videntur *fimbrias* pro omni extremitate accepisse, quo sensu et apud Latinos occurrit, et hanc ob causam per *pedes* liberius transtulisse. שׁוּל apud Chaldaeos in universum de *imo rei* usurpatur, et de *pudendis* adeo adhibetur. *Symm.* Exod. XXVIII, 33. πρὸς ποδῶν. *Symm. Theod.* Ies. VI, 1. τὰ πρὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ. *Vulg. et ea, quae sub ipso erant,* h. e. *fimbriae latae vestimenti eius regii.* Sirac. XXVI, 20. πόδες ὡραῖοι, pedes pulcri, *fulcra* pulchra. Sir. XXXVIII, 39. πρὸ ποδῶν. Forte ibi προποδῶν legendum, quod ab *Hesychio* per ἔμπροσθεν explicatur. - Vide alibi κλῶνες.

ΠΡΑΓΜΑ, *negotium*, *actio*, *opus*, *res*, *factum*, *munus*, etiam *lis*, *causa*, *controversia*, *contentio*, unde *pragmatici* in *iudiciis* dicebantur, *qui in foro dicturis oratoribus de legibus ac iure argumenta subministrabant*. דָּבָר. Gen. XIX, 22. Exod. I, 18. ubi πρᾶγμα est *factum*, *res*, *quae fit et agitur*. Deut. XXIV, 5. ubi πρᾶγμα est *munus aliquod et officium*, adiuncta notione *laboris* et *molestiae*. Prov. XXV, 2. ubi an πράγματα aut προστάγματα legendum sit, diiudicare non valeo. *Symm.* Gen. XX, 10. - דָּבָר et דָּת iunctim, *verbum*, *lex*. Esth. III, 15. - דֶּבֶר, *pestis*. Ps. XC, 6. Hic legerunt דָּבָר cum *Symmacho* et *Aquila*. - חֵפֶץ, *propositum*. Cohel. III, 1. 17. V, 7. VIII, 6. Vox hebr. apud Salomonem in genere pro *negotio* s. *re* sumitur, sicut *Syr.* צבותא, *voluntas*, passim pro *re* usurpatur. - *מְדִינָה chald. *provincia*. Dan. II, 48. 49. sec. cod. *Chis.* ubi liberius transtulerunt. - *מִלְּתָא chald. *verbum*. Dan. II, 8. sec. cod. *Chis.* Ib. v. 48. 49. - מַעֲלָלִים plur. Ierem. XLIV, 22. - מַעֲשֶׂה. Gen. XLIV, 15. - *נֶטַע, *plantatio*. *Hebr.* Iob. XIV, 9. ἀπὸ τοῦ πράγματος ποιήσει καρπὸν, fructus *actionum* suarum reportabit ac percipiet. Sensum expressit. In textu hebr. legitur: *et faciet messem, sicut fuit plantatio*. - צְבוּ chald. per apocopen pro צבות, *voluntas*. Dan. VI, 17. Vide supra s. חֵפֶץ. 1 Macc. VI, 56. πράγματα, *res seu negotia regni*, i. q. v. 57. τὰ τῆς

βασιλείας. Conf. *Symm.* 3 Esdr. IX, 13. in notione *facinoris* legitur, quod erat in consuetudine cum mulieribus alienigenis. 2 Macc. III, 8. τῷ πράγματι, *re vera*, uti a *Vulgato* vertitur, et opponitur τῇ ἐμφάσει. Ib. v. 7. ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, qui erat quaestor: nam πράγματα significat *pecunias*, coll. v. 38. Conf. quoque *Obss. Miscell.* Vol. VII. p. 410. 3 Esdr. IV, 18. πρᾶγμα est *supellex* seu *res*, coll. v. 19.

ΠΡΑΓΜΑΤΕΙ'Α, *operatio*, *negotiatio*, *exactio*, *opus*, *negotium*, it. *opus historicum*, *historica tractatio*. דָּבָר, *verbum*. 1 Reg. IX, 15. ἡ πραγματεία τῆς προνομῆς, *exactio tributi*. Conf. πράκτωρ. - חֵשֶׁק, *desiderium*. 1 Reg. IX, 1. 19. - חִשֻּׁקִים plur. *canthi*. 1 Reg. VII, 32. αἱ πραγματεῖαι αὐτῶν, *artificia eorum* vel *totum opus*. *Michaelis Suppl.* p. 981. recte monuit, versionem hanc non solum ad חִשֻּׁקִים, sed etiam ad חִשֻּׁרִים pertinere, ac conferendum arab. حشى, *eleganter formavit*. - מְלָאכָה, *opus*. 1 Par. XXVIII, 21. ἐν πάσῃ πραγματείᾳ, in omni *negotio*. - סְפֹרוֹת plur. *numeri*. Ps. LXX, 17. ὅτι οὐκ ἔγνων πραγματείας, quia non novi *historicas tractationes*. Ita *Polybius* non longe ab initio operis sui: αὐτὸ γὰρ τὸ παράδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ὧν προῃρήμεθα γράφειν, ἱκανόν ἐστι προκαλέσασθαι καὶ παρορμῆσαι πάντα καὶ νέον καὶ πρεσβύτερον πρὸς τὴν ἔντευξιν τῆς πραγματείας. Et *Diodor. Sic.* Lib. I. non longe ab initio: διὰ τῆς πραγματείας ταύτης. Et paulo post: οἵ τε τὰς κοινὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις, καθάπερ μιᾶς πόλεως, ἀναγράψαντες ἕνα λόγον καὶ κοινὸν χρηματιστήριον τῶν συντετελεσμένων ἀπέδειξαν τὰς ἑαυτῶν πραγματείας. Vide et *Diod. Sic.* Lib. I. p. 4. Sic *Bielius*. Sed lectio πραγματείας sine dubio ibi est vitiosa, et reponendum γραμματείας, quod vide supra: ut 3 Esdr. VIII, 24. pro πραγματικοῖς in aliis codd. legitur γραμματικοῖς, et in *Epistolis Libanii* a *Wolfio* editis p. 224. pro γραμμάτων alius codex habet πραγμάτων. *Hesychius* tamen habet: πραγματεία, σύγγραμμα βίβλου ἢ λόγος. Sed vide *Gutherium* de *Off. Dom. Aug.* I, 32. Legitur praeterea Dan. VI, 4. sec. cod. *Chis.* ubi nihil ei respondet in textu hebr. 2 Macc. II, 32. τὸ ἐργαστικὸν τῆς πραγματείας παραιτεῖσθαι, elaboratam *pertractationem* devitare.

ΠΡΑΓΜΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *negotior*, *molior*. חָשַׁק, *desidero*. 1 Reg. IX, 19. Adde Dan. VIII, 17. sec. cod. *Chis.* ubi chald. עֲשָׂה respondet.

*ΠΡΑΓΜΑΤΙ'Α, i. q. πραγματεία. דָּבָר. 1 Reg. IX, 15. sec. ed. *Compl.*

ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΟ'Σ, *solers in negotiis agendis et rebus tractandis, ad res gestas vel ad rerum civilium administrationem pertinens*, *realis*. Πραγματικοὶ dicuntur *homines forensis professionis, qui libellos concipiebant et testationes consignabant*, *administri*, *scribae*. 3 Esdr. VIII, 24. πραγματικοῖς

ΠΡΟΘΕΡΙ'ΖΩ, *antea demeto*. *Al.* Iud. XV, 5. τὰ προτεθερισμένα, *antea demessa*. In textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Sunt autem ibi προτεθερισμένα *segetes in manipulos collectae*. Vide ad h. l. *Holmesium*. (Num παρατεθερισμένα legendum? *K.*)

ΠΡΟ'ΘΕΣΙΣ, *propositio*, *propositum*. *הָכִין Hiph. a כּוּן, *praeparo*. *Aqu.* sec. *cod. Colbert.* Ps. X, 17. τὴν πρόθεσιν τῆς καρδίας. Sed versio haec non *Aquilae* tribuenda, potius *Symmacho* vindicanda est sec. *Theodoretum* T. I. p. 670. et *Catenam Corderii* T. I. p. 179. – מַעֲרֶכֶת, *ordinatio*, *dispositio*. 2 Par. II, 4. – עָרַךְ, idem. Exod. XL, 4. – עֶשְׁתֹּנוֹת, *cogitationes*. *Inc.* Ps. CXLV, 4. προθέσεις. 2 Macc. III, 8. τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν, *propositum* regis. - Vide alibi ἄρτος.

ΠΡΟΘΕΣΜΙ'Α, sc. ὥρα, *tempus praefinitum*, *terminus constitutus*. קֵץ, *finis*, *terminus*. *Symm.* Iob. XXVIII, 3. προθεσμίαν, *terminum constitutum*. *Hesych.* προθεσμία, καιρὸς, ὅρισις, (*Palmerius* ad *Chron. Marm. Arundel.* p. 701. legendum coniicit καιροῦ ὅρισις, quae coniectura assensum meretur.) διορία, ὅρισμα. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. *Suidas* a προθεῖναι vocem derivat, quoties *tempus* denotat *ab hominibus constitutum*: sin autem *a Deo definitum* sit, a προθεσπίζειν, *praedicere*, quod Dei proprie sit, arcessit. Sed merito ab illo dissentit *Elsnerus* ad Gal. IV, 2. p. 189. existimans, veram et solam originem vocabuli esse a προθεῖναι et πρόθεσις. (Idem nomen Dan. IX, 26. in *Symmachi* fra-

gmento, quod *Whitius* in *Epist. de nova vers. Alex. editione Oxon.* 1779. p. 6. ex cod. *Chis.* protulit, bis occurrit. *K.*)

ΠΡΟ'ΘΥΜΑ, *patera*, *vas excipiendo sanguini victimae.* Sic *patera* saepius apud *Ciceronem.* אַגָּן. *Aqu.* Exod. XXIV, 6.

ΠΡΟΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, *promto et alacri sum animo*, *sum promtus, paratus*, it. *sponte offero.* הִתְנַדֵּב Hithp. *sponte offero.* 1 Par. XXIX, 6. προεθυμήθησαν οἱ ἄρχοντες τῶν πατριῶν, *sponte obtulerunt* principes familiarum. Vide et v. 9. *Hesych.* προεθυμήθησαν, μετὰ προαιρέσεως προσήνεγκαν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προεθυμήθησαν, μετὰ προαιρέσεως, ἑκουσίως, supple ex *Hesychio* προσήνεγκαν. 1 Par. XXIX, 17. ἐν ἁπλότητι καρδίας μου προεθυμήθην ταῦτα, in simplicitate cordis mei *sponte haec obtuli.* - שָׁאַף, *haurio*, etiam *inhio*, *cupio.* *Symm.* Iob. XXXVI, 20. προθυμηθῇς, *studeas*, *cogites*, *satagas.* 1 Macc. I, 15. προεθυμήθησάν τινες ἀπὸ τοῦ λαοῦ, *parati fuerunt* quidam de populo. Ita *Bielius.* Sed προθυμεῖσθαι ibi est i. q. ἐνθυμεῖσθαι, *in animum inducere.* Conf. *Syrum.* 3 Macc. III, 17. προθυμηθέντων ἡμῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, cum *vellem* templum intrare.

ΠΡΟΘΥΜΙ'Α, *promtitudo animi*, *alacritas.* Sirac. XLV, 32.

ΠΡΟ'ΘΥΜΟΣ, *promtus animo*, *alacris.* חָשׁ part. ex חוּשׁ, *festinans.* Hab. I, 8. - נָדִיב, *spontaneus.* 1 Par. XXVIII, 21. 2 Par. XXIX, 31. Vide et 2 Macc. IV, 14.

ΠΡΟΘΥΜΟ'ΤΕΡΟΣ, *promtior animo.* 2 Macc. XV, 9.

**ΠΡΟΘΥΜΟ'Ω*, i. q. προθυμέω. הִתְנַדֵּב, *sponte offero.* 1 Par. XXIX, 6. sec. *Alex.* προεθυμώθησαν.

ΠΡΟΘΥ'ΜΩΣ, *promto animo*, *alacriter.* יְשַׁר־לֵבָב, *rectus corde.* 2 Par. XXIX, 34. Adde Tob. VII, 9. 2 Macc. VI, 28. XI, 8.

ΠΡΟ'ΘΥΡΟΝ, *quod est ante ianuam*, *limen*, *vestibulum.* *אולם, idem. *Inc.* Ezech. VIII, 16. - *אחר, *unus.* Ies. LXVI, 17. ἐν τοῖς προθύροις, pro אחר אַחַד, *post unam.* Si credas *Millio* in *Diss. sel.* p. 272., oculum intenderunt in Deam *Hecaten* (hanc enim per אחר intellegit), cuius simulacrum ante fores, ἐν προθύροις, poni solebat. *Doederleinio* excidisse videntur hic quaedam verbula, cum versio *Arabica* habeat: *et ante ianuas et in sepibus. Vulg. post ianuam intrinsecus*: ubi אַחַד *ianuam* vertit, sine dubio ex usu l. chald. et syr. Chald. אֲחַד est *claudere*, et syr. ܬܪܥܐ *ianua*, *ostium*, *fores*, *repagulum.* - מְזוּזָה, *postis.* Ezech. XLVI, 2. - מֶלֶט et מַלְבֵּן iunctim, *argilla*, *fornax lateraria.* Ierem. XLIII, 9. Ita *Bielius Trommii* auctoritatem secutus. *Boysenio* in *notis critt.* ad h. l. p. 585. LXX respexisse videntur arab. بلط, *stravit lapidibus solum*, unde بلاط, λιθόστρωτον, *pavimentum*, *solum*

stratum et complanatum, teste *Golio Lex. Arab.* p. 518. Mihi vero de h. l. ita videtur. Voci בְּמַלְבֵּן respondent verba ἐν κρυφαίῳ. מַלְבֵּן autem intellexerunt de *pavimentatione lateritia* s. *pavimento ante ianuas*, quod Exod. XXIV, 10. לִבְנַה dicitur. Vide *Opuscula Critica* p. 381. - מִסְדְּרוֹנָה, *vestibulum*. *Symm.* Iud. III, 23. πρόθυρα. - מִפְתָּן, *limen*. Ezech. XLVI, 3. - סַף, idem. Iud. XIX, 27. 1 Reg. VII, 50. Ezech. XLIII, 8. *Aqu. Theod.* Ez. XLVI, 6. 7. - פֶּתַח, *ianua*. Gen. XIX, 6. Ierem. I, 15. et alibi saepius. - תָּא, *thalamus*, it. *excubitorium*. *Aqu. Theod.* Ezech. XL, 7. - תּוֹךְ, *medium*. Ies. LXVI, 17. Sed vide supra ad אַחַר.

ΠΡΟΙ'ΕΜΑΙ, *proiicio*, *abiicio*, *negligo*, *remitto*, *immitto*, *dimitto*, *prodo*, *emitto*, *profero*, *eloquor*, *iacto*. הִבִּיעַ Hiph. a נָבַע, *eructo*. Prov. I, 23. ἰδοὺ προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, ecce *prodam* s. *eloquar* vobis spiritus mei dictionem. *Hesych.* προήσομαι, προδώσω. *Suidas:* προήσομαι, προπέμψω, προδώσω. - הִרְפָּה Hiph. *remitto*, *dimitto*. Iob. VII, 18. ἕως τίνος οὐκ ἐᾷς με, οὐδὲ προΐῃ με; quousque non sinis me, neque *dimittis* me? (Hinc corrigendus *Hesychius*, apud quem nunc vitiose legitur: Πρόη (scribe προΐῃ) με, προδώσεις με.) Ita apud *Suidam*: προεῖται. λαβὼν εἰς τὰς χεῖρας προεῖται αὐτὸν, τουτέστιν ἀφήσει, καταλείψει. *Inc.* et LXX Iob. XXVII, 6. δικαιοσύνῃ δὲ προέχων, οὐ μὴν προῶμαι, iustitiae autem operam dans non *remittam*, h. e. *iuste agere non desinam*. *Hesych.* οὐ μὴ πρόωμαι (Ita in codice quodam l. c. procul dubio scriptum fuit, et inde in alio, quo *Montanus* usus est, corrupte enatum videtur οὐ μὴ πρίωμαι.), οὐ παραχωρήσω. Ita etiam legitur in *Gloss. Bremensi*; exponitur autem: οὐ μὴ παραχωρήσω, οὐ μὴ ἐάσω, οὐ μὴ προδώσω. In eodem ita: πρόωμαι, ἐάσω, ἐνδώσω. Inde et apud *Hesychium* pro πρόσομαι, ἐάσω, προχωρήσω, reponendum: πρόωμαι, ἐάσω, παραχωρήσω. Sic idem statim subiungit: προώμεθα, ἐάσωμεν, παραχωρήσωμεν. Scrib. ἐάσομεν, παραχωρήσομεν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προώμεθα, προδώσομεν, et *Suidas* habet: πρόωμαι, παραχωρήσω. *Zonaras Lex.* 1486. Οὐ μὴ πρόωμαι, οὐ παραχωρήσω, οὐ προδώσω. - נָבַל, *stulte ago*. Prov. XXX, 32. ἐὰν πρόῃ σεαυτὸν εἰς εὐφροσύνην, si immiseris te in laetitiam. *Iaegero* ad h. l. πρόῃ σεαυτὸν depromtum videtur a בְהִתְנַשֵּׂא, quod cum graeco habet notionem *sese per insolentiam efferendi ac proiiciendi ad libidinem aliquam*. Idem quoque coniecit εἰς ἀφροσύνην pro εἰς εὐφροσύνην. - נָתַן, *do*. Prov. V, 9. ἵνα μὴ πρόῃ ἄλλοις ζωήν σου, ne aliis *prodat* vitam tuam. Inde apud *Hesychium* redditur προβάλῃ, et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προδῷ. *Al.* Exod. III, 19. οἶδα, ὅτι οὐ προήσεται ὑμᾶς φαραὼ, novi, quod non *dimissurus* vos *sit* Pharao. *Symm.* Iob. II, 4. προήσεται, *proiiciet*, *profundet*. 2 Macc X, 34. λόγους ἀθεμίτους προΐοντο, sermones nefandos *iactabant*. 2 Macc. XV,

12. *λαλιὰν προϊέμενον πρεπόντως*, sermonem *emittentem* decenter, h. e. decoro utentem orationis genere, et politum in oratione ac sermone. 4 Macc. XVIII, 5. *προϊέμενοι*, *obiicientes*. Conf. *φείδομαι*.

ΠΡΟΙ'ΣΤΗΜΙ, *ante statuo*, *praeficio*. Med. *προΐσταμαι*, *ante sto*, *praesum*, *defendo*, *protego*, *tueor*. הֶעֱבִיר et הוֹגִיעַ iunctim, *servire facio*, *moerore afficio*, seu *delasso*. Ies. XLIII, 24. (sec. *Vatic*. In cod. *Alex*. legitur *προίστην σου*, h. e. *Hieronymo* interprete: *defendi te*.) *ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου προέστης μου*, in peccatis tuis *ante me stetisti*, h. e. *manifestus mihi fuisti* peccans legesque meas violans. Ita cod. *Vat*. Legerunt הֶעֱמַדְתַּנִי vel הֶעֱמַדְתִּיךָ. Vide ad h. l. notas *L. Bosii*. – בְּיַרְכָתֵי dual. constr. *ad latera*. Amos. VI, 10. *ἐρεῖ τοῖς προεστηκόσι τῆς οἰκίας*, dicit illis, qui *praefuerunt* domui. Conf. I Tim. III, 4. – עָבַר, *transeo*. Prov. XXVI, 17. *ὁ προεστὼς ἀλλοτρίας κρίσεως*, alienam causam *defendens*. Ita *Demosthenes Orat. contra Timocr*. initio: *καὶ τοσούτῳ ῥᾷόν ἐστιν ἰδίᾳ τινὰς θεραπεύειν, ἢ τῶν ὑμετέρων δικαίων προΐστασθαι*. Conf. *Ellisium* in *Fortuitis sacris* p. 231. et quae inde recenset *Wolfius* ad Tit. III, 8. p. 571. Caeterum Prov. l. c. LXX legerunt *literis transpositis* עֹרֵב מִתְעָרֵב. *Vulgatus: qui miscetur rixae alienae*. – *שָׂגַב Pih. proprie *exalto*, *elevo aliquem*, *colloco aliquem in loco edito*, *ad quem non tam facile aditus patet*, metaphorice *tueor*, *tutum praesto aliquem*. *Inc*. Ps. XIX, 2. *προσταθείη σοι*, patrocinetur tibi, tueatur te. Quia hoc verbum a Graecis proprie et eleganter de *patronis*, *προστάταις*, dicitur, propterea credit *Fischerus* in *Clavi* p. 74., *Symmachum* esse illum interpretem, cuius nomen nobis codex *Coislinianus* invidit. 1 Macc. V, 19. *πρόστητε τοῦ λαοῦ τούτου*, *praesto este* populo huic, seu *prospicite*, *curam gerite*. Sic *Syrus*. *Philostratus* in *Vit. Sophist*. lib. II. c. 2. p. 566. de Theodoto: *οὗτος προὔστη μὲν τοῦ Ἀθηναίων δήμου*, hic Atheniensium populo *praefuit*. 2 Macc. XIV, 9. – Vide alibi *οἶκος*.

ΠΡΟΚΑΘΗΓΕ'ΟΜΑΙ, *ducem me praebeo*, *praeeo*, *praesum*. 3 Esdr. VI, 12. *προκαθηγούμενοι*, *duces*. 3 Esdr. VI, 12. chald. גֻּבְרַיָּא דִּי בְרָאשֵׁיהֹם, *virorum*, *qui in capitibus eorum*, coll. Esdr. V, 10. Alii libri ibi habent *προκαθήμενοι*.

**ΠΡΟΚΑΘΗ'ΚΩ*. 1 Macc. X, 39. sec. cod. *Alex*. *εἰς τὴν προκαθήκουσαν δαπάνην*. Si lectio sana est, nec forte legendum *προσκαθήκουσαν*, ut in *Compl*. legitur, *προκαθήκειν* erit h. l. i. q. simplex *καθήκειν*.

ΠΡΟΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *ante sedeo*, *ante situs sum*, *praesideo*, *praeses sum*. 3 Esdr. VI, 11. sec. cod. *Alex*. *τῶν προκαθημένων*, chald. גֻּבְרַיָּא דִּי בְרָאשֵׁיהֹם, *virorum*, *qui in capitibus eorum*, coll. Esdr. V, 10. ubi alii libri *προκαθηγουμένων* habent. 3 Esdr. I, 32. *οἱ προκαθήμενοι*, *proceres*, *duces*,

i. q. *οἱ ἄρχοντες*, ubi in textu hebr. 2 Par. XXXV, 25. שָׂרִים. 3 Esdr. V, 65. hebr. רָאשִׁים, coll. Esdr. III, 12. 3 Esdr. VIII, 28. coll. Esdr. VIII, 1. 3 Esdr. IX, 45. hebr. הָיָה לְמַעְלָה, coll. Nehem. VIII, 5. *Suidas: προκαθήμενον, ἐξάρχοντα.*

**ΠΡΟΚΑΘΙ'ΖΩ*, *ante consideo, (Homer. Il. β, 463.) praesideo, praeses sum.* 4 Macc. V, 1.

ΠΡΟΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ, *praeconstituo, constituo.* לָקַח, *accipio. Inc.* et LXX Iud. XIV, 11. *προκατέστησαν αὐτῷ ἑταίρους τριάκοντα.*

**ΠΡΟΚΑΚΟ'Ω*, *ante affligo, ante male tracto.* 4 Macc. XVII, 22.

**ΠΡΟΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ*, *provoco, evoco.* Vox haec in *Bielii* Thesauro omissa reperitur apud *Inc.* Psalm. XXXIX, 2. ubi וַיֵּט אֵלַי, *et declinavit se ad me*, vertitur *καὶ προκληθεὶς, et advocatus.* Sine dubio autem ibi legendum est *προκλιθεὶς*, vel *προσκλιθεὶς*, a *προσκλίνω*. *Hieronymus: et inclinatus est ad me. Hesych. προκαλεῖται, καλεῖ, προτρέπει.* Vide quoque *Suidam* s. v. *προκαλεῖσθαι.*

ΠΡΟΚΑΤΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *praeoccupo, occupo, anticipo, anteverto.* אָחַז, *capio.* Ps. LXXVI, 4. *προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου*, h. e. somnus ab oculis meis *prohibetur.* – בָּקַע, *abscindo.* 2 Par. XXXII, 1. Vox hebr. h. l. *vi capere* notat. – יָלַךְ, *eo.* 1 Reg. XI, 24. Forte legerunt לָכַד. Unde *Bielius* haecce desumserit, ignoro. – לָכַד, *capio.* Iud. I, 12. 13. III, 28. 2 Par. XIII, 19. 2 Sam. XII, 26. et V, 7. ubi cum *καταλαμβάνειν* in codd. permutatur. *Inc.* Iud. IX, 50. ubi *προκαταλαμβάνειν* cum simplici *καταλαμβάνειν* in codd. permutatur, unde luculenter apparet, praepositionem *πρὸ* in compositis haud raro redundare. – קִדֵּם Pih. *anticipo. Symm.* et LXX Ps. LXXVIII, 8. Iudith. II, 8. 1 Macc. V, 8. 2 Macc. X, 37.

**ΠΡΟΚΑΤΑ'ΡΧΟΜΑΙ*, *incipio.* עָנָה, *cano*, et quidem *certatim* ac *per responsoria. Inc.* Ps. CXLVI, 7. ubi notionem *praecinendi* habet. LXX ibi habent: *ἐξάρξατε*, quod vide supra.

**ΠΡΟΚΑΤΑΣΚΕΙΡ'ΡΟ'Ω*, i. q. *προκατασκιῤῥόω*, quod vide suo loco.

ΠΡΟΚΑΤΑΣΚΕΥΑ'ΖΟΜΑΙ, *ante molior, praeparo.* Prol. Sir. *προκατασκευαζομένους τὰ ἤθη ἐν νόμῳ βιοτεύειν*, qui *volunt* mores ad legem Mosaicam componere.

ΠΡΟΚΑΤΑΣΚΙΡ'Ρ'Ο'ΟΜΑΙ, *antea occalleo, inveteror, obduresco, veterasco.* 3 Macc. IV, 1. *προκατεσκιῤῥωμένης, inveterati odii.* In cod. *Alex.* legitur *προκατεσκειρωμένης*, ubi scribendum videtur *προκατεσκειῤῥωμένης*. *Al.* legisse videtur *κατεσκηρωμένης*. Inde enim fortasse apud *Hesychium: κατεσκηρωμένης, πεπαλαιωμένης.*

*ΠΡΟΚΑΤΑΧΩΡΙ'ΖΩ, i. q. simplex καταχωρίζω, *semoveo*, *separo*. 3 Macc. II, 29. sec. cod. *Alex.* προκαταχωρίσαι εἰς τὴν προσυνεσταλμένην αὐθεντίαν, *segregare* in praecontractam libertatem, ubi *Vat.* καταχωρίσαι habet.

ΠΡΟ'ΚΕΙΜΑΙ, *praeiaceo*, *proponor*. אָנַס, *cogo*. Esth. I, 8. οὐ κατὰ τὸν προκείμενον νόμον, non iuxta *propositam* vel *praescriptam* legem. Interpretati sunt, quasi in textu legeretur אֵין כְּדַת אֹנֵס. - אִשֶּׁה, *ignitum sacrificium*. Lev. XXIV, 7. Videntur ibi אִשֶּׁה prorsus omisisse et προκείμενα de suo addidisse. - נֶגֶד פָּנִים, *coram faciebus*. Exod. X, 10. - פָּנִים plur. *facies*. Num. IV, 7. *Al.* Exod. XXXIX, 36. τοὺς προκειμένους.

*ΟΥ' ΠΡΟ'ΚΕΙΤΑΙ. אַיִן, sc. הָיָה. *Symm.* Psalm. XXXV, 2.

ΠΡΟ'ΚΛΗΣΙΣ, *provocatio*. 2 Macc. IV, 14. ubi τοῦ δίσκου πρόκλησις est *provocatio* ad ludos in disco descriptos et praemia ibidem oblata. In Cod. *Alex.* legitur πρόσκλησις. *Philox.* προσκλήσει, *accitu*.

*ΠΡΟΚΛΙ'ΝΗ, *cubile*. עֶרֶשׂ, idem. Cant. I, 16. προκλίνη ἡμῶν σύσκιος. Ita *Philo* in *Comm.* ad h. l. p. 48. Secuti sunt hanc lectionem *Origenes*, *S. Ambrosius*, ut ad h. l. notat *Flamin. Nobil.*

*ΠΡΟΚΑΙ'ΝΩ vel ΠΡΟΣΚΑΙ'ΝΩ. Vide supra in προκαλέομαι.

ΠΡΟΚΟΠΗ', *profectus*, *incrementum*. Sirac. LI, 23. προκοπὴ ἐγένετό μοι ἐν αὐτῇ, *incrementum mihi erat in illa*, h. e. *multum profeci in illa*. 2 Macc. VIII, 8. εἰς προκοπὴν ἐρχόμενον τὸν ἄνδρα, ad *incrementum* venientem vel *progressus* facientem virum. *Hesych.* προκοπῆς, αὐξήσεως. Vocem hanc ἀδόκιμον tradunt *Phrynichus*, *Thomas Magister* et *Suidas*, sed *Plutarchum*, *Diogenem Laertium*, *Polybium* illa de *profectu* usos esse viri eruditissimi docuerunt. Vide *Wolfium* ad *Phil.* I, 12. p. 180. *Elsnerum* ad 1 Tim. IV, 15. p. 501. et *Graevium* ad *Luciani Soloecistam* p. 746.

ΠΡΟΚΟ'ΠΤΩ, *proficio*, *progressus facio*. כָּשַׁל, *impingo*. *Symm.* Ps. IX, 4. προκοψάντων. Sed ibi sine dubio reponendum est προσκοψάντων, nam προσκόπτειν, non autem προκόπτειν, respondet hebr. הִכְשִׁיל. De hac commutatione praepositionem πρὸ et πρὸς in verbis maxime compositis caussaque eius vide *Fischerum* in *animadverss. ad Welleri Grammat.* p. 359. et in *Clavi verss. GG.* p. 76. Eodem modo Iud. XX, 32. pro προκόπτουσι, quod in Cod. *Alex.* pro hebr. נִגָּפִים, *caesi*, legitur, ed. *Ald.* et *Compl.* rectius προσκόπτονται habent. Vide quoque supra s. v. πρόκλησις. - צָלַח. *Al.* Ps. XLIV, 5. πρόκοπτε, *procede*, *progressus fac*. Conf. *Graevii notas ad Luciani Soloec.* p. 745. Vox προκόπτω reddenda quoque videtur Codici *Alex.* 3 Macc. V, 18. ubi nunc vitiose προσκοπτούσης legitur.

*ΠΡΟ'ΚΡΗΜΝΟΣ, *prominens longe in mare*, epitheton saxi, promontorii. 4 Macc. VII, 5. πρόκρημνον ἄκραν.

ΠΡΟΚΡΙ'ΝΩ, *praefero*, *antepono*. Sap. VII, 8. *προέκρινα αὐτὴν σκήπτρων καὶ θρόνων*, anteposui illam sceptris et thronis. Sic *Diodorus Sic.* lib. I. p. 2. *τοὺς πρεσβυτάτους ταῖς ἡλικίαις ἅπαντες τῶν νεωτέρων προκρίνουσιν ἐν ταῖς συμβουλίαις*, aetate provectos iunioribus omnes anteponunt in consiliis. Inde *πρόκριμα*, quod apud *Suidam* exponitur *ἡ προτίμησις*. (*Symmachi* fragmentum, quod *Middeldorpf* in *Curis Hexapl.* in *Iobum* p. 93. ad Iob. XXXVI, 21. protulit, coll. *Cat. Nicet.* p. 522., ita vertendum puto: *ὅτι τοῦτο προέκρινας τῆς πτωχείας. K.*)

ΠΡΟΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *praeoccupo*. Sap. XVII, 17.

ΠΡΟΛΕ'ΓΩ, *praedico*. הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *nuncio*. Ies. XLI, 26.

ΠΡΟΛΗ'ΝΙΟΝ, *torcular*. יֶקֶב, idem. Ies. V, 2.

ΠΡΟ'ΛΟΒΟΣ, *ingluvies*, *sinus ille in avium gutture, primum immissorum ciborum receptaculum*, ex *πρὸ* et *λοβὸς*, quod secundum *Hesychium omne extremum* sive *omnis extrema pars*. מֻרְאָה, idem. Levit. I, 16. *Suidas*: *πρόλοβος*, *ἐπὶ τῶν πτητικῶν ὀρνέων λέγεται πρόλοβος ὁ μετὰ τὸν στόμαχον κόλπος νευρώδης, ὅμοιος σκύτει, εἰς ὃν ἡ τροφὴ ἀκατέργαστος μένει. ὃ καὶ τοῖς ἀλεκτρυόσι πᾶσιν ἔνεστιν. ὃ καὶ ὑπ' ἐνίων καλεῖται φύσσα*, h. e. *follis*. Conf. et *Suidam* in v. *πρόβολος*, et *προηγορεῶνας*. *Procopius* ad Levit. l. l. in *Caten. Theodoc.* p. 963. etymon vocis hoc statuit: *τὸ προλαμβάνον τὴν τροφήν*.

ΠΡΟΜΑΧΕ'Ω, *propugno*. הֵרִיב Hiph. a רוּב, *litigo*, *contendo*. *Symm.* Ps. LXXIII, 22. Vide et Sap. XVIII, 21. *προεμάχησε*. *Vulg. deprecari*, h. e. *deprecando propugnare*.

ΠΡΟΜΑΧΩ'Ν, *propugnaculum*. דָּיֵק, *turris lignea*, *munitio*. Ezech. IV, 2. – חֶרֶב, *gladius*. Ierem. XXXIII, 5. ubi vid. *Cod. Syr. Hex. Mediolanensis*. – שׁוּר, *murus*. Ierem. V, 10. *Aethiop.* סוּר, *tueri*. Vide et Tob. XIII, 16. *Hesych.* *πρόμαχοι, βασιλεῖς καὶ τὰ τείχη. Προμαχῶνες* (sic enim legendum pro *προμαχόνες*. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 843.) *δὲ, οἱ ἐπὶ τῶν τειχῶν πρόβολοι.* Idem: *προμαχεὼν, πύργος.* *Suidas*: *προμαχῶνος καὶ προμαχεῶνος, τοῦ τείχους, τῆς ἐπάλξεως.*

ΠΡΟ'ΜΕΤΡΟΣ, *procerus*. אִישׁ מָדוֹן, *vir mensurae*, (a מָדָה, *extendit*) h. e. *vir excelsus*, ut *Vulgatus* transtulit. *Symm.* 2 Sam. XXI, 20.

ΠΡΟΜΗΝΥ'Ω, *ante indico*, *praenuntio*, *praesignifico*. Sap. XVIII, 19. *ὄνειροι θορυβήσαντες αὐτοὺς τοῦτο προεμήνυσαν.*

ΠΡΟΝΟΕ'Ω, *praenosco*, *provideo*, *curo*, *curam gero*, *studeo*, *considero*. *הֵבִין Hiph. *intellego*. Dan. XI, 37. sec. cod. *Chis.* *ἐπὶ τοὺς θεοὺς τῶν πατέρων αὐτοῦ οὐ μὴ προνοηθῇ, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ γυναικὸς οὐ μὴ προνοηθῇ*; ubi *προνοεῖσθαι* est i. q. *διανοεῖσθαι*. Vide ad h. l. *Segaarium*. – שׁוּר, *contemplor*. Iob. XXIV, 15. *οὐ προνοήσει με ὀφθαλμὸς*, non

considerabit me oculus. *Theod.* Iob. XVII, 15. - שֵׂכֶל, *intellectus.* Prov. III, 4. προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον κυρίου καὶ ἀνθρώπων, *cura*, quae bona sunt coram Deo et hominibus. Conf. Rom. XII, 17. et 2 Cor. VIII, 21. Προνοεῖσθαι est *diligenter cogitare*, *studere*, *operam dare*. *Aqu.* *Symm.* et *Theod.* habent περινόησαι. Caeterum hi omnes pronuntiarunt שִׂכֵּל. *Hesych.* προνοοῦ, ἐνθυμοῦ, ἐπιμελοῦ. Sic πρόνοια apud eundem exponitur ἐπιμέλεια, φροντίς. 3 Esdr. II, 28. προνοηθῆναι, ὅπως μηδὲν παρὰ ταῦτα γένηται, *prospicere*, ut nihil praeter haec fiat. Sap. VI, 7. προνοεῖ περὶ πάντων, omnium *curam gerit*. Sic *Aelianus V. H.* II, 21. λέγουσι δὲ τῶν βαρβάρων οἱ προειρημένοι, καὶ εἶναι θεοὺς καὶ προνοεῖν ἡμῶν. 2 Macc. XIV, 9. τοῦ περιϊσταμένου (pro περὶ τοῦ περιϊσταμένου) γένους ἡμῶν προνοήθητι, circumstantis gentis nostrae *curam gere*. Conf. *Aelianum V. H.* XIV, 11. *Hesych.* προνοεῖ, ἐπιμελεῖται.

ΠΡΟ'ΝΟΙΑ, *providentia*, *prudentia*, *studium*, *industria*, *consideratio ante facta.* דַּעַת, *scientia.* Ios. XX, 3. sec. *Compl.* πατάξαντι ψυχὴν ἀκουσίως ἄνευ προνοίας, percutienti animam involuntarie, absque *consilio.* Sic *Aelianus V. H.* V, 15. οἱ ἐκ προνοίας ἀποκτείναντες sunt qui *consulto* aliquem occiderunt. Conf. et quae ad h. l. ex *Aristotelis Polit.* IV, 16. notat *Gronovius. Hesych.* πρόνοια, προθύμησις, ἐπιμέλεια, φροντίς. - *מַעֲלָלִי, *studia*, *facta. Symm.* Ps. LXXVI, 12. sec. *Drusium.* Apud *Eusebium* et in *duobus Regiis* legitur περινοίας. *Decreta Dei in favorem* sunt i. q. facta Dei in salutem Davidis. Sap. XIV, 3. ἡ δὲ σὴ, πάτερ, διακυβερνᾷ πρόνοια, tua autem, pater, *providentia* gubernat. Vide et Sap. XVII, 2. 2 Macc. IV, 6. ἄνευ βασιλικῆς προνοίας, sine regia *cura.*

ΠΡΟΝΟΜΕΥ'Ω, proprie *pabulatum egredior*, item *pecora armentaque abigo ac diripio*, deinde simpliciter *praedor*, *diripio*, *captivum duco.* *אוֹיֵב, *inimicus.* Iud. II, 14. προνομευόντων sec. cod. *Alex.* - בַּז, *praeda.* Ies. VIII, 3. - בָּזַז. Num. XXXI, 9. 32. 53. (ubi Schol. ἀντὶ τοῦ ἐκτήσατο, οὐκ ἐκοινοποίησε.) Deut. II, 35. III, 7. et alibi. - *לָקַח. Gen. XIV, 11. sec. *Ald.* - נָאַק, *gemo.* Ezech. XXX, 24. N. L. - קַרְקַר Pih. *destruo.* Num. XXIV, 17. Τὸ קרקר legerunt, quasi scriptum fuisset כרכר. כר notat *pascuum*, כרים sunt *greges in pascuis palantes*, et hinc כרכר est *pabulari.* - שָׁבָה, *captivo.* Num. XXXI, 9. Deut. XXI, 10. Conf. Sir. XLVIII, 16. 1 Macc. VIII, 10. - שָׁדַד, *vasto.* Prov. XI, 3. Adde *Aqu.* Ps. CXXXVI, 8. הַשְּׁדוּדָה, ἡ προνενομευμένη. - שָׁלַל. Ierem. L, 10. Ezech. XXVI, 12. XXXIX, 10. - שָׁסָה : שָׁשָׂה (שׂ pro ס). Ies. X, 13. XVII, 14. - שָׁסַס. Iud. II, 14. 16. Ies. XIII, 16. *Inc.* 1 Sam. XVII, 53. *Aqu.* 1 Sam. XXIII, 1. Sirac. XLVIII, 15. ubi vid. *Grotius*, qui monuit, προνομεύειν Hel-

lenistis esse *captivum facere.* 1 Macc. I, 64. *προνομεύειν* per *fisco addicere* reddere mallem. *Hesych.* *προνομεύει, θεσπίζει, ἁρπάζει, κατασύρει, αἰχμαλωτεύει.* *Suidas:* *προνομεύω, τὸ ληΐζω, καὶ αἰχμαλωτίζω.*

ΠΡΟΝΟΜΗ', *egressio pabuli causa, pabulatio, frumentatio, direptio, quae fit in pabulatio,* item *praedatio, direptio,* it. *praeda, captivitas, captivi,* it. *tributum.* בַּז, *praeda.* Num. XXXI, 32. Ies. XLII, 22. Ierem. II, 14. et alibi. - בִּזָּה, idem. Ezech. XXIX, 19. Dan. XI, 24. - בָּזַז, verbum, *praedor.* Ies. X, 2. - בָּעַר, infin. Pih. *depascere.* Ies. VI, 13. - הִבּוֹז infin. Niph. ex בָּזַז, *praedando.* Ies. XXIV, 3. - *חֶרֶב, *gladius.* Ies. XIII, 22. sec. *Oxon.* *ἐν τῇ προνομῇ.* - *לְשַׁד, *humor, succus.* *Aqu.* Ps. XXXI, 4. *εἰς προνομήν μου.* ל pro praepositione habuit, non pro litera radicali, et legit לְשׁוּדִי aut לְשָׁדִי, a שָׁדַד, *destruere,* cum LXX, *Theod.* et *Ed. Quinta,* ubi legitur *εἰς ταλαιπωρίαν.* - מַס, *tributum.* 1 Reg. IX, 15. *ἡ πραγματεία τῆς προνομῆς, exactio tributi.* Vide et Prov. XII, 27. In utroque loco non legerunt לָבֹז, ut nonnullis placuit, sed *προνομή* est *tributum.* Sic apud *Hesychium* *προνόμια* sunt *τὰ ὀφειλόμενα τῷ ἀξιώματι, quae debentur magistratui.* - מְשִׁסָּה. 2 Reg. XXI, 14. Ies. XLII, 22. - נְאָקָה, *gemitus.* Ezech. XXX, 24. N. L. - שְׁבִי, *captivitas.* Deut. XXI, 10. *προνομεύσῃς τὴν προνομὴν αὐτῶν*, in servitutem ducas captivitatem illorum, h. e. captivos illorum. *Gloss. in Octat.* *προνομὴν, αἰχμαλωσίαν.* - שִׁבְיָה, idem. Deut. XXI, 11. *ἴδῃς ἐν τῇ προνομῇ γυναῖκα καλὴν*, videas inter *captivos* mulierem pulcram. - שֹׁד, *rapina.* *Aqu.* Prov. XXI, 7. Ps. XI, 5. et Hab. II, 17. *Aqu.* Hos. VII, 13. - שׁוֹד, *vastatio.* *Aqu.* Iob. V, 21. *προνομῆς.* - שָׁלָל. Num. XXXI, 11. 12. Deut. XX, 14. et alibi saepius. Vide Intt. ad *Hesych.* s. *προνομία.*

ΠΡΟΝΟΜΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *praedam facio.* בָּזַז בַּז, *praedor praedam.* Ies. XXXIII, 23. - Vide alibi *σκῦλον.*

ΠΡΟΝΟΥΜΗΝΙ'Α, *antenovilunium, dies, qui praecedit primam lunam.* Iudith. VIII, 6.

ΠΡΟΟΔΕΥ'Ω, *antecedo, praetereo, praetergredior.* עָבַר. *Symm.* Ps. LXXXIII, 7. *προοδεύων,* i. q. simplex *ὁδεύων.* *Kreyssigio* legendum videtur *παροδεύων.* Verbo *προοδεύειν* praeter *Leonem Diaconum* uti auctores bene multos, exemplis idoneis docuit *Hase* ad *Leonis Diaconi Historiam* p. 199.

ΠΡΟΟΔΗΓΟ'Σ, *dux viae, antecessor.* 2 Macc. XII, 36.

ΠΡΟΟΙ'ΜΙΟΝ, *prooemium, praefatio, exordium,* it. *parabola.* הַמְשֵׁל infin. Hiph. tanquam nomen, *dominatus.* Iob. XXV, 2. Hic legerunt מָשָׁל. - שְׂאֵת מָשָׁל, infin. a נָשָׂא, *attollere parabolam.* Iob. XXVII, 1. XXIX, 1. *εἶπε τῷ προοιμίῳ*, dixit parabola. Sed in omnibus his locis mihi mendum subesse, adeoque legendum videtur *παροίμιον*, i. q. *παροιμία*, aut *παρόμοιον.* Nam מָשָׁל est *παρόμοιόν τι, assimilatum aliquid.*

ΠΡΟΟΡΑ'Ω, provideo, ante video, prospicio. שִׁוָּה Pih. *praeparo.* Psalm. XV, 8. προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, prospiciebam Dominum ante me semper, h. e. semper fiducia mea in Deo posita est. Praeterea legitur 3 Esdr. V, 63. sec. cod. *Alex.* προεωρακότες, ubi reliqui libri ἑωρακότες habent.

ΠΡΟΠΑ'ΤΩΡ, avus, progenitor, atavus. הָרָר, *mons. Symm.* Ps. XXIX, 8. προπάτορί μου. Legisse videtur לְהֹרַי, *progenitori*, ab הָרָה, *concipere, gignere*, ut iam *Montfauconus* coniecit, et notatum est a *Cappello Crit. S.* p. 344. Nihilominus tamen constat, montes aliquando maiores ac parentes dici. *Hesych.* προπάτωρ, πατρὸς πατήρ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προπάτωρ, πρόγονος, πρόπαππος.

ΠΡΟΠΕ'ΜΠΩ, mitto, deduco. *שָׁלַח, *mitto.* 2 Sam. XIX, 31. sec. *Compl. Iudith.* X, 16. ἀφ' ἡμῶν προπέμψουσίν σε, a nobis *deducent* te. Vide et 1 Macc. XII, 4. Sap. XIX, 2. μετὰ σπουδῆς προπέμψαντες αὐτοὺς, celeriter *mittentes* illos. 2 Macc. VI, 23. ταχέως λέγων προπέμπειν αὐτοὺς εἰς τὸν ᾅδην, dicens, ut celeriter *mitterent* in sepulchrum. Speciatim προπέμπειν notat *instruere viatico et omnibus, quae sunt ad iter faciendum necessaria*, quod Latini uno verbo *deducere* dicunt, quo ipso usus est *Vulgatus* Int. 3 Esdr. IV, 47. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΡΟΠΕ'ΤΕΙΑ, petulantia, temeritas, praecipitantia. שַׁל, *error.* 2 Sam. VI, 7. *Vulg. super temeritate.*

ΠΡΟΠΕΤΗ'Σ, petulans, praeceps, temerarius, procax. אֱוִיל, *stultus.* Prov. X, 15. στόμα προπετοῦς, os *praecipitis*. – פֹּשֵׂק part. *divaricans.* Prov. XIII, 3. προπετὴς χείλεσιν, *procax labiis, impudenter loquax.* Eandem notionem habet quoque vox hebr. ex Arabismo. فسق notat *erupit.* Vide et Sir. IX, 23. Sic *Alciphron* lib. III. *Ep.* 57. τὴν προπετῆ γλῶσσαν διαμασσῶμαι. *Hesych.* προπετὴς, προπίπτων πρὸ τοῦ λογισμοῦ. *Suidas:* προπετὴς, ὁ πρόγλωσσος. Apud eundem προπέτεια exponitur: ἡ ἀχαλίνωτος γλῶσσα.

ΠΡΟΠΕΤΗ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, praeceps sum. בָּהַל, *propero, festino. Symm.* Cohel. V, 1. μὴ προπετὴς γίνου, *ne praeceps sis.*

ΠΡΟΠΗΛΑΚΙ'ΖΩ, probro, iniuria afficio. חָרַף. idem. *Symm.* Ps. LIV, 13. – נָאַץ, *sperno. Symm.* Ps. LXXIII, 10. προπηλακίζειν. Conf. *Philonem* in *Flaccum* p. 670. *Suidas:* Προπηλακίζων, ἀδικῶν, ὑβρίζων, διασύρων, ἐξουθενῶν. καὶ προπηλακισμὸς, ὕβρις. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ πηλὸν ἐπιχρίεσθαι τὰ πρόσωπα τῶν ἀτιμίαν καὶ ὕβριν καταψηφιζομένων, οὓς ἀρτίως ἀσβόλῳ χρίουσι.

ΠΡΟΠΗΛΑΚΙΣΜΟ'Σ, opprobrium, ignominiosa vexatio. חֶרְפָּה, idem. *Symm.* Ps. XLIII, 14. *Alciphr.* III, 5.

ΠΡΟΠΙ'ΠΤΩ, *procido*, *cado*, *occŭmbo*. יָצָא, *egredior*. *Symm.* Ps. LXXII, 17. ubi *προπίπτειν* est *prodire*, *procedere*. Vide et Iudith. XIII, 3. 2 Macc. XII, 39. 42. 45. XV, 28.

**ΠΡΟΠΟΙΕ'Ω*, *ante* vel *prius facio*. גָּמַל, *rependo*, *remuneror*. *Inc.* Ps. CXXXVI, 8. *ἃ προεποίησας ἡμῖν*, *sicut prius de nobis merita es*. Ita *Drusius* ex ed. *Romana*. Bene quoad sensum. Alius interpres inc. ibi *ἐποίησας* habet. Vide supra s. v. *ποιέω*. Conf. *Schol.* ad *Thucyd.* lib. III. p. 175, 47. *Herodot.* I. p. 16, 11. (Sed *Montf.* ex cod. Reg. rectius *ὅπερ ἐποίησας ἡμῖν* edidisse videtur. Cf. supra s. v. *παραπειθέω*. *K.*)

ΠΡΟΠΟΜΠΗ', *praemissio*, *deductio et comitatus*, *quo praevia turba in pompis solemnibus anteit ferculis pomparum*, *comitatus*. 3 Esdr. VIII, 53.

ΠΡΟΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *praecedo*, *praeeo*, etiam simpliciter *eo*, *incedo*. אוּץ, *festino*. Ios. X, 13. – הָלַךְ, *eo*. Gen. XXII, 19. Exod. XIV, 19. XXXIII, 1. ubi est i. q. simplex *πορεύομαι*, cum quo h. l. in codd. permutatur. – יָלַךְ, idem. Exod. XXXII, 1. 33. Deut. XI, 7. ubi voce *προπορεύομαι* usus est, quia ibi sermo est de patre filios suos ducente, et inter eundum cum ipsis confabulante. – נִבְדַּל Niph. *separo me*. Nehem. X, 28. – נָסַע, *proficiscor*. Num. X, 33. – עָבַר, *transeo*. Gen. XXXII, 16. 21. Exod. XVII, 5. et alibi. – לִפְנֵי, *coram facie*. Gen. XXXII, 17. Prov. XVI, 4. *Inc.* Prov. XV, 33. – קָרַב, *appropinquo*. Exod. XL, 29. Ios. X, 24. 1 Macc. IX, 11.

**ΠΡΟ'ΠΟΣΙΣ*, *potio omnium prima et ante cibum hausta*, item *propinatio*. Esth. VII, 1. sec. *Vet. alt.* *ὡς δὲ προῆγεν ἡ πρόποσις*.

ΠΡΟΠΡΑ'ΤΤΩ, *antefacio*, *prius ago*. 3 Esdr. I, 33. *τὰ προπραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ*, *prius ab eo gesta*: hebr. דִּבְרֵי הָרִאשֹׁנִים, 2 Paral. XXXV, 26. 3 Macc. VI, 27. *τὰ προπεπραγμένα παραιτησάμενοι*, excusantes ea, *quae hactenus facta erant*. Adde *Aeschyl. Choeph.* v. 834. *Lucian. iudic. vocal.* p. 28. A. *Dion. Cass.* p. 444, 22. *Reim.*

ΠΡΟΠΤΥ'Ω, *ante me spuo*, vel *antrorsum me inflecto instar spuentis*. 2 Macc. VI, 20. *προπτύσας*, *Vulg. intuens autem*. Ex sententia *Grotii* legit *προπτεύσας*. Sed hanc vocem ignorant Lexica graeca.

ΠΡΟ'ΠΤΩΣΙΣ, *procidentia*, *prostratio*. 2 Macc. III, 21. *παμμιγῆ πρόπτωσιν*, prostrationem (sc. in genua. Alii: *concursum*.) hominum omnis sexus, aetatis et conditionis. Ib. XIII, 12.

ΠΡΟΠΥ'ΛΑΙΟΝ, *vestibulum*. אוּלָם, *vestibulum*. *Symm.* Ezech. VIII, 16. Ioel. II, 17. – אֵלָם, *vestibulum*. *Al.* Ezech. XL, 15. – שַׁעַר, *porta*. *Al.* Ezech. XL, 11. *προπυλαίου*. *Hesych.* *προπύλαιον*, *πρόθυρον*.

ΠΡΟ'ΠΥΛΟΝ, idem. אוּלָם, idem. *Symm.* Ezech. VIII, 16. et XL, 7. 1 Sam. VI, 3. et 1 Reg. VII, 6. - *אוּלָם, *robur eorum. Symm.* Ps. LXXII, 4. τὰ πρόπυλα αὐτῶν. Legit אוּלָמָם, ab אוּלָם, *vestibulum, porticus.* - מִפְתָּן, *limen.* Soph. I, 10. - סַף, idem. Amos. IX, 1. - פֶּתַח, *ianua.* Ierem. XIX, 2.

ΠΡΟ'Σ, *ad, apud, supra, adversus, contra, sub.* אֶל. Ies. XXXIII, 6. λαλεῖν πρὸς κύριον πλάνησιν, loqui *adversus* Dominum errorem. - בְּאָזְנֵי, *in auribus.* Ies. XXXVII, 29. - *אַף, *etiam.* Cant. I, 16. sec. *Compl.* πρὸς κλίνην. Legendum arbitror, ὡς κλίνη ἡμῶν σύσκιος, ut fortasse אַךְ legerint. Vide infra s. v. ὡς. - אֵצֶל, *apud.* 2 Par. XXVIII, 15. Ies. XIX, 19. Ierem. XLI, 17. - אֵת. Ierem. XXXVIII, 5. - ב praefixum. Num. XXI, 5. πρὸς τὸν θεὸν, *adversus* Deum. - דֶּרֶךְ, *via.* Ezech. XL, 21. 25. XLII, 1. 11. 12. 15. - בְּיַד, *in manu.* 1 Reg. XVI, 12. Ies. XX, 2. - עַל יְדֵי, *ad manus.* 2 Par. XXIX, 27. - ל praefix. Ierem. XXIII, 28. τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον; *quid palea ad triticum?* seu: *cum tritico commune habet?* - מ praefix. Gen. XXVIII, 11. ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων (sc. τινὰ) καὶ ἔθηκεν πρὸς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, sumebat e lapidibus loci aliquem, et ponebat *ad* caput suum. Similiter *Aristophanes* in *Pluto* v. 543. ἀντὶ προσκεφαλαίου λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ. - *מוּל, *e regione.* Exod. XVIII, 19. - אֶל מוּל, *e regione.* Ios. IX, 1. πρὸς τῷ Ἀντιλιβάνῳ, *ad* Antilibanum. - נֶגֶב, *auster.* Exod. XXXVI, 23. - נֶגְבָּה, *versus austrum.* Exod. XXVI, 18. - לְנֶגֶד, *ex adverso.* Prov. XXI, 30. οὐκ ἔστι βουλὴ πρὸς τὸν ἀσεβῆ, non est consilium *adversus* impium. Vide ad h. l. *Iaegerum.* - *עִם, *cum.* Hos. IV, 1. עִם h. l. est *contra,* nam de lite sermo est. - לְעֻמַּת, *e regione.* Nehem. XII, 24. - לְעֵת, *in tempore.* Gen. VIII, 11. τὸ πρὸς ἑσπέραν, *ad* vesperam. Gen. XXIV, 11. τὸ πρὸς ὀψὲ, *ad* vesperam, sero. Vide et 2 Sam. XI, 2. - עַל. Gen. XXXI, 50. πρὸς ταῖς θυγατράσι, super filias. Exod. I, 15. καὶ ὦσι πρὸς τῷ τίκτειν, et *prope* partum erunt. Similiter *Vulg. et partus tempus advenerit.* Conf. 2 Macc. XII, 20. - פְּאַת constr. *angulus.* Exod. XXVII, 13. XXXVI, 22. Ezech. XLV, 7. et alibi. - לִפְנֵי, *coram facie* Levit. XVIII, 23. γυνὴ οὐ στήσεται πρὸς πᾶν τετράπουν, mulier non stabit *adversus* omne animal quadrupes. 2 Par. XX, 12. τοῦ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ πλῆθος τὸ πολὺ τοῦτο, ut resistamus magna huic multitudini. Nehem. VI, 19. et alibi. - לִפְנוֹת, *in aspiciendo.* Deut. XXIII, 11. Iud. XIX, 26. - קִדְמָה constr. *versus orientem.* Ezech. XXXIX, 11. πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ad mare. Sic Luc. XIX, 37. πρὸς τῇ καταβάσει, ad descensum. - בְּתוֹךְ, *in medio.* Num. XV, 24. Tob. II, 19. πρὸς αὐτὴν, *propter* illam. Baruch. II, 5. πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν, non obediendo. Sap. XVI, 28. πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐντυγχάνειν σε, *ante* ortum solis te

precibus adire oportet. Paulo ante dixerat: *δεῖ φθάνειν τὸν ἥλιον ἐπ' εὐχαριστίαν σου*, oportet praevenire solem gratiarum actione. 3 Macc. V, 1. *ὁ πρὸς τῇ τῶν ἐλεφάντων ἐπιμελείᾳ*, qui curam habet elephantum, *ἐλεφαντάρχης*. Ibid. v. 14. *ὁ πρὸς ταῖς κλήσεσι τεταγμένος*. Sic *Polyb.* XV, 27, 16. *πρὸς τοῖς γράμμασιν τεταγμένος*, qui est ab epistolis. 1 Macc. VII, 6. accusarunt *πρὸς τὸν βασιλέα*, *apud* regem: coll. 2 Macc. X, 13. Sirac. XXIV, 19. *relate ad, comparate*, *μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός*. 3 Esdr. IX, 95. *πρὸς σὲ τὸ πρᾶγμα*, *tua est haec res*, *res posita est in te*, hebr. עָלֶ Esdr. X, 4. 2 Macc. IV, 28. *πρὸς τοῦτόν ἐστι*, *huic competit*, *huius est negotium*, coll. *Polyb.* VI, 13, 7. 3 Esdr, VIII, 85. *τὰ πρὸς αὐτοὺς*, *ea quae possident*, *bona illorum*, hebr. טוּב Esdr. IX, 12. Sir. XXIX, 25. *πρὸς ἐπὶ τούτοις*, *insuper* praeterea.

ΕἸΜΊ ΠΡΟ'Σ ΤΙΝΟ'Σ, *propensus sum alicui*, *amo aliquem*, *faveo alicui*. אַתָּה לוֹ, *tu ei*. Gen. XXIII, 13. *ἐπειδὰν πρὸς ἐμοῦ εἶ*, *si mihi propensus es:* ubi pro לוֹ legisse videntur לִי. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *πρὸς ἐμοῦ εἶ*, *οἰκεῖός μου* (apud *Suidam* legitur *μοι*), *ἐγγύς μου*, *φίλος μου*, *παρ' ἐμοί*. - נִלְוָה אֶל Niph. *adiungo me alicui*. Gen. XXIX, 33. *ἐν τῷ νῦν καιρῷ πρὸς ἐμοῦ ἔσται ὁ ἀνήρ μου*, iam nunc *propensus erit* mihi maritus meus. *Vulg. copulabitur*. Conf. *L. Bos. Proleg.* in *LXX Intt.* cap. 1. qui etiam huc refert Gen. XXXI, 8. ubi tamen *Bielius* existimat pro *πρὸς ἐμοῦ Francof.* editionem rectius habere *πρὸς ἐμέ*.

'ΩΣ ΠΡΟ'Σ, *tanquam ad*. פְּאַת דֶּרֶךְ, *angulus viae*. Ezech. XLI, 12. - Vide alibi *ἀλλήλοι*, *αὐτὸς*, *ζωὴ*, *πρωῒ*, *θεὸς*, et *χάρις*.

ΠΡΟΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ, *dies*, *qui sabbatum antegreditur*. *שַׁבָּת, *sabbatum*. Ps. XCII. in tit. sec. *Vat.* et *Alex.* *τοῦ προσαββάτου*. Fortasse *τοῦ πρώτου σαββάτου*. Vide ad h.l. *Intt.* Adde Iudith. VIII, 6.

ΠΡΟΣΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *annuncio*, *nuncio*, *defero*, *indico*. 2 Macc. III, 6. *προσήγγειλε περὶ τῶν χρημάτων*, *nuntiavit* de pecuniis. 2 Macc. X, 21. *προσαγγελθέντος δὲ τῷ Μακκαβαίῳ*, cum vero *nuntiatum esset* Maccabaeo.

ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥ'Ω, *compello*, *alloquor*, *dico*, *nomino*, *cognomino*. דָּרַשׁ, *quaero*. Deut. XXIII, 6. *οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς*, non *dices* illis pacifica, h. e. non salutabis illos. Conf. Luc. X, 5. Sap. XIV, 22. *τοσαῦτα κακὰ εἰρήνην προσαγορεύουσι*, tanta mala pacem *appellant*. Vide et 2 Macc. II, 36. *Hesych.* *προσαγορεύουσι*, *καλοῦσι*. 1 Macc. XIV, 40. *προσαγορεύονται οἱ Ἰουδαῖοι ὑπὸ Ῥωμαίων φίλοι*, *vocantur* Iudaei a Romanis amici. 2 Macc. IV, 7. et X, 9. *Ἀντιόχου τοῦ προσαγορευθέντος Ἐπιφανοῦς*, Antiochi *cognominati* Epiphanis. Vide et 2 Macc. XIV, 37. et conf. Hebr. V, 10.

ΠΡΟΣΑ'ΓΩ, *adduco*, *offero*, item, subintellecto ἐμαυτὸν, *accedo*. אָסַף, *congrego*. *Al.* Iud. III, 13. προσήγαγε. – אָרַב, *insidior*. Prov. XXIV, 15. μὴ προσαγάγῃς. Legerunt vel מַעֲבָר vel חָקַרְב, quod propius ad impressam lectionem accedit. – הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Exod. XIX, 4. Levit. IV, 4. 14. Num. VI, 12. προσάξει ἀμνὸν, *offeret* agnum. – *הַגִּיעַ chald. *pertingo*, *appropinquo*. Dan. VIII, 7. sec. cod. *Chis.* προσάγοντα, *impetum facientem*. *Hesych.* προσάγει, προσέρχεται. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio*. Prov. XIX, 24. Ita quoque *Inc. Int.* Libere verterunt. *Vulg. applicat.* – לָקַח, *accipio*. Gen. XLVIII, 9. προσάγαγέ μοι αὐτούς. Scil. לָקַח sequ. אֶל notat *propius ad aliquem adducere*. – *נְגַע, *tango*. Dan. X, 10. sec. *Chis.* χεῖρα προσήγαγέ μοι, manu me *tetigit*. Libere verterunt. – נָגַשׁ : הִגִּישׁ, Kal et Hiph. *appropinquo*, *appropinquare facio*. Gen. XXVII, 25. προσάγαγέ μοι, *affer mihi*. Ios. III, 9. προσαγάγετε (sc. ἑαυτοὺς) ὧδε, *accedite* huc. Vide et 1 Sam. IX, 18. XXX, 21. 1 Reg. XVIII, 21. (προσήγαγεν, ubi *Compl.* προσῆλθεν) 30. Ierem. XLVI, 3. προσαγάγετε (sc. ἑαυτοὺς) εἰς πόλεμον, *accedite* ad proelium. Mal. I, 11. ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται, in omni loco suffitus *offertur*. Mal. II, 12. ἐκ προσαγόντων θυσίαν τῷ κυρίῳ. Legerunt מַגִּישׁ. Adde *Symm.* Iob. XL, 14. ubi προσάγεσθαι τῇ μαχαίρᾳ notat *accingi gladio*. – *נָגַשׂ, *exigo*: נָגַשׂ, *cogo*. 1 Sam. XIII, 6. Legerunt cum Schin נִגַּשׁ, *accessit*. Verba sunt: ὅτι στενῶς αὐτῷ μὴ προσάγειν αὐτῷ, e quibus partim apparet, προσάγειν h. l. esse *adoriri hostem*, *impetum hostilem facere*, partim bene LXX ante נִגַּשׂ inseruisse particulam negandi לֹא. *Inc.* pro μὴ προσάγειν habet ἀναχωρεῖν. *Vulgatus* transtulit: *afflictus enim erat populus*. Adde 1 Sam. XXX, 21. – סָבַב, *circumeo*. 1 Sam. XXII, 17. – סָגַר, *claudo*. *Al.* Gen. XIX, 6. προσέαξεν. Conf. vocem προσοlγω. – עָבַר, *transeo*. Ios. IV, 5. Ezech. XXXVII, 2. – סוּר, *recedo*. Exod. III, 4. סוּר non solum h. l. sed etiam v. 3. *accedere*, *appropinquare* notat, h. e. προσάγειν h. l. est i. q. προσέρχεσθαι. *Hesych.* προσάγει, προσέρχεται. – קָרַב : הִקְרִיב, Kal et Hiph. *appropinquo*, *appropinquare facio*. Lev. VI, 38. ὁ ἱερεὺς ὁ προσάγων ὁλοκαύτωμα ἀνθρώπου, sacerdos *offerens* holocaustum hominis. Levit. X, 19. προσαγηόχασι τὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας, *obtulerunt* sacrificia pro peccatis. *Hesych.* προσαγηόχασι, προσήγαγον. Ita etiam in *Glossis in Octat.* et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.*, nisi quod vitiose in illis scribatur προσαγιόχασι, et in hoc προσαγειόχασιν, et in hoc praeterea addatur προσήνεγκαν. 1 Reg. XX, 29. προσήγαγεν ὁ πόλεμος, *accedebat proelium*, aut: *proelium est commissum*. Προσάγειν dativo personae iunctum interdum in sensu venereo adhibetur, ut notet *rem habere*, *matrimonium inire*. Tob. IV, 16. ὅτι δαιμόνιον φιλεῖ αὐτὴν καὶ οὐκ ἀδικεῖ οὐδένα πλὴν τῶν προσαγόντων αὐτῇ. In

vers. Hebr. ed. P. Fagii vertitur: *nisi ei viro, cui nuptum datur. Hesych.* προσαγόμενον, ἀγαπήσαντα. Conf. *Coran Sur.* IV, 19. et sub v. εἰσέρχομαι, εἰσπορεύομαι ac προσπορεύομαι.

ΠΡΟΣΑΙΤΕ'Ω, mendico, stipem peto. לֹא יִשְׂבַּע לָחֶם, *non satior cibo.* Iob. XXVII, 14. προσαιτήσουσιν, mendicabunt. Effectum pro causa posuerunt.

ΠΡΟΣΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, ascendo. עָלָה. Exod. XIX, 23. Ios. XI, 17. et alibi saepius. *Dio Cass.* p. 214, 58. *Reim.*

ΠΡΟΣΑΝΑ'ΒΑΣΙΣ, ascensus, ascensio. מַעֲלֶה, idem. Ios. XV, 3. *Eustath. Od.* ι'. p. 365, 45.

ΠΡΟΣΑΝΑΛΕ'ΓΟΜΑΙ, insuper recito, narro, commemoro. 2 Macc. VIII, 19.

ΠΡΟΣΑΝΑΠΑΥ'ΟΜΑΙ, requiesco, acquiesco. Sap. VIII, 16. Activum προσαναπαύω, quod notat *requiescere facere, requiem dare, reficere*, legitur apud *Polyb.* IV, 73, 5.

ΠΡΟΣΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, suppleo. Sap. XIX, 4. ἵνα τὴν λείπουσαν προσαναπληρώσωσι κόλασιν, ut reliquam *suppleant* poenam. Verbo utitur etiam *Apostolus* 2 Cor. IX, 12. XI, 9. *Diod. Sic.* V, 71.

ΠΡΟΣΑΝΑΤΡΕ'ΠΩ, insuper everto, vel simpliciter *everto, subverto.* Sir. XIII, 27.

ΠΡΟΣΑΝΑΦΕ'ΡΩ, offero, refero. Tob. XII, 15. οἳ προσαναφέρουσι (sc. τῷ θεῷ) τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων. Iudith. XI, 28.

ΠΡΟΣΑΝΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, reaedificando adstruo, restaurando aedificatis addo. Sir. III, 16. ἀντὶ ἁμαρτιῶν προσανοικοδομηθήσεταί σοι, loco peccatorum *insuper adstruetur* tibi. Conf. *Drusium* ad h. l. Ita *Bielius* ad h. l. Sed προσανοικοδομεῖσθαι h. l. eleganter dicitur, *quod alicui imputatur*, et quidem speciatim *ad remissionem peccatorum*, coll. v. 17. et Mal. III, 15. Ita explicarunt *Syrus* et *Arabs.* Nonnulli emphasin quaerunt, ut praepositio ἀνὰ notet *analogiam iustitiae et mercedis*, hoc sensu: ex iusta quadam retributione et compensatione fiet tibi reaedificatio et restauratio iacturae per peccatum factae.

**ΠΡΟΣΑΞΙΟ'Ω, insuper rogo, assidue rogo.* 3 Macc. VII, 10. τὸν βασιλέα προσηξίωσαν. *K.*

**ΠΡΟΣΑΠΕΙΛΕ'Ω, insuper minitor, minas addo.* Sirac. XIII, 3. προσαπειληθήσεται sec. ed. *Compl.*

ΠΡΟΣΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ, insuper vel *etiam morior.* מוּת בְּ. Exod. XXI, 29.

ΠΡΟΣΑΠΟ'ΛΛΥΜΙ, praeterea vel *simul perdo.* 2 Macc. XIII, 4. Sed ibi est i. q. simplex ἀπόλλυμι, nam Menelaus solus ibi dicitur interfectus.

ΠΡΟΣΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, ablego, emitto. 2 Macc. XI, 14. Vide *Thom. Mag.* in v. ἐφιέμενος.

ΠΡΟΣΑΠΩΘΕ'Ω, *depello, repello,* proprie *insuper* s. *amplius expello.* Sirac. XIII, 23. προσαπωθεῖται ὑπὸ φίλων, abiicitur aut negligitur a pristinis simulatis amicis suis.

*ΠΡΟΣΑΡΤΙ'ΩΣ, *integre, cohaerenter.* Ita vulgo vertitur. Sed 3 Macc. I, 16. ubi legitur αἱ δὲ καὶ προσαρτίως ἐσταλμέναι, videtur *nuper, admodum* notare, ut sit i. q. simplex ἀρτίως, ac sensus sit: *virgines modo vestem nuptialem indutae.*

*ΠΡΟΣΒΑΙ'ΝΩ, i. q. ἀναβαίνω, *adscendo, proficiscor,* et inprimis de *itineribus ad loca altiora* dicitur. Legitur 3 Esdr. VIII, 1. προσέβη Ἔσδρας. *Iosephus* in eadem re enarranda utitur verbo ἀναβῆναι, *A. I.* lib. XI. c. 5. p. 560. ed. *Hav.* De montibus dicitur Iudith. IV, 7. et cap. VII, 10. προςβῆναι ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀρέων. *Hesych.* προσβαίνει, ἐγγίζει.

ΠΡΟΣΒΑ'ΛΛΩ, sc. ἐμαυτὸν, *impetum facio, irruo, aggredior, congredior, confligo, oppugno.* אַגִּיחַ chald. Aph. a גּוּחַ, *erumpo.* Dan. VII, 2. ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ προσέβαλον εἰς τὴν θάλασσαν, venti coeli *impetum faciebant* in mare. — מָרַק, *expolio. Al.* Ierem. XLVI, 4. προσβάλετε τὰ δόρατα, *applicate* lanceas. 2 Macc. X, 28. προσέβαλον ἑκάτεροι, *manus conserere* coeperunt utrique. 2 Macc. X, 35. προσβαλόντες τῷ τείχει, *impetum facientes* in murum. Vide et 2 Macc. XII, 10. et conf. *Aelian. V. H.* lib. III. c. 14. 2 Macc. XIII, 22. προσέβαλε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, *congrediebatur* cum Iuda. *Hesych.* προσβάλλοιντο, πρὸς τῶν ἄλλων (*Sopingius* bene legit ἀλλήλων) ἔβαλον τῆς ἀθλήσεως. Conf. προσβολή. 4 Macc. III, 7. ubi cum πολεμεῖν in codd. permutatur.

ΠΡΟ'ΣΒΑΣΙΣ, *ascensio, impetus,* etiam *accessus,* a προςβαίνειν, quod non tam *ascendere,* quam *accedere* notat, ut in illo *Xenophontis* loco (*Apol. Socr.* 25.) χωρίον, ἔνθα οὐ πρόσβατον θανάτῳ, regio, ad quam mors *pervenire* non potest. *Hesych.* προσβαίνει, ἐγγίζει. מַעֲלֶה, *ascensio.* Ios. XV, 7. 2 Macc. IV, 13. πρόσβασις ἑλληνισμοῦ, *accessio* seu *accommodatio Iudaeorum ad ritus Graecorum,* seu *Hellenismi studium.* Vide supra s. πρόβασις. Legitur etiam Iudith. IV, 7. 3 Macc. I, 26. πρόσβασιν ἐποιεῖτο, *irruendi* (nempe in templum Hierosolymitanum) periculum fecit. Praeterea legitur quoque apud *Aeschyl. Eumen.* 117. et *Schol. Herodot.* III. p. 203, 7.

ΠΡΟΣΒΑΣΚΑ'ΝΙΟΝ, *terriculamentum. Cant. tr. puer.* v. 99. ad quem locum *Grotius* de hac voce ita: *Dici solere* προσβασκάνιον, *non* προβασκάνιον, *docet nos Phrynichus: qui tamen eam ipsam vocem ut minus puram reiicit, vultque dici* βασκάνιον. *Vocabantur autem sic formae quaedam ridiculae valere creditae ad avertendum fascinum,* ἐπὶ φθόνου ἀνατροπῇ, *ut Pollux loquitur, producens Aristophanis ea de re locum.*

Rectius scribi προβασκάνιον, docet *Pauw. not. ad Phrynichum* p. 31. Conf. προβασκάνιον supra.

ΠΡΟΣΒΙΒΑ'ΖΩ, *admoveo*, *impello*, *incito*, *adduco*, *verbis videlicet*, *instruo*. הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo*. Exod. XXXV, 31. ubi tamen alii pro προσβιβάσαι habent προβιβάσαι, fortasse rectius. – *שָׁנַן Pih. *exacuo*. Deut. VI, 7. προσβιβάσεις sec. cod. 44. *Holm.* ubi reliqui libri προβιβάσεις habent.

**ΠΡΟΣΒΛΕ'ΠΩ*, *contueor*, *intueor*, *aspicio*, i. q. ἐπιβλέπω. הִבִּיט Hiph. a נָבַט, idem. *Symm.* Ps. LXXXIII, 10. Idem Ion. II, 5. *Suidas:* προσβλέπω, δοτικῇ. Οὐδὲ προσβλέπειν ἂν ἔτι δυναίμην αὐτῇ.

ΠΡΟ'ΣΒΛΗΤΟΣ, *glutinatus*, *productus*. מְרֻקָּע part. Pyh. *ductum*, *extensum*. Ierem. X, 9. ἀργύριον πρόσβλητον, *argentum ductum*. *Hesych.* προσβλητὸν, κολλητόν.

ΠΡΟΣΒΟΛΗ', *admotio*, *impetus*, *proelium*, *congressio militaris*, *pugna*. 2 Macc. V, 3. προσβολὰς γινομένας, vel *proelia facta*, *pugnae commissae*, vel *coitiones factae*, et *congressiones militares*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προσβολὰς, ὁρμὰς, παρατάξεις. Vide et 2 Macc. XV, 19.

ΠΡΟΣΒΟ'ΛΩΣΙΣ, *exacutio*, *lima*, quod per eam sit προσβολὴ *ad res limandas*. Is actus προσβολοῦν dicitur. *Kirchero* interprete, *vis*, *impetus*. פְּצִירָה. *Inc.* (sine dubio *Aquila*) 1 Sam. XIII, 21. ἐγένετο ἡ προσβόλωσις στομάτων (sic enim legendum videtur pro στόματα. Certe intellegatur στόματα ἔχουσα, h. e. *habens ora* seu *acies*.) τοῖς ἀρότροις, fiebat exacutio acierum aratris. Προσβολὴ alias apud *Dionem Cassium*, ut in Lexicis observatur, pro *cuspide* et *gladii mucrone* usurpatur.

ΠΡΟΣΓΕΛΑ'Ω, *arrideo*. שָׂחַק, *rideo*, *arrideo*. *Symm.* Iob. XXIX, 24. προσγελῶν, ubi προσγελᾷν notat *benigno ac sereno vultu aliquem aspicere.* Confer ibi parallelismum sententiarum. Vide et 3 Esdr. IV, 31. Sirac. XIII, 8. 15.

ΠΡΟΣΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *adsum*, *adiungo me*, *associo me alicui*. גּוּר, *peregrinor*. Levit. XVIII, 26. XX, 10. Num. XV, 12. – *חָבַר, *associo*, *coniungo me*. *Symm.* Iob. XVI, 4. Vide et 1 Macc. III, 41. ubi pro προσεγενήθησαν, quod habent *Alex. Ald.* et *Compl.*, solus *Vat. codex* habet προσετέθησαν.

**ΠΡΟΣΓΡΑ'ΦΩ*, *insuper scribo*, *scriptis addo*, etiam *adscribo*, h. e. *attribuo*. Dan. III, 3. οἱ προσγεγραμμένοι sec. cod. *Chis.* h. e. *literis arcessiti s. acciti*, si nempe lectio sana est. Sed *Scharfenbergius* ac *Michaelis* ibi legere malunt προγεγραμμένοι, (*antea commemorati*, *quorum antea mentio facta est*) quibus etiam accessit *Segaarius*, qui notat, idem vitium in cod. *Alex.* lib. III. Esdr. c. VI, 31. reperiri. *Photius Lex.* προσγράφει, προσκρίνει. Idem legitur quoque apud *Hesychium* ac *Suidam*.

ΠΡΟΣΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *insuper ostendo et monstro, commonstro.* *Cant. tr. puer.* 12. πνεύματι ταπεινώσεως προσδειχθείημεν. Ita *Bielius.* Sed in omnibus codd. ac libris editis legitur ibi προσδεχθείημεν.

ΠΡΟ'ΣΔΕΚΤΟΣ, *acceptus, gratus.* רָצוֹן, *beneplacitum.* Prov. XI, 20. XVI, 16. Utrobique pro abstracto posuerunt concretum. Vide et Sap. IX, 12.

ΠΡΟΣΔΕ'ΟΜΑΙ, *indigeo.* חָסֵר verbal. *indigus, egenus.* Prov. XII, 9. *Inc.* 1 Sam. XXI, 15. Vide et Sir. IV, 3. XI, 13. XIII, 3. sec. ed. *Complut.* et quae ad Act. XVII, 25. ex *Philone* et aliis notat *Alberti* in *Museo Brem.* Vol. I. p. 115. *Suidas:* προσδεῖσθαι καὶ ἐνδεῖσθαι διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ δηλοῖ ὀλίγων τινῶν κτῆσιν, τὸ δὲ παντελῆ ἀπορίαν τοῦ ὅλου δηλοῖ.

ΠΡΟΣΔΕ'ΧΟΜΑΙ, *accipio, accepto, recipio, tolero, fero,* it. *exspecto.* הֵחִישׁ Hiph. a חוּשׁ, *festino.* Psalm. LIV, 8. προσεδεχόμην τὸν σώζοντά με, *exspectabam* illum, qui liberaret me. Legerunt אֹחִילָה, nam יָחַל in Hiph. est *exspectare.* Non enim placet coniectura eorum, qui statuunt, προσεδεχόμην factum h. l. esse ex προσέσχον. – *הִתְמַהְמַהּ, *cunctatus sum,* Hithp. a מָהָה. 2 Sam. XV, 28. sec. *Compl.* ac *Theodoretum.* Liberius verterunt. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio,* h. e. *parco.* *Symm.* Amos. I, 3. προσδέξομαι. – חָפֵץ, *delector.* *Symm.* Ps. L, 21. προσδέξῃ. – חָרַד, *tremo.* Ezech. XXXII, 10. προσδεχόμενοι τὴν πτῶσιν αὐτῶν, *expectantes* interitum illorum. *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. legisse videntur חָלְלוּ, nam חָלַל in Hiph. significat *exspectare.* Sed non opus est hac coniectura, quia חָרַד h. l. *metuere, sollicitum esse* notat, quam notionem etiam vox προσδέχεσθαι admittit. *Suidas:* προσδεχόμενοι, προσδοκῶντες. Idem in v. προσδοκία quaedam habet, unde lucem versio τῶν ό Ezech. l. c. accipit. En illa: καὶ ὁ φοβούμενος προσδοκᾷ, ἀλλ' οὐ προσδοκᾷ ἀγαθὰ, κακῶν γὰρ προσδοκία ἐστὶν ὁ φόβος. Conf. Luc. XXI, 26. et ad h. l. *Elsnerum* p. 275. et *Wolfium* p. 749. – כִּנָּה Pih. *cognomino.* Ies. XLV, 4. προσδέξομαί σε, *recipiam* te. Verba hebr. *Dathius* bene transtulit: *tibi providebo.* – לָקַח. Exod. XXII, 11. οὕτως προσδέξεται ὁ κύριος αὐτοῦ, ita *accipiet* Dominus illum. Psalm. VI, 9. κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο, Dominus preces meas *acceptavit.* – נָשָׂא, *fero.* Gen. XXXII, 20. ἴσως γὰρ προσδέξεται τὸ πρόσωπόν μου, fortasse enim *feret vultum meum:* ubi *Schol.* ἐάν πως ἐντραπῇ; *an personae meae reverentia ducatur?* Exod. X, 17. προσδέξασθε οὖν μου τὴν ἁμαρτίαν ἔτι νῦν, *tolerate* igitur peccatum meum adhuc nunc. – *סְבַר chald. *cogito, existimo.* *Inc:* Dan. VII, 25. Tribuit huic voci notionem *exspectandi,* quam שָׂבַר habet. Vide quoque infra s. v. προσδοκάω. – עֲתָרִים plur. *supplices.* Soph. III, 11. *Cappello* in *Nott. critt.* p. 124. et in *Critica S.* lib. IV. c. 18. §.

ΠΡΟΣΝΟΕ'Ω, *insuper mente agito et considero*, item: *adverto mentem, considero, contemplor.* הִשְׁתּוֹמֵם Hithp. a שָׁמַם, *obstupesco.* Ies. LXIII, 5. προσενόησα, *stupens circumspiciebam.* – הֲוָה מִשְׂתַּכַּל chald. *sum animadvertens.* Dan. VII, 8. – שׁוּר, *contemplor.* Num. XXIII, 9. Iob. XX, 9. Vide et Tob. XI, 4. ubi *eminus conspicere* notat. *Vulg. vidit a longe.* Fortasse tamen ibi legendum est προενόησεν. Eaedem voces permutatae quoque reperiuntur apud *Xenoph. Cyrop.* VI, 3, 4.

ΠΡΟ'ΣΟΔΟΣ, *proventus, reditus.* *יְבוּלָה, *productio. Inc.* Lev. XXVI, 20. – *תְּבוּאָה, *proventus. Inc.* Lev. XIX, 25. et XXV, 3. sec. *Coisl.* et *Lips.* – תְּבוּנָה, *intellegentia.* Prov. XXVIII, 16. προσόδων. Legerunt תְּבוּאוֹת vel תְּבוּנוֹת. Vide et 2 Macc. III, 3. (δι' ἐντεύξεως ἀργυρίου – καὶ προσόδου. *Hesych.* πρόσοδος, ἔντευξις, ἢ κέρδους προσθήκη.) IV, 8. IX, 16. et XIV, 3.

ΠΡΟΣΟΔΥ'ΡΟΜΑΙ, *adgemo, lamentor, ploro.* Sap. XIX, 3. προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν.

ΠΡΟΣΟ'ΖΩ, *male oleo.* הִבְאִישׁ Hiph. *foeteo, putresco.* Ps. XXXVII, 5.

ΠΡΟΣΟΙ'ΓΩ, *adaperio.* סָגַר, *claudo.* Gen. XIX, 6. τὴν δὲ θύραν προσέῳξεν ὀπίσω αὐτοῦ. *Fullerus Miscell. Sacr.* lib. III. c. 9. p. 328. pro προσέῳξεν hic legendum censet προσέωσεν, a προσωθεῖν, quod notat *ostium claudere*, et quidem *trudendo* et *obnixe a se dimovendo.* Sunt autem ξ et σ literae simillimi soni, quae saepius permutantur in codd. *Al.* ibi habet προσέαξεν, quod est aor. 1. Attic. a προσάγω, quod apud LXX aliquando respondet hebr. הֵשִׁיב, *reverti facio.* Vide Prov. XIX, 25. Iuxta illam itaque lectionem verba reddi possunt: *ostium reverti faciebat post se.* Et certe ex eadem lectione in aliis Codd. προσέῳξεν corrupte enatum esse opinatur *Bielius*, praesertim cum in MStis litera α ita saepius scripta sit, ut similitudinem quandam habeat cum litera ω.

ΠΡΟΣΟΝΟΜΑ'ΖΩ, *insuper nomino, cognomino*, vel simpliciter *nomino*, *appello*. 2 Macc. VI, 2. *Plut. vit. Alex. M.* c. 54. et de *Plac. Philos.* I, 17.

ΠΡΟΣΟΧΗ', *attentio*, it. *attentio ad rem*, *tenacitas*, nam *attentus ad rem parce vivit*. Sap. VI, 19. προσοχὴ νόμων, *attentio ad leges*, *observatio legum*. Sap. XII, 20. ὀφειλομένους θανάτῳ μετὰ τοσαύτης ἐτιμωρήσω προσοχῆς, morte dignos tanta tractasti cum *lenitate*, q. d. cum tanta *attentione*, *ne modum excederes in puniendo*. Conf. *Prol. Sir.* μετ' εὐνοίας καὶ προσοχῆς. ubi προσοχὴ est i. q. ἀνοχὴ, ἐπιείκεια, *lenitas*, *indulgentia*. Sir. XI, 17. ἐστὶ πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ, est qui ditescit per *tenacitatem* et parsimoniam suam. *Hesych.* προσοχὴ, κατανόησις, νῆψις.

ΠΡΟΣΟΧΘΕ'Ω, *offendor*, *infensus sum*, *indignor*, *aversor*, *abominor*. שִׁקֵּץ Pih. *Al.* Ps. XXI, 25. προσώχθησε. *Hesych.* οὐ προσώχθησαν, οὐκ ἀπεστράφησαν. *Gloss. Brem.* Οὐ προσώχθησεν, οὐκ ἐμίσησεν.

ΠΡΟΣΟΧΘΙ'ΖΩ, idem, item *abiicio*. גָּעַל, *fastidio*. Lev. XXVI, 43. τοῖς προστάγμασί μου προσώχθισαν, praecepta mea *aversantur*. Vide et v. 15. et 44. Conf. Sir. VI, 27. 2 Sam. I, 21. ὅτι ἐκεῖ προσωχθίσθη θυρεὸς δυνατῶν, ibi *cum contemtu abiectus* est clypeus potentium. - מָאַס, *sperno*. Psalm. XXXV, 4. κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε, malitiam autem non *aversatur*. - נִתְעַב Niph. *abominor*. 1 Par. XXI, 6. προσώχθισεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως τὸν 'Ιωὰβ, *abominationi erat* verbum regis Ioabo. - קוֹא, *evomo*. *Evomere* autem est signum fastidii et aversionis. Levit. XVIII, 25. προσώχθισεν ἡ γῆ τοῖς ἐγκαθημένοις, terra *aversatur* incolas, ubi non assentior *Scharfenbergio*, qui eos קוּץ legisse putat: potius causam pro effectu posuerunt. Vide et v. 28. et Lev. XX, 22. - קוּט, *fastidio*. Ps. XCIV, 11. προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, *aversatus sum* hanc generationem. *Psalter. Rom. proximus fui.* Sc. vox graeca est ambigua, et notat *offensus fui*, et *proximus fui*. - קוּץ, *taedet*. Gen. XXVII, 46. προσώχθικα τῇ ζωῇ μου, *odi vitam meam*, h. e. *diutius vivere non opto*. Num. XXI, 5. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν προσώχθισεν ἐν τῷ ἄρτῳ, animam autem nostram *taedium tenet* panis. Conf. Sir. L, 27. Num. XXII, 3. προσώχθισε Μωὰβ ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν 'Ισραὴλ, *abominabatur* Moab faciem filiorum Israel. - שִׁקֵּץ Pih. Deut. VII, 26. Ps. XXI, 25. Sir. XXV, 3. προσώχθισα σφόδρα τῇ ζωῇ αὐτῶν, valde *abominatus sum* vitam illorum. *Hesych.* προσώχθισα, ἐμίσησα, προσέκοψα. *Suidas:* προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, δυσηρεστήθην. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, ἐμυσάχθην. Rursus *Suidas:* προσώχθικε, προσκέκρουκε, προσκέκοφεν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἐπινηχόμενα ταῖς ὄχθαις προσκρούεσθαι.

ΠΡΟΣΟ'ΧΘΙΣΜΑ, *offensio*, *offendiculum*, *res abominanda*, *idolum*, *quo Deus offenditur*, *quod Deo abominationi*

est, it. *quod taedio est.* אֱלֹהִים, *Deus*, item: *idolum.* 1 Reg. XI, 33. Sermo ibi est de Astarte, idolo Philistaeorum et Sidoniorum. - בַּעַל, *Baal*, *idolum.* 1 Reg. XVI, 32. ἐν οἴκῳ τῶν προσοχθισμάτων, in templo *idolorum.* - שַׁקֵּץ inf. Pih. *detestando.* Deut. VII, 26. - שִׁקּוּץ, *detestatio*, *abominatio.* 2 Reg. XXIII, 13. τῇ Ἀσὰλ τῷ προσοχθίσματι Σιδωνίων, καὶ τῷ Γαμὼς προσοχθίσματι Μωάβ, Asal *idolo* Sidoniorum, et Gamos *idolo* Moabitarum. 2 Reg. XXIII, 24. πάντα τὰ προσοχθίσματα, omnia *idola.* Vide et Ezech. V, 11. VII, 20. 3 Macc. II, 18. - תּוֹעֵבוֹת plur. *Theod.* Ezech. V, 11. προσοχθίσματα. Conf. *Orat. Manass.* v. 10. *Suidas*: προσοχθίσματα, ἡ γραφὴ καλεῖ τὰ εἴδωλα. Sir. XXVII, 13. διήγησις μωρῶν προσόχθισμα, narratio stultorum *taedio* seu *odiosa est.* Mallem: *alios offendit et ad peccandum seducit. Tigurina*: *offensionem habet.* Potest etiam reddi: *narrant sua malefacta et delicta.*

ΠΡΟΣΟΧΥΡΌΩ, *insuper* vel *amplius munio.* 1 Macc. XIII, 48. et 53.

ΠΡΌΣΟΨΙΣ, *aspectus*, *facies*, *prospectus.* מְגַמָּה, *oppositio*, sec. alios *haustus. Symm.* Hab. I, 9. πρόσοψις τοῦ προσώπου, *pars illa vultus*, *qua videtur*, h. e. *vultus ipse*, seu: *facies ipsa*, *quae videtur. Hieron. facies eorum.* Sic quoque *Chaldaeus.* Nonnullis videntur מְגַמָּה accepisse, quasi idem esset cum לְעֻמָּה, quod *ex adverso* Hebraeis significat. *Bahrdtius* in *App. Crit.* ad h. l. πρόσοψιν per *intentionem* transtulit, ut legerit: מְזִמָּה, *intentio ipsorum pestilentissima est.* Equidem verba *Symmachi* reddenda arbitror *antica facierum*, ut respexerit arab. جبا, *apparentia*, *res exstans*, *conspicua.* - פֵּאָה, *angulus. Al.* Lev. XIX, 27. πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς. - צְפִירָה, *cidaris matutina*, sec. alios *matutinum tempus. Symm.* Ezech. VII, 7. 10. Vide supra s. v. προσκόπησις. - רֵוָה chald. *forma.* Dan. II, 31. sec. cod. *Chis. Theodot.* ibi ὅρασις habet. Vide et 2 Macc. VI, 18.

ΠΡΟΣΠΑΙ'ΖΩ, *ludo*, *illudo*, *ludificor*, etiam *conversor*, *familiaris sum.* רָקַד, *salto.* Iob. XXI, 11. τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν, infantes autem illorum *inter se ludunt.* Sir. VIII, 5. μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ. *Bielius* perperam transtulit: *ne ludificeris indoctum.* (Conf. *Aelian. V. H.* IX, 28.) Potius: *ne familiariter vivas*, aut *communionem habeas cum indisciplinato. Vulgatus*: *non communices homini indocto*, ut metaphora desumta sit a pueris, qui cum familiaribus suis ludunt et iocantur.

*ΠΡΟΣΠΑΙ'Ω, *impingo*, *offendo.* נָגַף, *impingo. Symm.* (sec. *Eusebium* in *Comment.* p. 597.) Ps. XC, 12. ἵνα μὴ προσπαίσῃ ἐν λίθῳ ποδί σου.

ΠΡΟΣΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, *insuper* vel *praeterea adhortor.* 2 Macc. XII, 31. *Polyb.* III, 64, 11.

ΠΡΟΣΠΑ'ΣΣΩ, *adspergo, inspergo.* Tob. XI, 7. προσέπασε τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς.

ΠΡΟΣΠΕ'ΜΠΩ, *insuper mitto, admitto, deduco.* 3 Esdr. IV, 47.

ΠΡΟΣΠΙ'ΠΤΩ, *procido, irruo, ruo, accido, evenio, nuntior, pervenio.* הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *appropinquare facio.* Exod. IV, 25. προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, *procidebat* ad pedes eius. Conf. Marc. VII, 25. – יָצָא, *exeo*, h. l. *cito procedo*, ut et vernaculum *herausgehen* usurpatur. Prov. XXV, 8. μὴ πρόσπιπτε εἰς μάχην ταχέως, ne *irruas* in contentionem celeriter. *Iaegerus* coniicit πρόπιπτε, *ne praeceps ruas.* (Προπίπτειν εἰς μάχην, ut εἰς φιλοπορίαν προαχθέντας, εἰς ἡδονὰς ἐκκυλισθέντας apud *Xenoph. Mem.* I, 2, 22. ubi vid. *Ernesti* et *Ruhnkenius.*) Sed προσπίπτειν eundem sensum fundit. – כָּרַע, *incurvo me.* Ps. LXXI, 9. ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται Αἰθίοπες, coram illo *procident* Aethiopes. Ps. XCIV, 6. προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, adoremus et *procidamus* coram illo. Ita Luc. VIII, 47. προσπεσοῦσα αὐτῷ. Ita etiam *Polybius* et *Plutarchus* locuti sunt. Vide *Raphelii annotatt. Polybian.* ad Marc. III, 11. et *Elsnerum* ad eundem locum p. 137. – נָפַל, *cado.* Gen. XXXIII, 4. προσέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, *eum amplexus est.* Esth. VIII, 3. προσέπεσεν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *procidebat* ad pedes eius. – הִתְנַפֵּל Hithp. *prosterno me. Al.* Esdr. X, 1. προσπίπτων. Praeterea legitur Prov. XXV, 20. ubi verbis προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι nihil in textu respondet, et omnino videndus est *Iaegerus.* 3 Esdr. II, 17. ὁ τὰ προσπίπτοντα, sc. γράφων, qui scribit illa, quae *accidunt.* Conf. v. 25. et *Ioseph. A. I.* XI, 2. p. 549. *Haverc.* ubi idem *Rathymus* dicitur ὁ πάντα τὰ πραττόμενα γράφων. *Suidas:* προσπέσῃ, συμβῇ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τὰ προσπίπτοντα, τὰ ἀπαντῶντα, τὰ συμβαίνοντα. 3 Esdr. VIII, 9. προσπεσόντος δὲ τοῦ γραφέντος προστάγματος παρὰ Ἀρταξέρξου βασιλέως πρὸς Ἔσδραν, cum autem mandatum scriptum ab Artaxerxe rege *perveniret* ad Esdram. 3 Macc. IV, 1. πάντῃ δὲ, ὅπου προσέπιπτε τοῦτο τὸ πρόσταγμα: ubi etiam προσπίπτειν est *pervenire, annuntiare. Polyb.* V, 101, 3. ἡ φήμη προσπίπτει αὐτοῖς. Sic διαπίπτειν quoque usurpatur a *Iosepho* de *B. I.* II, 16. p. 186. ἐμοὶ διαπίπτει ὁ λόγος. Sir. XXV, 23. μὴ προσπέσῃς ἐπὶ κάλλος γυναικὸς, ne *capiaris* pulchritudine mulieris. Vulg. *ne respicias.* Legit προΐδῃς. 2 Macc. V, 10. προσπεσόντων δὲ τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν γεγονότων, cum autem *nuntiarentur* seu *innotuissent* regi, quae facta essent. Vide et 2 Macc. VIII, 12. IX, 3. XIII, 1. 3 Macc. I, 16. loco προπεσόντων codex *Alex.* habet προσπεσόντων. *Suidas:* προσπεσόντων, ἀγγελθέντων. Πολύβιος· προσπε-

σόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα, καὶ τοὺς Τυρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη. Idem *Suidas*: προσπιπτούσης, ἀντὶ τοῦ ἀγγελλομένης.

ΠΡΟΣΠΛΟΚΗ', *complexus*. פִּי תַחְרָא, *os loricae*. *Aqu*. sec. cod. *Basil*. Exod. XXVIII, 32. Mihi haec nota hexaplaris admodum suspecta est.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'Ω, proprie *facio, ut meum sit, acquiro*. Sir. XXXI, 35. προσποιῶν τραύματα, *acquirens* vulnera.

*ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *vindico mihi, acquiro, in potestatem redigo*, it. *simulo*. הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono*. *Inc*. 2 Sam. XIII, 20. μὴ προσποιοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου τοῦ λαλῆσαι, h. e. interprete *Montfauconio*: *ne simules in corde tuo, ut loquaris*. Versio haec nullum plane sensum fundit, et a textu hebr. est admodum aliena. Quid si legatur προσπονοῦ? Favet huic coniecturae *Vulgatus Int*. (qui habet: *neque affligas cor tuum pro hac re*), et ipsa formula hebr. הֵשִׁית אֶת לֵב, sequ. ל, quae h. l. notat *in animum revocare s. angi*, cui tamen obstare videtur τοῦ λαλῆσαι. Sed illud τοῦ λαλῆσαι sine dubio huc e versione LXX Intt. irrepsit, atque eius loco substituendum erit τῷ ῥήματι τούτῳ ex *Vulgato Int*. hoc sensu: *ne affligaris aut moerore te confici patiaris per hoc inhoneste factum*. — *הִתְהֹלֵל, *fingo me furere*. 1 Sam. XXI, 13. προσεποιήσατο sec. cod. *Vat*. ubi supplendum est μαίνεσθαι, aut μανίαν. E quo tamen loco luculenter apparet, προσποιέομαι etiam notare *fingo me aliquid esse aut facere, affecto, simulo*. Praeterea legitur Dan. XIII, 10. sec. cod. *Chis*. ἕτερος τῷ ἑτέρῳ οὐ προσεποιεῖτο τὸ κακὸν, pro quo in Cod. *Vat*. legitur οὐκ ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις κ. τ. λ. ubi, si lectio sana est, προσποιεῖσθαι erit *communicare cum altero, notum facere*, aut, deleto οὐ, per *celare, occultare*, reddendum erit. Conf. *Theod*. v. 10. et 11. *Hesych*. προσποιεῖται, σχηματίζεται. *Photius Lex*. προσποιεῖται, οἰκειοποιεῖται, ἢ πλάττεται καὶ ὑποκρίνεται.

*ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ'ΩΝ, *simulo adulans*, seu *in speciem adulor*. חָנַן. *Symm*. (sec. cod. *Reg*.) Iob. XIX, 17. προσεποιούμην κολακεύων, quae vera lectio mihi videtur. Προσεκαλούμην, quod habet Cod. *Colbert*., e versione Alex. mihi irrepsisse videtur.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ ΕΝΟΧΛΕΙ͂ΣΘΑΙ, *simulo, me morbo vexari*. הִתְחַלֵּל Hithp. idem. 2 Sam. XIII, 5. προσποιοῦ ἐνοχλεῖσθαι, *morbum simula*. Conf. Luc. XXIV, 28. et *Aelian*. *V. H*. VIII, 5.

ΟΥ' ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *non vindico mihi, non pro meo agnosco, negligo*. חָדַל, *desisto*. Iob. XIX, 14. οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοί μου, non *vindicarunt me sibi, non pro suo me vindicarunt*, vel: *neglexerunt me proximi mei*. Ita apud *Suidam* v. προσποιεῖται in fragmento *Incerti*: οἱ δὲ οὐ προσποιοῦνται κακουμένους Ῥωμαίους, καίπερ αὐτῶν φίλοι ἐκ παλαιοῦ ἐς τὰ μάλιστα ὄντες. Apud *Hesychium* οὐ προσεποιήσαντο redditur: οὐκ ἠγάπησαν.

ΠΡΟΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *accedo*, it. *adhaereo*, *partes sequor*, *familiaritatem contraho*. בּוֹא, *venio*. 2 Par. XIII, 9. - גּוּר, *peregrinor*. Lev. XIX, 34. Num. XV, 24. - הָלַךְ, *eo*. Gen. II, 14. Ios. VIII, 35. τοῖς προσηλύτοις τοῖς προσπορευομένοις τῷ Ἰσραὴλ, proselytis, qui *adhaerent* Israeli, vel qui *partes sequuntur* Israelis, aut *familiaritatem contraxerunt* cum Israelitis. Sic Sirac. XII, 18. τὸν προσπορευόμενον ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ. - נִבְדַּל Niph. a בָּדַל, *separo me*. Nehem. X, 28. πᾶς ὁ προσπορευόμενος ἀπὸ λαῶν τῆς γῆς πρὸς νόμον τοῦ θεοῦ, omnis, qui a gentibus terrae (separans sc. se ab idololatria) ad legem Dei accedebat, h. e. omnis proselytus. - נָגַשׁ, *appropinquo*. Exod. XXIV, 14. ἐάν τινι συμβῇ κρίσις, προσπορευέσθωσαν αὐτοῖς, si alicui accidat lis, *accedat* ad illos. *Suidas*: προσπορευομένων, προσερχομένων μεθ' ἱκετηρίας. Προσπορευομένων δ' αὐτῷ τῶν ἠδικημένων, τοὺς μὲν διέσυρε χλευάζων, τῶν δὲ κατανίστατο, τοὺς δὲ ἐξέπληττε λοιδορῶν. Sunt verba *Polybii* l. IV. c. 3. annotante *Küstero*. Conf. Marc. X, 35. Exod. XXX, 8. ὅταν προσπορεύωνται πρὸς τὸ θυσιαστήριον, si *accedant* ad altare. - קָרַב, idem. Exod. XXXVI, 2. προσπορεύεσθαι πρὸς τὰ ἔργα, *accedere* ad opera. - קָרֵב, verbale. Num. I, 51. III, 38. XVIII, 7. Προσπορεύεσθαί τινι notat *rem habere*, *matrimonium inire*. Tob. VI, 21.

*ΠΡΟΣΠΡΟΑ'ΓΩ. 3 Esdr. I, 53. sec. cod. *Alex*. τὰ δὲ προσπροαχθέντα. Legendum προπραχθέντα, aut potius προσπροπραχθέντα.

*ΠΡΟΣΠΡΟΠΡΑ'ΣΣΩ, *praeterea prior s. prius ago*. Vide s. v. προσπροάγω.

ΠΡΟ'ΣΠΤΑΙΣΜΑ, *offendiculum*. מוֹקֵשׁ, *laqueus*. *Aqu*. Exod. X, 7. *Hesych*. πρόσπταισμα, πρόσκομμα. Idem: προσπταίοντες, προσκρούοντες, προσκόπτοντες.

ΠΡΟΣΠΥΡΟ'Ω, *amplius accendo*, item simpliciter *incendo*. 2 Macc. XIV, 11. ubi tamen sensu metaphorico adhibetur, ut sit *magis ad iram impellere et incitare*. Verba sunt: προσεπύρωσαν τὸν Δημήτριον. *Syrus*: *incendebant iram Demetrii*.

ΠΡΟΣΡΑΙ'ΝΩ, *aspergo*, *spargendo adiicio*. הִזָּה Hiph. a נָזָה, idem. Lev. IV, 6. VIII, 29. s. 30.

ΠΡΟ'ΣΡΗΞΙΣ, *impetus*. זֶרֶם, *inundatio*. *Aqu*. *Symm*. Hab. III, 9. πρόσρηξις τῶν ὑδάτων, impetus aquarum. *Schol*. *Hom*. *Il*. α', 34. Sic et verbum προσρήγνυμι significat *irruo*, *impetum facio*, et de *fluvio vehementi* usurpatur. Luc. VI, 48. προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. *Suidas*: προσρῆξαν, προσαράξαν.

ΠΡΟΣΡΗ'ΣΣΩ vel ΠΡΟΣΡΗ'ΓΝΥΜΙ, *illido*, *allido*, *affligo terrae*, *disrumpo*, *confringo*. נִפֵּץ *Pih*. *disrumpo*. *Aqu*. Ps. II, 9. προσρήξεις αὐτοὺς, *allides eos*. Sic ῥήσσειν Marc.

IX, 18. Idem Ies. XXVII, 9. προσεῤῥαγμένους. Vide *Eustathium* in Ib. α'. p. 98, 48.

ΠΡΟΣΣΙΑΛΙ'ΖΩ, spuo in aliquem, salivam emitto contra aliquem, adspuo, despuo. רָקַק. Lev. XV, 8. προσσιαλίσῃ secundum libros nonnullos. In cod. *Vat.* legitur: προσσιελίσῃ, quod idem notat.

**ΠΡΟΣΣΙΕΛΙ'ΖΩ*, idem: nam σίελος pariter ac σίαλος scribitur. Vide s. v. προσσιαλίζω.

ΠΡΟΣΣΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, simul adhaereo. הִתְגָּרָה Hithp. *misceo me. Al.* Dan. XI, 10. προσσυμπλακήσεται.

**ΠΡΟΣΤΑΓΗ', edictum.* מִלָּה chald. *verbum.* Dan. III, 28. *Lycophr. Alex.* v. 138. *Schol. Thucyd.* IV. p. 305, 92. *Schol.*

ΠΡΟ'ΣΤΑΓΜΑ, praeceptum, mandatum, edictum, iussus. בְּכוֹרָה, *primogenitura.* Deut. XII, 6. sec. *Ald.* Scilicet lege Mosaica praescriptum erat, ut primogenita Deo consecrarentur. Ergo libere verterunt, nec de varia lectione cogitandum erit. - דָּבָר, *verbum*, it. *praeceptum.* Gen. XXIV, 50. ubi alii libri πρᾶγμα habent. Videtur esse alius interpretis. Deut. XV, 1. XIX, 4. Ios. VIII, 27. Οἱ ἄλλοι Prov. XXV, 2. ubi vide supra s. πρᾶγμα. Adde Dan. IX, 2. sec. *Chis.* coll. v. 12. - דָּת, *lex.* Esth. VIII, 14. - דָּבָר וְדָת, *verbum et lex.* Esth. II, 8. - חֹק, *statutum.* Gen. XLVII, 26. Exod. XVIII, 16. 20. Iob. XXVI, 10. ubi πρόσταγμα *terminum, finem non transgrediendum* notat, aeque ac Ps. CXLVIII, 6. Adde *Symm.* Prov. XXXI, 15. ubi *praescriptam portionem alimentorum* notat, i. q. σιτομέτριον in N. T. *Symm.* Ps. XCIV, 20. *Theod.* Mich. VII, 5. - חֻקָּה, idem. Lev. XVIII, 4. 5. XIX, 37. XX, 8. et alibi saepius. - יָד, *manus.* Iob. XXVI, 13. יָד h. l. *potentiam divinam* notat, quae etiam innuitur in SS., si Deo *loquela* tribuitur. - *יִרְאָה, *timor.* Prov. XIV, 27. Legerunt תּוֹרָה, ut cap. XIII, 14. sensu non incommodo. - *מִלָּה chald. *verbum.* Dan. II, 15. sec. cod. *Chis.* - מִצְוָה. Exod. XX, 6. Lev. IV, 2. XXVI, 14. et alibi. - מִשְׁמֶר, *observatio*, etiam *quod est observandum.* Gen. XXVI, 5. Levit. XVIII, 30. Zach. III, 7. - מִשְׁפָּט, *ius.* Levit. XVIII, 26. XIX, 37. Psalm. VII, 7. - נְשָׁמָה, *halitus.* Iob. IV, 9. Non legerunt מִמִּצְוֹת, ut nonnullis placuit, sed rem expresserunt, non vocis proprietatem. Nam flatus iste Dei est eius *imperium.* - פֶּה, *os*, et metonymice *ore prolatum.* Lev. XXIV, 12. Num. IX, 18. 20. 23. et alibi saepius. - *פִּקּוּד, *mandatum. Inc.* Ps. XVIII, 9. *Aqu.* et *Ed. Quinta* Psalm. CXVIII, 56. - תּוֹרָה, *lex.* 2 Par. XIX, 10. Ierem. XXXII, 23. De *lege Mosaica* adhibetur Iob. I, 6. coll. Baruch. IV, 1. Sir. I, 5. 3 Esdr. VII, 4. *sententia, mandatum,* chald. טְעֵם Esdr. VI, 14. 3 Esdr.

VIII, 8. *scriptum, epistola, qua aliquid mandatur*, chald. נִשְׁתְּוָן. Esdr. VII, 11.

ΠΡΟ'ΣΤΑΞΙΣ, *ordinatio*, it. *sumtus ordinatus, constitutus*. 2 Macc. IX, 16. sec. *Alex.* et *Compl.* In reliquis libris legitur σύνταξις.

ΠΡΟΣΤΑΡΑ'ΣΣΩ, *amplius* vel *praeterea turbo*. Sir. IV, 3. καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς.

ΠΡΟΣΤΑ'Σ, *porticus, vestibulum, spatium vacuum inter porticus, ante ianuas conclavium porrectas in aedificiis Graecis*, ut testatur *Vitruvius* lib. VI. c. 10. אוּלָם, *vestibulum*. *Aqu. sec. primam edit.* Ezech. VIII, 16. προστάδα, ubi vid. *Montfauconius*. - מִסְדְּרוֹנָה, *excubitorium*. Iud. III, 23. *Hesychius*: προστὰς, προστῷον.

ΠΡΟΣΤΑΤΕ'Ω, *praefectus sum, praesum*. Esth. II, 9. sec. *Vet. Alt.* 1 Macc. XIV, 47. Vide et Sir. XLV, 33. ubi pro προστάτην *Grotius* bene legendum censet προστατεῖν ἁγίων καὶ λαοῦ αὐτοῦ, ut praeesset sanctis et populo ipsius.

ΠΡΟΣΤΑ'ΤΗΣ, *praefectus, antistes, qui rei alicui praeest, eamque administrat*. נִצָּב part. Niph. a יָצַב, *constitutus*. 2 Par. VIII, 10. - פְּקֻדָּה, *praefectura*. 2 Par. XXIV, 11. - פָּקִיד, *praefectus, praeses*. 2 Par. XXIV, 11. - שַׂר, *princeps*. 1 Par. XXVII, 31. XXIX, 6. Vide et 3 Esdr. II, 12. hebr. נָשִׂיא, Esdr. I, 9.

ΠΡΟΣΤΑ'ΤΤΩ, *praecipio, mando*. אָמַר, *dico*. Ion. II, 11. - גָּלָה, *revelo*. Esth. III, 14. - דָּבָר יָצָא, *verbum exit*. Esth. I, 19. - דִּבֵּר Pih. *loquor*. Ios. V, 14. - מַאֲמַר, *edictum*. Esth. I, 15. - מִנָּה Pih. *paro*. Ion. II, 1. IV, 7. ubi libere transtulerunt. - מִפְקָד, *mandatum*. 2 Par. XXXI, 13. - מִצְוָה, idem. Ies. XXXVI, 21. - פָּרַץ, *erumpo*. 2 Par. XXXI, 5. Arab. فرض, *praecipere, constituere*. - צִוָּה Pih. Gen. XLVII, 11. L, 2. *Symm.* Ps. LXVII, 29. πρόσταξον, ubi pro צִוָּה in praeterito legerunt aliis punctis צַוֵּה in imperativo. *Hieronymus* autem legisse videtur προστάσσει. Vertit enim *praecipit*. 3 Esdr. VIII, 11. ubi est *per mandatum alicui concedere aliquid*, i. q. nos *einem etwas bewilligen*. 3 Esdr. VI, 23. chald. שׂוּם טְעֵם, *mitto sententiam*; h. e. *mando*. Esdr. VI, 1. Vide s. συντάσσω.

**ΠΡΟ'ΣΤΕ ΔΕ'*, *ad haec vero*. גַּם, *etiam*. *Symm.* Cohel. IX, 1. LXX habent: καίγε.

ΠΡΟΣΤΙ'ΘΗΜΙ, *appono, addo, adiicio, augeo, colligo*, et προστίθεμαι, *adiungo me partibus alicuius, transeo in partes, associo me, adhaereo*. אָסַף, *congrego*. Gen. XXV, 8. προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, *adiungebatur* populo suo, h. e. *moriebatur*. Vide et Gen. XLIX, 29. 32. Num. XX, 24. XXVII, 13. XXXI, 2. Gen. XXV, 17. προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ, *adiungebatur* familiae suae. Vide et v. 29.

Num. XX, 26. *'Ααρὼν προστεθεὶς* (sc. *πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ*), *ἀποθανέτω ἐκεῖ*, Aaron *adiungatur* populo suo, et moriatur ibi. Conf. Num. XXVII, 13. Iud. II, 10. *προσετέθησαν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν*, *adiuncti sunt* patribus suis. Conf. Act. XIII, 26. et *Fesselii Adversaria Sacr.* lib. IV. c. 6. p. 362. 2 Reg. XXII, 20. *προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου*, *adiungo* te patribus tuis. Vide et 2 Par. XXXIV, 28. Iud. XVIII, 25. *προσθήσεις τὴν ψυχήν σου καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ οἴκου σου*, scil. *πρὸς τοὺς πατέρας σου*, adiunges animam tuam et animam familiae tuae patribus tuis, h. e. *morti trades*, vel: *auctor eris mortis tuae et familiae tuae.* Conf. quae in h. v. post hebr. יָסַף allata sunt ex Prov. XIX, 19. 1 Sam. XV, 6. *μὴ προσθῶ σε μετ' αὐτοῦ*, sc. *πρὸς τοὺς πατέρας σου*, ne adiungam te patribus tuis cum illo, h. e. ne te *morti tradam*, vel: *occidam* cum illo. Ita quoque ibi *Inc. Int.* In omnibus hisce locis LXX יָסַף nonnullis legisse videntur. Iob. XXVII, 19. pro *προσθήσει* legendum est *προσθήσεται*. Nam in textu hebr. legitur יֵאָסֵף. - *גֶּשֶׁם, *imber.* Zach. XIV, 17. Legerunt vel הַגֵּשׁ, *palpatio*, vel הַגִּשָׁם, *accedere eos*, inf. Hiph. a נָגַשׁ, *accedo.* - *דּוֹבֵב, *leniter incedens et quasi irrepens.* *Symm.* Cant. VII, 9. *προστιθέμενος*. Sensum expressit. *Ita leniter incedens per labia ac dentes, ut quasi coniunctum cum iis videatur vinum.* E *Grotii* sententia דּוֹבֵק legisse videtur. - דָּבַק, *adhaereo.* Deut. XIII, 4. *πρὸς αὐτὸν προστεθήσεσθε*, eius *partes sequemini.* Ios. XXII, 5. sec. *Compl.* Ib. XXIII, 12. *ἐὰν γὰρ ἀποστραφῆτε, καὶ προσθῆσθε τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἔθνεσι τούτοις*, si enim deficiatis, et *in partes transeatis*, vel: *partes sequamini* harum gentium. Ita *Plutarchus* in *Arato* p. 1038. *Μεγαρεῖς τε γὰρ ἀποστάντες 'Αντιγόνου, τῷ 'Αράτῳ προσέθεντο*, *Megarenses, cum ab Antigono defecissent, Arati partes secuti sunt.* Ita et alii profani. Vide auctores *Wolfio* ad Act. II, 41. p. 1044. citatos. - דָּבַר, *loquor.* *Symm.* Cant. VII, 10. *προτιθέμενος*. Legit דִּבֵק. - הֵעִיר Hiph. ab עוּר, *excito.* Ies. L, 4. *προσέθηκέ μοι ὠτίον τοῦ ἀκούειν*, *apposuit* mihi aurem ad audiendum. Libere verterunt. - הִרְבָּה Hiph. *multiplico.* Exod. XXX, 15. *ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει*, sc. *τὶ*, dives non plus *conferet.* - הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono.* Ps. LXI, 10. *μὴ προστίθεσθε καρδίαν*, h. e. ne *nimis ametis*, aut *studeatis.* Conf. infra s. v. *τάσσω*. - הֵתֵל Pih. *illudo.* Iob. XIII, 9. *εἰ γὰρ τὰ πάντα ποιοῦντες προστεθήσεσθε αὐτῷ*, si enim omnia facientes *adhaereatis* illi. N. L. - חָבֵר, *socius.* Ezech. XXXVII, 16. *τοὺς προστεθέντας αὐτῷ*, qui *partes* eius *sequuntur.* - טָפַל, *assuo.* *Symm.* Iob. XIII, 4. ubi *προστίθεσθαι ψεύσματι*, *adiungi mendacio*, est *fabricari*, seu: *concinnare mendacia.* - יָסַף: נוֹסַף: הוֹסִיף: הוּסַף, Kal, Niph. Hiph. et Hoph. Gen. IV, 2. *προσέθετο τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*, *iterum* peperit fratrem eius, Gen. VIII, 12. *οὐ*

προσέθετο τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὸν ἔτι, non *iterum* revertebatur ad illum. Vide et Lev. XXVI, 18. Num. XXII, 15. Deut. XXV, 3. et conf. Luc. XX, 11. Act. XII, 3. Gen. XXV, 1. προςθέμενος Ἀβραὰμ ἔλαβε γυναῖκα, *iterum* Abraam sumebat uxorem. Exod. I, 10. προστεθήσονται καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, *transibunt* et hi *in partes* adversariorum. Lev. XXVII, 13. προσθήσει τὸ ἐπίπεμπτον πρὸς τὴν τιμὴν αὐτοῦ, *addet* quintam partem pretio eius. Vide et Num. V, 7. Deut. XIX, 9. προσθήσεις σεαυτῷ ἔτι τρεῖς πόλεις, *addes* tibi adhuc tres urbes. 1 Reg. XII, 11. et 14. προσθήσω (sc. τὶ) ἐπὶ τὸν κλοιὸν ὑμῶν, *addam* aliquid iugo vestro. 2 Par. IX, 6. προσέθηκας (sc. τὶ) ἐπὶ τὴν ἀκοὴν, *addidisti* aliquid famae. Vide et 2 Par. X, 11. 14. Esdr. X, 10. Iob. XXIX, 1. ἔτι δὲ προσθεὶς Ἰὼβ εἶπε, tunc *pergebat* Iobus in carmine suo. Vide et Iob. XXXVI, 1. et conf. Luc. XIX, 11. ac quae ex *Aristotelis Rhet.* III. c. 5. extr. notat *Schwartzius* ad *Olearium de stilo N. T.* p. 125. Prov. X, 28. φόβος κυρίου προστίθησι ἡμέρας, timor domini *auget* dies. Vide et Cohel. I, 18. Prov. XIX, 19. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προσθήσει, sc. πρὸς τοὺς πατέρας, h. e. *auctor* erit *mortis suae*. Cohel. I, 16. προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν, h. e. omnes sapientia *superavi*. Vide et Cohel. II, 9. – דָּחַף, *impello*. *Theod.* et LXX Iob. XXXII, 13. κυρίῳ προσθέμενοι, Domino *adhaerentes*. N. L. – נִלְוָה, *adiungo me*, Niph. Num. XVIII, 2. προστεθήτωσάν σοι, *adiungant* se tibi, pro quo v. 4. legitur προστεθήσονται πρός σε. Vide et Ies. XIV, 1. Esth. IX, 27. ἐπὶ δὲ προστεθειμένοις ἐπ' αὐτῶν, super illos, qui *adiungerent* se ipsis. Dan. XI, 34. προστεθήσονται ἐπ' αὐτοὺς πολλοὶ, multi sese illis *adiungent*. Adde *Inc.* Zach. II, 11. – נָפַל, *cado*. 2 Par. XV, 9. προσετέθησαν πρὸς αὐτὸν τοῦ Ἰσραὴλ πολλοὶ, *transibant in partes* eius multi Israelitae. Sic in l. vernacula: *einem zufallen*. – נצל Niph. *evado*. Deut. XXIII, 15. ὃς προστέθειταί σοι παρὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, qui *in partes* tuas *transiit* a domino suo. – נָתַן, *do*. Lev. XIX, 14. ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον, coram coeco non *appones* aut *pones* offendiculum. Adde Gen. XXIX, 33. sec. MS. *Oxon.* ubi cum προσδίδωμι permutatur in codicibus. – סוף, *dissipo*. Amos. III, 15. Legerunt וְיֹסְפוּ a יָסַף, *addidit*. – סָפָה: נִסְפָּה, Kal et Niph. *perdo*, *consumor*. Num. XXXII, 14. προσθεῖναι (sc. τὶ) ἔτι ἐπὶ τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς κυρίου, ut *adderetis* adhuc aliquid ad excandescentiam irae Domini, vel: ut *augeretis* excandescentiam irae Domini. 1 Sam. XII, 25. ὑμεῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν προστεθήσεσθε, sc. πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, vos et rex vester *adiungemini* patribus vestris, h. e. *moriemini*. Alii ibi habent ἀπολεῖσθε. Non permutarunt invicem סָפָה et סָפָה, sed vox סָפָה praeter *perdendi* etiam *addendi* notionem habet, ut apparet e reliquis locis hic ad-

ductis. Vide et 1 Sam. XXVI, 10. 1 Sam. XXVII, 1. *προστεθήσομαι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ εἰς χεῖρας Σαοὺλ*, *incidam* in die quodam in manus Sauli. Ies. XXXI, 1. *προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας*, peccata peccatis *cumulare*. Conf. Sir. III, 26. – סָפַח, *associo*. Ies. XIV, 1. *προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ*, *associabit se* domui Iacob. – סִפֵּר Pih. *narro*. Ps. LXVIII, 31. *ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν*, sc. *τὶ*, dolori vulnerum meorum *addiderunt* aliquid. Legerunt יֹסִפוּ aut יוֹסִיפוּ, a יָסַף, Hiph., *addere*. – עָנָה, *respondeo*. Exod. XXIII, 2. *οὐ προστεθήσῃ μετὰ πλήθους*, non *adiungas* te multitudini. – עָרַךְ, *ordino*. Exod. XL, 21. *προσέθηκεν ἐπ' αὐτῆς τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως*, *certo ordine apposuit* in illa panes propositionis. Vide et Lev. XXIV, 8. *Symm.* Iob. XXIII, 3. ubi *προστιθέναι ἔμπροσθεν τινὸς* metaphorice sumtum notat *proponere alicui aliquid ad examinandum et diiudicandum*. *Symm.* Prov. IX, 2. *προσέθηκεν*, *apposuit* aut *cibis instruxit*. Vide supra s. *παρατάσσω*. – *צָבָה, *intumesco*. Num. V, 27. ubi loco *προσθήσεται*, quod habet ed. *Ald.*, legendum *πρησθήσεται* aut *πρισθήσεται*. – *רָקַע, *expando*. Num. XVI, 39. ubi pro *προσέθηκαν* alii habent *περιέθηκαν*, quod textui hebr. magis convenit. – שׁוּב, *revertor*. 2 Reg. I, 11. – שָׁנָה, *itero*. Iob. XXIX, 22. *ἐπὶ τῷ ἐμῷ ῥήματι οὐ προσέθεντο*, sc. *τὶ*, verbo meo non *addebant* aliquid. Praeterea legitur Dan. VI, 28. sec. *Chis.* *ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ*, rex Darius *mortuus* est, ubi nihil legitur in textu. Sic etiam vox *πρόσθες* 1 Paral. XXII, 15. apud LXX pariter ac alios Intt. ex fine autecedentis commatis, ubi חוֹסִיף legitur, additum est. *Vulgatus: habes quoque plurimos artifices*, ubi fortasse legendum *habe*, sc. *tibi*, h. e. *assume*. Sirac. V, 5. *προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις*, peccata peccatis *accumulare*. Sir. XVIII, 5. *τίς προσθήσει*, quis *adiiciet* s. *apponet animum*, h. e. *conetur*, *suscipiat*. Ibid. v. 6. *οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι οὐδὲ προσθεῖναι*, *nihil est*, *quod demas aut addas*, h. e. *perfectae sunt*, *et omnibus numeris absolutae*. Sir. XIX, 13. *προστιθέναι*, *repetere*, *iterare*, i. q. *δευτεροῦν* v. 14. Sir. XXI, 15. *ἐπ' αὐτὸν προσθήσει*, *auctius illud reddet*. *Vulg.* *ad se adiiciet*, h. e. sibi applicabit, ut illud in actus moresque conferat. Legit *αὐτὸν* sensu non malo. 1 Macc. VIII, 1. ubi, ut lat. *proponere*, *postulare* notat.

ΠΡΟ'ΣΤΙΜΟΝ, *mulcta*, *poena*. 2 Macc. VII, 36. *θεοῦ κρίσει δίκαια τὰ πρόστιμα τῆς ὑπερηφανίας ἀποίσῃ*, Dei iudicio iustas *poenas* superbiae feres. *Suidas*: *πρόστιμα*, *ἐπίχειρα*. *Τοιάδε μὲν τοῖς κακοῖς βουλευομένοις δίδωσι τὰ πρόστιμα ἡ δίκη. Καὶ πρόστιμον, ζημία, ἐπιτίμιον, παραγραφή. Πολύβιος· Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν.* Confer *Polyb.* lib. I. c. 17. ubi aliter; ob-

servante *Küstero*, legitur. Vid. quoque ad h. l. *Ernesti* ad *Suidae* et *Phavorini Glossas Sacras* p. 174.

ΠΡΟΣΤΡΕ'ΧΩ, accurro. רוץ, *curro.* Gen. XVIII, 2. et XXXIII, 4. Eandem vocem quoque de suo addidit *Symmachus* Thren. V, 6.

ΠΡΟΣΤΡΙ'ΒΩ, attero, affrico. מִלֵּל, *loquor. Symm.* Prov. VI, 13. *προστρίβων.* Ita enim h. l. explicandam esse putavit formulam hebr. *pedibus loqui.* - *שוף, quod in l. arab. ساف, *conterere*, notat, et a *Kimchio* per מַכָּה וּכְתִיתָה, *concussionem et percussionem*, explicatur. *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* (Vide *Eichhornii Repertorium Bibl. et Orient. Literat* T. IV. p. 260.) Gen. III, 15. *προστρίψει.*

**ΠΡΟΣΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ*, הִתְחַבֵּר Hithp. *misceo me.* Dan. XI, 10. sec. cod. *Alex.* Sed rectius ibi in *Compl.* legitur *προσσυμπλακήσεται*, quod vide supra.

**ΠΡΟΣΥΝΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ.* מות, *morior.* Exod. XXI, 29. sec. *Compl. προσυναποθανεῖται.* Legendum *προσσυναποθανεῖται.*

ΠΡΟΣΥΠΟΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, amplius in memoriam revoco. 2 Macc. XV, 9.

ΠΡΟΣΥΣΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ, contrahor. 3 Macc. II, 29. *προσυνεσταλμένη αὐθεντία.* Grotius interpretatur *ius concisum*, h. e. libertas par Aegyptiorum conditioni, quae minor quam Macedonum, quibus olim aequati fuerant Iudaei.

ΠΡΟΣΥΨΟ'Ω, extollo. 1 Macc. XII, 36. Adde *Ioseph. B. I.* III. p. 241. §. 30, 3.

**ΠΡΟΣΦΑΙ'ΝΟΜΑΙ, appareo.* 4 Macc. IV, 10. *προσεφάνησαν, apparebant.*

ΠΡΟ'ΣΦΑΤΟΣ, proprie *recens* s. *nuper interfectus et mactatus*, (*Homer. Il.* ω. 757.) deinde in genere: *recens, novus.* זָר, *alienus.* Ps. LXXX, 7. *θεὸς πρόσφατος*, Deus recens, qui a piis maioribus non cultus fuit, adeoque Deus alienus. - חָדָשׁ, *novus.* Cohel. I, 10. - לַח, *virens.* Num. VI, 3. *σταφυλὴν πρόσφατον*, uvam *recentem.* -מִקָּרוֹב, *e propinquo.* Deut. XXXII, 17. *καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκουσιν*, novi et recentes veniunt. Sirac. IX, 14. de amico, ubi opponitur *τῷ ἀρχαίῳ*. *Hesych. πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, νεαρόν. Lex. Cyrilli MS. Brem. πρόσφατον, ἀρτίως, πρὸ μικροῦ, νεωστὶ γενόμενον.* Conf. *Alberti Obss.* ad Act. XVIII, 2. p. 256. et not. ad *Gloss. Gr. N. T.* p. 176. De etymologia huius vocis ita *Suidas: πρόσφατος, κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου, ἐκ τοῦ φῶ, τὸ φονεύω. ἐξ οὗ τό· Πέφαται δ' ἄριστος Ἀχαιῶν. καὶ ἀρηΐφατος.* Vide et *Ammonium* v. *νεαρόν.*

ΠΡΟΣΦΑ'ΤΩΣ, recenter. חֲדָשָׁה foem. *nova*, sc. *γυνή*, *foemina, uxor.* Deut. XXIV, 5. - בְּקָרוֹב, *in propinquo.* Ezech. XI, 3. Vide et Iudith. IV, 3. 4.

ΠΡΟΣΦΕ'ΡΩ, *affero*, *offero*; *adhibeo*. הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Gen. XXVII, 31. XLIII, 26. Exod. XXXVI, 6. et alibi saepius. - הִגִּישׁ Hiph. a נָגַשׁ, *accedere facio*. Gen. XXVII, 25. Exod. XXXII, 6. 1 Sam. XXVIII, 24. et alibi saepius. - *הוֹצִיא, *educo*. Gen. XXIV, 53. sec. *Compl.* Bene quoad sensum. - הִמְצִיא Hiph. a מָצָא, *invenire facio*, *trado*. Lev. IX, 12. 13. 18. - הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*, etiam *offero*. Num. VI, 20. - הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio*, *offero*, speciatim sacrificium. 1 Reg. XVIII, 36. Iob. I, 8. Ierem. XIV, 12. - הִקְטִיר Hiph. *adoleo*. Lev. II, 12. 2 Reg. XVI, 15. - הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio*. Exod. XXIX, 3. Lev. I, 3. II, 1. Num. XXXI, 50. προσενηνόχαμεν τὸ δῶρον κυρίῳ, obtulimus donum domino. Conf. Hebr. XI, 17. *Hesych.* προσενηνόχασι, προσαγηόχασι. - הַקְרֵב chald. Aph. Esdr. VI, 17. Dan. VII, 13. - הֲוֹה מְהַקְרְבִין chald. Esdr. VI, 10. - הֵרִים Hiph. a רוּם. *Inc.* Lev. XXII, 15. הֵרִים, *elevare*, de sacrificiis adhibitum *offerre* notat. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio*. Ps. LXXI, 10. *Al.* Prov. XIX, 24. προσενέγκῃ. - זָבַח, *macto*. Deut. XVII, 1. - *נִגַּשׂ, *oppressus sum*. *Symm.* Ies. LIII, 7. προσηνέχθη. *Vulg.* *oblatus est*. Uterque legit cum Schin נִגַּשׁ. - עָשָׂה, *facio*, etiam *sacrifico*. Lev. XVI, 9. - *קָרַב, *appropinquo*. Lev. XVI, 1. sec. *Ald.* et *Compl.* - שְׂאֵת, *excellentia*. Gen. IV, 7. שְׂאֵת pro infinitivo et de oblatione sacrificiorum acceperunt. Prol. Sir. προσφέρεσθαι σπουδὴν, *adhibere* dilegentiam. Ib. προσφέρεσθαι ἀγρυπνίαν. Polyb. I, 8, 11. πᾶσαν σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφερόμενος. Προσφέρεσθαι etiam notat *ferri ad aliquid studio vel desiderio*, et de cibis *capere*. Sap. XVI, 21. *Ioseph. de B. I.* V. c. 10. p. 352. προσφέρεσθαι τροφῆς. *Xenoph. Mem.* III, c. 11, 13.

ΤΑ' ΠΡΟΣΦΕΡΟ'ΜΕΝΑ, *quae afferuntur*. תְּרוּמָה אֲשֶׁר הֵבִיאוּ, *oblatio*, *quam offerunt*. Exod. XXXVI, 3.

ΠΡΟΣΦΕΥ'ΓΩ, *confugio*. נָפַל, *cado*. *Symm.* 1 Sam. XXIX, 3. προσέφυγε. *Vulg.* *ex die*, *qua transfugit ad me*. Sic h. l. נָפַל quoad sensum transferri potest, nam proprie est h. l. lat. *incidere in aliquem*.

ΠΡΟΣΦΙΛΗ'Σ, *amabilis*, *gratus*, *iucundus*. Sir. IV, 7. *affabilis*, ut recte transtulit *Vulg.* *Int.* Ib. XX, 12. Addit. Esth. XV, 5. ὡς προσφιλὲς, quasi ad amorem excitandum compositum. Conf. quae ex *Iosepho* annotat *Ottius Spicil. ex eodem ad N. T.* p. 414.

ΠΡΟΣΦΙΛΙ'Α, *amicitia*. יְדִיד, *dilectus*. *Aqu.* Ps. XLIV, 1. *Aeschyl. Sept. c. Theb.* 521. ubi vid. *Schol.*

ΠΡΟΣΦΟΡΑ', *oblatio*. מִנְחָה, idem. Ps. XXXIX, 9. - קָרְבָּן, *idem*. *Aqu.* *Symm.* Lev. I, 2. Vide et *Cant. tr. puer.* v. 11. 3 Esdr. V, 75. Sir. XIV, 11.

ΠΡΟΣΦΥ'ΓΙΟΝ, *refugium*. מַשְּׂאֵת, *oblatio*, *donum*. *Incert.* 2 Sam. XIX, 42. Coniicere facile aliquis posset, corru-

ptam esse h. l. hanc vocem, eiusque loco legendum προσφορὰν; nisi facilius esset statuere, eum etymologiam respexisse a נָשָׂא, *extulit, elevavit in altum, sustulit.* Nam loca alta sunt loca refugii.

*ΠΡΟΣΦΥ'Ω, *agnasci facio*, et προσφύομαι, *agnascor, adcresco.* סְלַק et סְלִק chald. *ascendo.* Dan. VII, 20. sec. cod. *Chis.* τοῦ προσφυέντος, sc. κέρατος. *Aristoph. Nub.* v. 571. Hoc composito augmentum accedere poterit *H. Stephani Thesauro.* Subst. πρόσφυμα reperitur apud *Demetr. Phaler.* de *elocutione* §. 55. p. 41. *Hesych.* προσφυεὶς, προσπλακεὶς. Idem: προσφυὲς, προσοικειωμένον.

ΠΡΟΣΦΩΝΕ'Ω, *acclamo, alloquor, compello, colloquor.* הִשְׁתַּחֲוָה Hithp. a שָׁחָה, *prosterno me.* 2 Par. XXIX, 28. sec. *Ald.* προσεφώνει. Statui quidem potest, προσεφώνει h. l. ortum esse ex προσεκύνει, sed fortasse est alius interpretis, qui sensum suo modo exprimere voluit, ut προσφωνεῖν h. l. vel sit lat. *accinere*, vel explicandum sit de festivis acclamationibus, quae erant pars cultus externi. Interdum προσφωνεῖν simpliciter notat *dicere* s. *referre ad aliquem*, et in pass. *certiorem fieri de aliqua re, v. c. per literas.* 3 Esdr. VI, 6. προσφωνηθῆναι. *Vulg. et responsum acciperetur. Syrus:* ܘܢܬܦܢܐ ܦܬܓܡܐ. Ib. v. 22. προσφωνησάτω ἡμῖν περὶ τούτων. Chald. שְׁלַח Esdr. V, 11. *Vulgatus: scribat de his nobis.* 3 Esdr. II, 21. ubi προσφωνῆσαι τῷ κυρίῳ βασιλεῖ ii dicuntur, qui ad regem de rebus Iudaeorum scripserant, quo in loco *Vulg. notum facere* habet, et paulo post ipse auctor libri v. 24. ὑποδεικνύειν ponit. Interdum de *inscriptione* et *dedicatione libri* adhiberi, ex *Plutarcho* docuit *Steph. in Thes. Gr. L.* s. h. v. Conf. etiam *Cic. ad Attic.* VI, 11. XV, 13. 3 Esdr. IV, 14. chald. הוֹדַע Esdr. IV, 14. Sic etiam ἀντιφωνεῖν, quod vide supra. Est quoque προσφωνεῖν simpliciter *proloqui, dicere*, 2 Macc. XV, 15. ubi autem non sine emphasi dicitur, coll. Act. XXI, 40. *Hesych.* προσφωνεῖ, προσαγορεύει. *Phavor.* προσφώνησις, κήρυξις.

ΠΡΟΣΧΑΙ'ΡΩ, *gaudeo, laetor in aliquo*, q. d. *adgaudeo.* שַׁעֲשֻׁעִים plur. *deliciae.* Prov. VIII, 30. Voce προσχαίρειν, quam nusquam se reperisse dicit *Steph.* in Thes., usus est quoque *Chrysost.* T. IV. p. 73. D.

ΠΡΟΣΧΕ'Ω, *affundo, infundo.* זָרַק, *spargo.* Exod. XXIV, 6. ubi Cod. *Oxon.* ἐπέχεεν habet. Levit. I, 5. Ezech. XLIII, 18. et alibi saepius. – *לָקַח. *Inc.* Exod. XXIX, 21. sec. *Montf.* Sed referendum potius est ad זָרַק in fine v. 20. – שָׁפַךְ. Deut. XII, 27. 2 Reg. XIX, 32.

*ΠΡΟΣΧΡΑ'ΟΜΑΙ, *insuper utor, utor.* *Addit. Esth.* XVI, 17. μὴ προσχρησάμενοι τοῖς — γράμμασι. Forsitan προσχω-

ρησάμενοι legendum. In *Usserii ed. vet. alt.* μὴ προσέχοντες exstat. Praestat vulgatum. *K.*

ΠΡΟΣΧΥ'Ω, *affundo.* זָרַק, *spargo. Inc.* Exod. XXIV, 6. προσέχυσε. *Aretaeus* p. 53, 56.

ΠΡΟ'ΣΧΩΜΑ, *agger, terra aggesta,* a προσχωννύω, *terram accumulo.* סֹלְלָה, idem. 2 Sam. XX, 15. sec. *Vat.* 2 Reg. XIX, 32. Dan. XI, 15.

ΠΡΟΣΧΩΡΕ'Ω, *accedo, confero me ad aliquem.* דָּבַק, *adhaereo. Inc.* 2 Sam. XX, 2. προσεχώρησαν. - נָפַל, *cado.* 1 Par. XII, 19. 20. ubi sermo est de iis, *qui ad aliquem deficiunt.* Ierem. XXI, 9. Vide et 1 Macc. X, 26. οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, non iniistis societatem cum hostibus nostris.

ΠΡΟΣΩΘΕ'Ω, *impello, propello.* 2 Macc. XIII, 6. Vide notata supra in προσοίγω.

*ΠΡΟΣΩΠΕΙ~ΟΝ, *larva, persona, vultus fictus.* 4 Macc. XV, 15. *Photius Lex.* προσωπεῖον, πρόσχημα.

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ, *facies, vultus, superficies,* it. *persona.* אַף, dual. אַפַּיִם. Gen. II, 7. III, 19. XIX, 1. et alibi. - *בַּיִת, *domus. Inc.* 2 Sam. XI, 8. Liberius quidem vertit, sed exacte ad historiam. Nam *Urias* non de domo regis discesserat, sed tantum de facie eius. Conf. v. 9. - טַעַם, *sapor,* it. *facies.* 1 Sam. XXI, 13. Ps. XXXIII, 1. ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, *gestum* suum mutavit. - כָּנָף, *ala.* Ezech. I, 9. coll. v. 8. - *לֵב. Dan. X, 12. sec. cod. *Chis.* - לְחִי, *gena.* Ies. XXX, 28. Deut. XXXIV, 7. sec. cod. *Oxon.* - *מְרוֹרָה, *fel, venenum. Aqu. Theod.* Iob. XX, 25. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Legerunt sine dubio מִמַּרְאֵהוּ. - מַשָּׂאָה, *onus,* it. *debitum.* Prov. XXII, 26. αἰσχυνόμενος πρόσωπον, *magna alicuius auctoritate commotus.* Manasse videtur a שְׂאֵת, *eminentia,* et מ, *propter.* - נֶגֶד, *coram.* Ios. VI, 5. Psalm. IX, 27. et XXX, 29. - *נְתִיבָה, *semita.* Iob. XIX, 8. ἐπὶ πρόσωπόν μου σκότος ἔθετο. Libere verterunt, sed sensu non mutato. *Semlerus* tamen legere mavult ἀτραπόν. - עַיִן, *oculus.* Gen. XX, 16. 1 Sam. XVI, 7. 1 Par. XXVIII, 8. κατὰ πρόσωπον πάσης ἐκκλησίας κυρίου, *coram* toto coetu Domini. Conf. 2 Cor. VIII, 24. Ita et *Polybius* κατὰ πρόσωπον αὐτῶν; *coram* illis. Vide *Raphelii annotatt. ex eodem* ad Gal. II, 11. p. 515. - פֵּאָה, *angulus.* Ierem. IX, 25. XLIX, 31. Ezech. XLVII, 19. κατὰ πρόσωπον ἀνατολῶν, *versus* orientem. Ita *Ctesias* in *Excerpt.* p. 646. ἀνέμου κατὰ πρόσωπον Βακτρίων πνεύσαντος, quoniam ventus *versus* Bactrios spirabat. Caeterum *Cappello* videntur in omnibus hisce locis legisse פֶּה, et illud accepisse pro *tota facie,* quomodo Latini *os* pro *vultu* ponere solent. - פֶּה, *os.* Ps. XVII, 10. LIV, 23. Prov. II, 6. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ubi legisse videntur מִפָּנָיו. Sed *Clemens Alex.* p. 282. habet ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ στόματος. - *פָּנָה, *verto faciem, converto, obverto,* sequente בֹּקֶר, *mane.* Ps.

XLV, 5. τῷ προσώπῳ. Versio haec respondens verbis לִפְנוֹת בֹּקֶר, h. e. *mane*, omni sensu caret. Reponendum sine dubio τῷ πρὸς πρωῒ vel τὸ πρὸς πρωῒ πρωῒ, ut legitur in cod. *Alex. Ald. et Compl.* et expressit *Vulgatus: mane diluculo.* Neque temere me sic coniicere docet locus Gen. XXIV, 63. ubi לִפְנוֹת עֶרֶב LXX transtulerunt τὰ πρὸς δείλης. *Grabius* edidit: τῷ προσώπῳ πρωΐ. - *פִּנָּה, *e conspectu removeo*, et, si de via sermo est, *complano*. Ies. LVII, 14. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Legerunt מִפָּנָיו. - פָּנִים plur. Gen. II, 6. πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, omnem *superficiem* terrae. Sic *Aristotelem de insecabil. lin.* p. 1176. πρόσωπον pro *superficie* posuisse docet *Schwartzius Spicil. Observ.* ad *Olearium de stilo N. T.* p. 469. Conf. etiam *Lex. N. T.* s. h. v. Gen. III, 8. ἐκρύβησαν ἀπὸ προσώπου κυρίου, abscondebant se a facie Domini. Vide et Gen. IV, 13. 2 Reg. III, 24. 2 Par. X, 2. Ion. I, 3. Ps. CXXXVIII, 6. ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω; a facie tua quorsum fugiam? Vide et Ion. I, 3. Ita *Ctesias* in *Excerpt.* p. 637. φυγεῖν ἀπὸ προσώπου κύρου. Deut. XXXI, 21. ἡ ᾠδὴ αὕτη, κατὰ πρόσωπον αὐτῶν μαρτυροῦσα, canticum hoc, quod contra illos testatur. Mal. I, 8. λήψεται πρόσωπόν σου, respiciet *personam* tuam. Vide et v. 9. et Mal. II, 9. His locis a *Bielio* laudatis addam alia nonnulla. *Inc.* ac *LXX* 2 Sam. XIV, 20. πρόσωπον τοῦ ῥήματος s. τοῦ λόγου est *id, quod oratio, ut primum se oratori aut lectori offert, et κατὰ τὸ ῥητὸν sumta, prae se fert, aut declarare videtur. LXX sec. Hex.* 1 Reg. XIV, 9. εἰς πρόσωπόν σου, *ante te*, h. e. *qui ante te regnarunt*, aut: *quorum successor fuisti in regno.* Hos. XI, 3. Legerunt divisim מִפְּנֵי הֵם. Iob. XXXIII, 26. Vide supra s. ἱλαρὸς et καθαρός. - קֳבֵל chald. *coram.* Dan. II, 31. - קֳדָם chald. idem. Dan. II, 15. VI, 26. - שָׂפָה, *labium.* Ios. XIII, 16. κατὰ πρόσωπον φάραγγος. Bene quoad sensum. Praeterea legitur 1 Sam. I, 14. ubi nihil in textu hebr. respondet, et in codd. cum τόπος permutatur. Templum recte dici poterat πρόσωπον κυρίου, quia Deus ibi maxime praesens esse putabatur. Sirac. XIV, 8. πρόσωπον ἀποστρέφων, sc. ab inope et indigo, sc. ne videat alienam miseriam, cui cogatur succurrere. Sir. XVI, 30. de *superficie* terrae. 1 Macc. I, 23. πρόσωπον τοῦ ναοῦ, *parietes* templi. Ita *Syrus.* Sirac. XXVI, 5. ἐπὶ τῷ τετάρτῳ προσώπῳ ἐφοβήθην, ubi *rem* notat, et plane superfluum est, ut quoque a *Syro* omissum est. Vide quoque Sir. XIX, 11. Iudith. II, 5. 2 Macc. XIV, 24. εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, semper Iudam *amore et honore adficiebat. Vulg. habebat Iudam semper charum ex animo. Syrus: amplexus est magno amore. Orat. Manass.* τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεως, ubi ἀπὸ προσώπου *propter* notat ad imitationem hebr. מִלִּפְנֵי 2 Par. XXXII, 7. et 1 Sam. VIII, 18. Tob. III, 14. διδόναι εἴς τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον, ad aliquem

dirigere oculos suos et faciem convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem sperare.

*ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ Γ'ΣΧΤΡΟΥ. פְּנִיאֵל, *Peniel, nomen propr.* *Aqu.* Gen. XXXII, 30. Legit divisim פְּנֵי אֵל.

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *personam respicio.* נָשָׂא פָּנִים, *suscipio faciem.* *Theod.* Iob. XIII, 8. πρόσωπον λαμβάνετε, *personarum respectum habetis.* Conf. θαυμάζω πρόσωπον supra. - Vide alibi ἄρτοι.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙ'Α, *prosopopoeia.* פָּנִים plur. *facies.* *Symm.* 2 Sam. XIV, 20. προσωποποιΐαν τοῦ ῥήματος. *Vulg.* *figuram sermonis huius.*

ΠΡΟΤΑ'ΣΣΩ, *praeordino, antea constituo.* מְחֹקֵק, *legislator.* *Symm.* Ps. LIX, 8. προτάσσων, ubi alii βασιλεύς. 2 Macc. VIII, 36. ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένοις νόμοις, obsequi legibus ab ipso *antea constitutis.*

ΠΡΟΤΕΙ'ΝΩ, *protendo.* 2 Macc. II, 30. προτείνουσαι τὰς χεῖρας, *protendentes* manus. Vide et 2 Macc. VII, 10. XIV, 32. 34.

ΠΡΟΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *antemurale* seu *murus, quo quis praemunitur, propugnaculum.* רֹחַב בִּנְיָן, *latitudo aedificii.* Ezech. XL, 5. - חוֹמָה, *murus.* 2 Par. XXXII, 5. - חֵל contr. ex חַיִל. 2 Sam. XX, 15. 1 Reg. XXI, 23. Thren. II, 8. *Inc.* Ps. CXXI, 7. - *חֹל, *profanus.* Ezech. XLII, 20. et XLVIII, 15. Legerunt חֵל pro חַיִל a rad. חול. Vide ad h. l. *Montf.* - מַדְרֵגָה, *praecipitium, et omnis locus editus, ad quem per gradus ascenditur.* Cant. II, 14. - Vide alibi τεῖχος.

ΠΡΟΤΕ'ΡΗΜΑ, *priores partes, privilegium, praerogativa.* תִּפְאֶרֶת, *gloria.* Iud. IV, 9. οὐκ ἔσται τὸ προτέρημά σου, tua non erit honoris praerogativa. Sermo ibi est de *gloria expeditionis bellicae*, aut *victoria.* *Hesych.* προτέρημα, πρόκριμα, προτίμησις.

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΣ, adiect. *prior.* לִפְנֵי. Exod. XXIII, 28. ἀποστελῶ τὰς σφηκίας προτέρας σου, mittam vespas *ante* te. Ios. I, 14. πρότεροι τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, *ante* fratres vestros. Vide et Ios. III, 14. Ies. LII, 12. et conf. Sir. I, 4. et *Drusium* ad h. l. - עַל פְּנֵי. Exod. XXXIII, 19. - לְפָנִים. *Al.* Deut. II, 10. - רִאשׁוֹן. Gen. XXXVIII, 28. XL, 15. Sir. XII, 7. πρότερόν σου, *te praevenisse.*

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, ΤΟ' ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, et ΤΟΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, adverbium, *prius, ante.* *אוּלָם, *utique.* *Aqu.* Gen. XXVIII, 19. Hinc aliquid stabilitatis accipit sententia *Hieronymi Quaest. ad h. l.*, אולם *nihil aliud signare, nisi ante aut prius.* Vide *Rhenferdii Opera Philol.* p. 798. Sed *Scharfenbergius* ad h. l. statuit, vel *Aquilam* h. l. scripsisse πρόθυρον, vel πρότερον huc migrasse e LXX Intt., in quorum versione illud respondet hebr. לְרִאשֹׁנָה, *antea, olim.* - לְפָנִים. Deut. II, 10. 12. Ios. XI, 10. et alibi. - לִפְנֵי. Exod. III, 2. ubi πρό-

τερον cum πρὸ προσώπου in codd. permutatur. Lev. XVIII, 27. Ios. X, 14. - קֶדֶם, *antiquum*. Ierem. XXX, 17. - ראשׁוֹן. Gen. XXVI, 1. Num. VI, 12. αἱ ἡμέραι αἱ πρότερον, dies *priores*. Sic *Aeliano V. H.* III. c. 18. αἱ πρότερον ἐπιθυμίαι sunt *pristinae* voluptates. *Inc.* 2 Sam. XIX, 43. - רֵאשִׁית, *initium*. Ies. XLVI, 10. - תְּחִלָּה, idem. Gen. XIII, 3. - *תְּמוֹל שִׁלְשֹׁם, *heri nudius tertius*. *Symm.* Exod. V, 7. *Vulgatus: sicut prius*. 1 Macc. XI, 27. τοπρότερον, *prius*.

ΠΡΟΤΙ'ΘΗΜΙ, *propono*. *נָתַן אֶת לֵב, *do cor*. *Symm.* Cohel. I, 13. *Vulg.* e *Symmacho: proposui in corde meo*; unde apparet, eum in *Symmacho* plenius legisse προεθέμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου. - עָרַךְ, *dispono*. Exod. XL, 4. *Al.* Lev. XXIV, 8. προθήσετε. - שׂוּם, *pono*. Psalm. LIII, 3. LXXXV, 15. - שִׁית, idem. Ps. C, 4. Vide et 3 Esdr. II, 7. 1 Macc. X, 58.

ΠΡΟΤΙΜΑ'Ω, *praehonoro*; *praefero*; *pluris facio*. כִּבֵּד Pih. *Symm.* 1 Sam. II, 29. προετίμησας, *praetulisti*, *pluris fecisti*. Sic apud *Ioseph. A. I.* IV, 6. p. 220. ἡδονὴν προτιμήσαντες τοῦ Θεοῦ. 2 Macc. XV, 2. τῇ προτετιμημένῃ ἡμέρᾳ, *prae caeteris honoratae* diei. 4 Macc. I, 15.

ΠΡΟΤΟΜΗ', *effigies* s. *imago hominis umbilico tenus ducta*. Προτομαὶ dicuntur *facies animantium ratione carentium*, ut πρόσωπα hominum propria sunt. ראשׁ, *caput*. 1 Reg. X, 19. προτομαὶ μόσχων, facies vitulorum, aut: *summae vitulorum partes*. תְּרָפִים. *Aqu.* 1 Sam. XIX, 16. προτομαί. *Hesych.* προτομὴ, εἰκὼν βασιλικὴ, ἕως τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ σώματος εἶδος, ubi vide *Intt. Suidas*: προτομαὶ βασιλικαὶ, εἰκόνες βασιλικαί. καὶ προτομαὶ λεόντων καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἡ προτομὴ λέγεται. Τοῖς δὲ τῶν πλοίων ἄκροις τετραπόδων προτομὰς ἀποτυπώσας χαλκῷ περιέβαλε, διὰ τὸ τῶν ἐμβόλων χρειῶδες. Idem: προτομὴ, ἐπὶ ζώων ἀλόγων οὕτω λέγεται, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων πρόσωπον. Est a προτέμνω, *proscindo*, *praescindo*.

ΠΡΟΤΡΕ'ΠΟΜΑΙ, *propello*, *incito*, *adhortor*. Sap. XIV, 18. εἰς ἐπίτασιν δὲ θρησκείας καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας ἡ τοῦ τεχνίτου προετρέψατο φιλοτιμία, ad intensionem autem cultus, vel: ut cultus illis eo maior redderetur, ignorantes artificis *incitavit* ambitio. 2 Macc. XI, 7. προετρέψατο τοὺς ἄλλους, *adhortabatur* alios. Conf. Act. XVIII, 27. *Hesych.* προτρέπου, παρακάλει.

ΠΡΟΤΡΕ'ΧΩ, *praecurro*. רוּץ לִפְנֵי, *curro ante*. 1 Sam. VIII, 11. 2 Sam. XV, 1. *Compl.* ubi προτρέχειν simpliciter *currere* notat, quia sequitur πρὸ προσώπου. *Al.* 1 Reg. I, 5. Vide et Tob. XI, 2. et conf. Ioh. XX, 4.

**ΠΡΟΥ'ΠΑ'ΡΧΩ*, *ante sum*. Iob. XLII, 17. προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα.

*ΠΡΟΫΠΟΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, i. q. simplex ὑποτάσσομαι, *curae meae et custodiae aliquid demandatum habeo.* 3 Macc. I, 2. παραλαβὼν τῶν προϋποτεταγμένων αὐτῷ ὅπλων κράτιστα, sumens ex *commissis suae custodiae* armis optima.

ΠΡΟΫΦΙ'ΣΤΗΜΙ, *prius in naturam rerum produco.* Passivum: προϋφίσταμαι, *prius in naturam rerum producor, prius subsistentiam habeo, praeexisto.* Sap. XIX, 7. ἐκ προϋφεστῶτος ὕδατος, ex *praeexistente* aqua.

ΠΡΟΦΑΙ'ΝΟΜΑΙ, *ante appareo, in lucem prodeo.* 2 Macc. III, 26. Ita *Bielius.* Sed ibi est *apparere* simpliciter, quare etiam *Vulgatus* bene: *apparuerunt.* Adde *Homer.* Il. ω', 332.

ΠΡΟΦΑΝΩ'Σ, *conspicue, aperte,* item: *promte, alacri animo.* Sir. LI, 18. ἐζήτησα σοφίαν προφανῶς ἐν προσευχῇ μου, quaesivi sapientiam *alacri animo* in precibus meis. *Hesych.* προφανῶς, προθύμως. 4 Macc. VII, 25. ubi *aperte, conspicue* notat.

ΠΡΟΦΑΣΙ'ΖΟΜΑΙ, *praetextum* vel *occasionem quaero, fingo causas, praetexo, praetendo.* הִתְאַנָּה Hithp. *occasionem quaero* 2 Reg. V, 7. προφασίζεται οὗτός με, *occasionem* hic in me *quaerit,* nempe *bello invadendi me.* - הִתְעַלֵּל Hithp. *factito* vel *occupatum me gero.* Ps. CXL, 4. τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, ut occasiones *quaeram* ad peccata.

'ΡΑΝΤΟ'Σ, *aspersus*, *variegatus*. Speciatim τοῖς ὁ ῥαντὰ sunt, quae ab Hebrais eleganter בְּרֻדִּים dicuntur, i. e. *grandinata*, s. *exiguis maculis albis*, *grandinis instar*, *respersa*. נָקֹד, *punctatum*. Gen. XXX, 32. πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, omne quod albo distinctum et *variegatum* est in agnis. Vide et v. 33. et 35. *Hesych*. ῥαντὸν, ποικίλον. Ita et *Suidas*, ad quem ita notat *Küsterus*: *'Ραντὸν proprie sparsum. At* τροπικῶς *notat rem maculis vel coloribus distinctam, vel quovis modo variegatam, qua significatione vox ista crebro occurrit apud LXX Intt., qui vocem hebr.* נָקֹד *nunc* ῥαντὸν, *nunc* ποικίλον *interpretantur. Pari sensu et apud Latinos* sparsum *interdum accipitur. Seneca de Benef. lib. IV. c.* 6. *tectum nitidius auro et coloribus sparsum, h. e. distinctum. Ovidius de pico ave: sparsitque coloribus alas, h. e. distinxit.* Conf. *Salmasium* ad *Hist. Aug. Scriptt.* T. I. p. 979. ed. *Hack*. – נְקֻדָּה. *punctum*. *Al.* Cant. I, 11. ῥαντῶν. – עָקֹד, *maculosum*. Gen. XXX, 35. – Vide alibi σποδοειδής.

*'ΡΑ'Ξ. Vide infra s. ῥώξ. *Hesych*. ῥάξ, ῥάγα, ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥῶγα καλοῦμεν. *Photius*: 'Ρὰξ, θηλυκῶς ἡ ῥάξ. 'Ο δὲ ῥὼξ καὶ βαρβαρισμὸς καὶ σολοικισμός.

'ΡΑΠΙ'ΖΩ, *alapam impingo*. הֵרִים Hiph. a רוּם, *attollo*. Hos. XI, 5. ἔσομαι αὐτοῖς ῥαπίζων ἄνθρωπον (ita enim sec. ed. *Compl.* legendum est loco ἄνθρωπος, quod reliqui libri habent.) ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, ero illis, sicut percutiens hominem in genas suas. Secundum *Cappellum* in *Crit. S.* p. 552. legerunt: כְּמְרִימֵי עַל לְחֵיקֶם, extrito עֹל, quam tamen coniecturam recte improbat *Scharfenbergius*, qui eos potius legisse putat כְּמֹרְטֵ, quasi מָרַט significet *alapas infligere alicui*. Ego vero arbitror, eos ita libere propterea vertisse, quia maxillis, quae in sequentibus commemorantur, impositionem iugi non satis convenire putaverint, ut adeo proverbium proverbio permutaverint. Vide et 3 Esdr. IV, 30. et Matth. V, 39. *Suidas*: ῥαπίσαι, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρὶ, ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόῤῥης. Conf. *Suidam* in ἐπὶ κόῤῥης. Apud *Phavorinum* v. ῥαπίσαι pro ἁπλῇ τῇ χειρὶ male legitur ἀπλείστῳ χειρί. Vide *Lex. N. T. s. h. v.*

'ΡΑ'ΠΙΣΜΑ, *alapa*. מֹרְטִים part. *depilans*, *pilos evellens*. Ies. L, 10. Voce etiam utuntur *Alciphron* et *Lucianus*. Vide *Lex. N. T. s. h. v.*

'ΡΑΠΙΣΤΟ'Σ, *alapa percussus.* מְרֻוָּח part. *Pyh.* a רָוַח, *perflatilis, ventis pervius.* Ierem. XXII, 14. ubi tamen pro ῥαπιστὰ alii rectius ῥιπιστὰ habent, i. e. εὐρύχωρα.

'ΡΑΠΤΟ'Σ, *consutus.* טְלוּא, *maculosum.* Ezech. XVI, 16. εἴδωλα ῥαπτά. *Bielio* legendum videtur ῥαντὰ, *variis coloribus distincta*, quia *Symmachus* transtulit ποικίλα. Sed non opus est hac coniectura, modo ῥαπτὰ vertatur: *ex multicoloribus pannis consuta.*

'ΡΑ'ΠΤΩ, *suo, consuo, sarcino, consarcino.* תָּפַר, idem. Gen. III, 7. Iob. XVI, 14. Cohel. III, 7.

'ΡΑΣΙ'Μ, alias ῥασήμ. Est ipsa vox hebr. רָצִים, *cursores, satellites.* 2 Reg. XI, 4. 20.

'ΡΑ'ΣΣΩ, *allido, deiicio.* נָטַשׁ, *desero.* Ierem. XXIII, 33. 39. λαμβάνω καὶ ῥάσσω ὑμᾶς, elevo et *deiicio* vos. - שָׂגַב Pih. *extollo.* Ies. IX, 11. ῥάξει ὁ Θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ ὄρος Σιὼν, *deiiciet* Deus insurgentes adversus montem Sion. *N. L.* - *נָפַל, Hiph. הִפִּיל, *cadere facio.* Dan. VIII, 10. sec. cod. *Chis.* ἐῤῥάχθη ἐπὶ τὴν γῆν. Iudith. IX, 10. ῥάξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει σου, *deiice* eorum robur virtute tua. *Suidas*: ῥάξαι, ἀντὶ τοῦ καταβαλεῖν. οὕτως Ἀπολλόδωρος. Iudith. XVI, 12. pro ἐῤῥάχθησαν reponendum videtur ἐταράχθησαν, quod melius respondet τῷ ἔφριξαν in antecedentibus.

'ΡΑΦΑΕΙ'Μ. Ipsa vox hebr. רְפָאִים, *gigantes.* *Aqu.* Gen. XIV, 5. *Aqu. Symm.* 2 Sam. V, 18. 22. *Aqu.* Iob. XXVI, 5.

'ΡΑΦΙΔΕΥΤΗ'Σ, *acupictor.* Vide alibi ποικιλία.

*'ΡΑΦΙΔΕΥΤΙΚΟ'Σ. Vide ῥαφιδευτός.

*'ΡΑΦΙΔΕΥΤΟ'Σ, *sutus, consutus, acupictus.* Exod. XXXVII, 21. sec. *Vat.* ubi sine dubio τῷ רִקְמָה respondet, et alii codd. *Holm.* pro ῥαφιδευτὰ habent ῥαφιδωτὰ et ῥαφιδευτικά.

*'ΡΑΦΙΔΩΤΟ'Σ. Vide ῥαφιδευτός.

'ΡΑ'ΧΙΣ, *spina dorsi, tergum.* גֶּרֶם, *os, ossis.* Iob. XL, 13. ῥάχιν. *Olympiod.* σύνδεσμον πάντων τῶν μελῶν. *Hesych.* ῥάχις, ἄκρα, ὀσφὺς, ἡ ἄκανθα τοῦ νώτου. *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 475. ῥάχιν, ὀσφὺν, ἢ τὸ νωτιαῖον μέρος ἀκάνθης τῆς νώτου. Adde *Homer. Il.* ι, 208.

'ΡΕ'ΓΧΩ, *sterto, ronchisso.* נִרְדָּם Niph. *somno obruor.* Iob. I, 5. 6. *Suidas*: ῥέγχουσι. τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες. Attici pro ῥέγχειν dicunt ῥέγκειν. *Thomas Mag.* Ῥέγχει, οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν, ἀλλὰ ῥέγκω. Idem subiungit statim verba haec *Aristophanis*: οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσι. Occurrunt initio *Nubium*, ad quae conf. *Scholiastam.*

'ΡΕΙ'ΘΡΟΝ, pro ῥέεθρον per syncopen, *alveus, flumen, fluvius* ac omne *fluentum.* יְאֹר. *Aqu.* Exod. VII, 19. 24. *Symm.* Iob. XXVIII, 10. - מַיִם plur. *aquae.* *Aqu.* Exod.

VII, 19. - נֹזְלִים plur. *Symm.* Ps. LXXVII, 44. - נַחַל, *torrens.* *Symm.* Iob. XX, 17. ῥεῖθρα. - שִׁבֹּלֶת. *Symm.* Ps. LXVIII, 3. Ies. XXVII, 12. *Hesych.* ῥέεθρα, ῥεῖθρα, ῥεύματα.

'ΡΕΜΒΑ'Σ ΓΥΝΗ', *mulier vaga.* *Al.* Sir. XXVI, 9. coll. Prov. VII, 12. Conf. quoque *Fesselii Advers. sacr.* lib. II. c. 17. p. 137.

'ΡΕΜΒΑΣΜΟ'Σ, *circumagitatio*, *gyratio*, *vertigo*, *turbo*, unde ῥεμβὼν est *funda*, *quae lapidem rotando iacit.* Sap. IV, 2. *Vulg.* *inconstantia*, sc. *concupiscentiae*, h. e. concupiscentia magna et effrenata. *Grotius* vertit: *vertiginem cupidinis.* *Phavorino* est ἀχαλίνωτος ἔννοια, καὶ ζωῆς ἀφανισμός. Idem tradit *Zonaras Lex.* 1608. Vide *Gataker.* ad *Antonin.* II, 7. *et Suicer.* in *Thes.* v. ῥέμβομαι.

'ΡΕΜΒΕΥ'Ω, *circumago*, *vagor*, *fluctuo.* סָבַב. Ies. XXIII, 16. ῥέμβευσον πόλιν, *circui* urbem. *Meibomius* legere mavult ῥέμβε ἐν πόλει. - שְׁבָב, *fragmentum.* *Ed. Quinta* Hos. VIII, 6. ῥεμβεύων, cuius auctor plerisque Intt. legisse videtur סְבָבִים, nonnullis vero שׁבב. *Hieronymus*, qui transtulit *errantibus*, rationem huius versionis reddidisse videtur verbis: *Nos ab Hebraeo didicimus*, *proprie* שְׁבָבִים *nominari aranearum fila per aerem volantia.* Etiam reliqui Intt. vett. graeci, *Symm.* *Theod.* et LXX, vocem hebr. de *errore*, *instabilitate* et *seductione* acceperunt, in qua notione reperitur Ies. XLVII, 10. et Ierem. L, 6. Vide quoque supra *s. v.* ἀκαταστατόω et πλανάω.

'ΡΕ'ΜΒΩ, *in gyrum circumago*, vel simpliciter, *circumago*, *circumvolvo.* *'Ρέμβομαι*, *vagor*, *erro.* עָטָה, *obvelo.* *Symm.* Cant. I, 7. ῥεμβομένη, ubi plerisque videtur legisse כְּטֹעִיָּה cum *Syro.* *Buxtorfius* in *Anticrit.* autem statuit, eum cum Iudaeis commentatoribus עֹטְיָה accepisse, quasi traiectis literis legeretur טֹעִיָה, quod in l. Arab. et Syr. *vagari* notat. *Vulg.* *ne vagari incipiam.* Equidem sumere mallem, עָטָה habuisse olim notionem *vagandi* et *cum impetu discursitandi*, petitam ab עוּט, quod *cum impetu ferri* significat. Idem valet de *Aqu.* *Symm.* Ps. LVIII, 15. ῥεμβόμενοι. - שׁוּב, *retrocedo*, *averto me.* *Symm.* Ps. CXVIII, 118. ῥεμβομένους. Legitur praeterea Prov. VII, 12. ubi de meretrice dicitur ἔξω ῥέμβεται, et in textu Hebr. κατὰ τὸ ῥητὸν nihil pro hoc verbo legitur. *Hesych.* ῥέμβεται, πλανᾶται, γυρεύει. Ad hanc vocem etiam ab haud paucis Criticis refertur vox ἐρεμέοντο, quam, tanquam a *Symmacho* profectam, 1 Sam. XXIII, 13. ad verbum יִתְהַלְּכוּ e cod. *Coislin.* protulit *Montfauconius* (qui transtulit *quiescebant*, h. e. *sedes figebant*, quasi esset ἠρεμέοντο). Sed est sane vocabulum nihili, cuius loco *Valckenarius* ad *Eurip. Phoen.* p. 147. ἐρέμβοντο reponendum esse praeclare vidit, quod et

ipse *Vulgatus* verbo *vagatur* expressit. *Phavorinus* ex *Suida:* ἐρέμβοντο, ἀπεπλανῶντο. Aliquando coniiciebam, legendum esse ἠρημοῦντο, h. e. *in locis desertis habitabant*, ut scil. eo melius laterent, quod seriei orationis est admodum conveniens. Sed an ἐρημοῦσθαι per usum loquendi ita accipi possit, ut sit i. q. ἐρημάζειν, locis idoneis evincere nequeo.

'ΡΕΥΜΑ, *fluentum*. Sir. XXXIX, 16. ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ, iuxta rivos aquarum, h. e. in prato fertili.

*'ΡΕΥΣΙΣ, *fluxus*, i. q. ῥύσις. זוב, idem. Lev. XV, 25. ῥεύσει sec. cod. *Alex.* ubi alii ῥύσει.

'ΡΕ'Ω, *dico*, *loquor*. אָמַר. Gen. XV, 13. Num. XXIII, 23. et alibi - דִּבֵּר. Gen. XLV, 27. Vide et *Susann.* v. 26.

'ΡΕ'Ω, *fluo*, *affluo*, *abundo*, etiam active, *fundo*, *effundo*, i. q. χέω. Conf. *Burmanni Diss.* de *Iove Fulgeratore* c. 4. et *Eurip. Hec.* v. 528. אֶבֶן, *lapis*. Iob. XXXVIII, 30. ὥσπερ ὕδωρ ῥέον, ubi אֶבֶן de *guttis* accepisse videntur, quemadmodum eadem vox proverbialiter de *magna copia* etiam aliarum rerum, v. c. auri et argenti, adhibetur, v. c. 2 Paral. I, 15. IX, 28. 1 Reg. X, 27. - זוּב. Exod. III, 8. εἰς τὴν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, in terram fluentem, h. e. *valde abundantem* lacte et melle. Similiter *Euripides Bacch.* v. 143. sequ. ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι. Conf. et quae ex aliis affert *Steph. le Moyne Obss. ad Var. Sacr.* p. 602. sequ. Lev. XV, 3. XX, 24. et alibi saepius. - *זוֹב, *fluxus*. *Inc.* Lev. XV, 2. - *זָב, *fluens*. *Inc.* Lev. XXII, 4. - יָבָל, *fluvius*. Ies. XLIV, 4. - נוּב, *abunde profero*. Ps. LXI, 10. πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, divitiae si *affluant*. Non legerunt יָזוּב, ut coniecit *Cappellus*, quem quoque secutus est *Rosenmüllerus* ad h. l., sed, ut iam *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 641. recte observavit, ῥέειν pariter ac נוּב in notione metaphorica acceperunt, ut sit *abunde affluere*. *Vulg. divitiae si affluant*. - נָזַל. Cant. IV, 16. Ierem. IX, 17. - *עֲלִיל, *clibanus*. *Hebraeus Int.* Ps. XI, 7. ῥέον ἐν τῇ γῇ, *fluens in terra*, h. e. *in ipsa terra liquatum*, pro בַּעֲלִיל לָאָרֶץ. Si recte se habet nota haec hexaplaris, respexit notionem primariam vocis עָלַל, *iteravit*, *repetitis vicibus fecit aliquid*. Suspicor tamen, ῥέον h. l. pariter ac χωροῦν apud *Aquilam* ad sequens מוּקָק, *fusum*, referendum esse. Conf. tamen ad h. l. *Rosenmüllerum*. Sir. XLVI, 8. ῥέον γάλα καὶ μέλι, ubi ῥέειν sensu *Hiphilico* notat *fluere facere*. Baruch. I, 20.

'ΡΗΓΜΑ, *fragmentum*, *ruptura*, *fissura*, *pars*. בְּקִיעִים plur. Amos. VI, 11. Adde *Inc.* Ies. XXII, 9. - קְרָעִים plur. 2 Reg. II, 12. διέῤῥηξεν αὐτὰ εἰς δύο ῥήγματα, disrumpebat illa in duas *partes*. Vide et 1 Reg. XI, 30. 31. - *שֵׁבֶט, *tribus*. 1 Reg. XI, 31. sec. cod. *Alex.* ubi ῥήγματα sunt *tribus avulsae a reliquis*. Bene usus est *Inc.* Interpres hac

voce in hac significatione, quia in antecedentibus legitur ῥήσσειν τὴν βασιλείαν. *Hesych.* ῥήγματα, σχίσματα.

'ΡΗ'ΓΝΥΜΙ, vel 'ΡΗΓΝΥ'Ω, it. 'ΡΗ'ΣΣΩ, *frango, rumpo, disrumpo, perrumpo, scindo, findo, lacero, avello, aperio,* item: *erumpere facio, resono.* בָּקַע, *scindo, findo.* Gen. VII, 11. ἐῤῥάγησαν πᾶσαι αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, *aperiebantur* omnes fontes abyssi. Vide et Prov. III, 20. Ies. XXXV, 6. Num. XVI, 31. ἐῤῥάγη ἡ γῆ ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῶν, *findebatur* terra sub pedibus illorum. *Hesych.* ἐῤῥάγη, ἐσπάσθη, ἐσχίσθη, ἠνοίχθη. Ios. IX, 13. οὗτοι (ἀσκοὶ) ἐῤῥώγασι, hi (utres) *disrupti* sunt. *Hesych.* ἐῤῥώγασιν, ἐσχίσθησαν. Sic enim legendum pro ἐσχίσθισαν ex *Suida*. et vox ὑγιαίνουσιν, quae additur, litura sananda est: vel dicendum, quod aliam vocem, quae exciderit, et fortasse ἔῤῥωνται exponat. Conf. Marc. II, 22. 1 Reg. I, 20. ἐῤῥάγη ἡ γῆ ἐν τῇ φωνῇ αὐτῶν, *resonabat* terra voce illorum. 2 Reg. XXIV, 24. ἐῤῥάγη ἡ πόλις, perrumpebatur urbs. Vide et Ierem. XXXIX, 2. Ies. LVIII, 8. ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, *erumpet* lux tua matutina. Quae verba *Suidas* in v. ῥαγῶσαι adducens ῥαγήσεται interpretatur τεμεῖται, *erumpet.* *Zonaras* autem in *Lex.* 1607. ἐκπηδήσει. Ies. LIX, 5. ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν, *ova* aspidum *fregerunt*, seu potius *excludunt.* Ita quoque *Theodotion.* Apud utrumque ῥήσσειν de *foetu* dicitur, *qui rumpendo excluditur.* Ezech. XIII, 13. ῥήξω πνοὴν ἐξαίρουσαν, *erumpere faciam* ventum perdentem. Adde *Symm.* Ies. LXIII, 12. et eundem *Ps.* CXL, 7. – *בָּקַק, *vacuo, evacuo.* *Symm.* Ies. XIX, 3. נָבְקָה, *evacuabitur*, ῥαγήσεται. *Vulg.* *evacuabitur.* *Hieronymus: dirumpetur.* Videtur retulisse ad arab. בַּק, *crepuit,* ut sit praeter. Kal. Conf. *Schultensii Institutt. l. hebr.* p. 332. et *Boysenium* in *Symbolis* p. 523. Vide quoque infra s. v. σχίζω. *Cappello* legisse videtur נִבְקְעָה. – הָרַס, *diruo.* Ezech. XXXVIII, 20. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Iob. XV, 13. θυμὸν ἔῤῥηξας ἔναντι κυρίου, animum *erumpere fecisti* coram Domino, h. e. contra Deum animi tui impetum vertis. – נָטַשׁ, *dimitto.* Ies. XXXIII, 23. ἐῤῥάγησαν τὰ σχοινία σου, *rupti sunt* funes tui. – נָתַק, *avello.* Iob. XVII, 11. ἐῤῥάγη δὲ τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου, *scissae* vero *sunt* arteriae cordis mei. Ies. V, 27. οὐδὲ μὴ ῥαγῶσιν οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων αὐτῶν, neque *avellantur* corrigiae calceamentorum. – פָּצַח, *sonitum edo.* Ies. XLIX, 13. ῥηξάτωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην, *resonent* montes laetitia. Vide et Ies. LII, 9. ῥηξάτω εὐφροσύνην, facite prorumpere laetitiam. Ies. LIV, 1. ῥῆξον (scil. φωνὴν) καὶ βόησον, *rumpe vocem (Virgil. Aen.* II. v. 129.) et clama. Fortasse tamen h. l. positum est pro ῥῆξον βοήν. Conf. φωνὴν ῥήγνυμι infra. Addit quoque φωνὴν *Aristophanes Nubib.* v. 963. ῥῆξον φωνήν, ἥτινι χαί-

ρεις, καὶ τὴν σαυτοῦ φύσιν εἰπέ. Ad quem locum respiciens *Suidas* ῥῆξον φωνὴν interpretatur διάτορον καὶ ἰσχυρὸν εἰπέ. Sic et *Herodotus* ῥήσσειν φωνὴν, et *Virgilius rumpere vocem* dicunt. Vide *Raphelii annotatt.* ex *Herodoto* ad Gal. IV, 27. p. 520. *Hesychius* ῥῆξαι dici observat ἀντὶ τοῦ ἐκρῆξαι φωνήν. Idem: ῥηξάτω, κραξάτω. - קָרַע, *findo, lacero.* 1 Reg. XI, 33. ἐγὼ ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, ego *avello* regnum a manu Salomonis. Conf. 1 Reg. XIV, 8. 2 Reg. XVII, 21. Iob. II, 12. ἔκλαυσαν ῥήξαντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ στολὴν, fleverunt, et unusquisque *laceravit* stolam suam. Adde *Aqu.* Ps. XXXIV, 6. - רִטֵּשׁ Pih. *allido.* Ies. XIII, 16. τὰ τέκνα αὐτῶν ῥήξουσιν ἐνώπιον αὐτῶν, liberos illorum terrae allident coram illis. 'Ρήσσειν pro *deiicere, solo allidere* est verbum *palaestrae.* Vide *Salmasium* ad *Achill. Tat.* p. 657. et *Pauw.* ad *Horapoll.* p. 377. - *שָׂגַב. Ies. IX, 11. ῥήξει sec. ed. *Compl.* ubi tamen alii libri ῥάξει. Sir. XIX, 9. οὐ μή σε ῥήξει, non te *dirumpet*, coll. Iob. XXXII, 18. *Hesych.* ῥήγνυται, διαιρεῖται, κατακόπτεται. Idem: ῥῆξαι, διελεῖν, καταβαλεῖν, ἀπολῦσαι, κρᾶξαι. Rursus idem: ῥῆξε, διέῤῥηξε, κατέβαλεν, ἔκραξεν, ἀπέλυσεν, διέκοψεν.

'PHˆMA, *verbum, sermo, res, praeceptum, mandatum.* אֵמֶר. Deut. XXXII, 1. Iob. VI, 10. 25. 26. XXII, 22. et alibi. - אִמְרָה. Deut. XXXII, 2. Ps. XVI, 7. Thren. II, 17. - *אַף, *nasus.* Iob. XXVII, 12. sec. cod. *Alex.* ἐν ῥήμασιν. Lege: ἐν ῥισίν. - *אֹתוֹת, *signa.* Exod. IX, 28. sec. *Vatic.* ῥήματα. Num legendum est σήματα? Certe reliqui libri σημεῖα habent. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* - *דֶּבֶר, *pestis. Aqu.* Ps. XC, 6. Legit דָּבָר. - דָּבָר. Gen. XV, 1. μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα, post has autem *res*, vel: cum haec gesta essent. Ita etiam Esdr. VII, 1. Gen. XVIII, 14. μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ Θεῷ ῥῆμα; num impossibilis erit *res quaedam* apud Deum? Vide et Deut. XVII, 8. et conf. Luc. I, 37. et ad h. l. auctores *Wolfio* p. 564. citatos. Deut. II, 7. οὐκ ἐπεδεήθης ῥήματος, non indiguisti aliqua *re.* Deut. XV, 10. διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογήσει σε κύριος, propter hanc *rem* benedicet tibi Dominus. 1 Sam. IV, 17. τί τὸ γεγονὸς ῥῆμα; quaenam *res*, quae facta est? Conf. Act. X, 37. 1 Sam. XII, 16. ἴδετε τὸ ῥῆμα τὸ μέγα τοῦτο, videte *rem* hanc magnam. Conf. Luc. II, 15. Sic et apud *Platonem* lib. VII. *de Leg.* p. 885. et *Sophoclem* in *Electra* ῥῆμα *rem* denotare observat *Georgius* in *Vindic. N. T.* lib. II. c. 1. §. 31. p. 76. Similiter ἔπος et λόγος pro *re* et *facto* Graeci accipere solent. Vide *Wolfium* ad Luc. II, 15. p. 584. Deut. IV, 13. τὰ δέκα ῥήματα, decem *praecepta.* - דִּבֵּר Pih. *dico.* 2 Reg. XXIV, 13. Ierem. IX, 8. - חָזוּת, *visio.* Ies. XXIX, 11. ubi tamen pro τὰ ῥήματα rectius fortasse legitur τὰ ὁράματα. Conf. Dan. I, 17. - *לַעַג, *subsannatio, irrisio. Symm.* Ps. XXXIV, 16. ῥήμασι

πεπλασμένοις sec. libros nonnullos. In aliis legitur φθέγμασι. Libere vertit. Vide tamen supra ad πλάσσω. - לָשׁוֹן, *lingua*, etiam *id quod lingua profertur.* Iob. XV, 5. - מֵאמַר chald. Esdr. VI, 9. Dan. IV, 14. - מוֹפֵת, *prodigium.* 1 Reg. XIII, 1. - מִלָּה. Iob. II, 4. ἀσθενοῦντάς τε ἐξανέστησας ῥήμασι, infirmos sermonibus, scil. *solatio plenis*, erexisti. Vide et Iob. VI, 26. XIII, 17. et conf. Sir. XLI, 19. ac *Raphelii annotatt.* ad Luc. II, 50. p. 85. - מִלָּה: מִלְּתָא chald. Dan. II, 8. ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ ῥῆμα, *res* ex memoria mea excidit. Vide et v. 9. 16. 23. - מִצְוָה, *praeceptum.* Prov. III, 1. τὰ δὲ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία, *praecepta* autem mea cor tuum custodiat. - מַשָּׂא, *onus*, *vaticinium.* Ies. XV, 1. XVII, 1. - עָוֹן, *iniquitas.* Iob. XV, 5. - פֶּה, *os, oris*, etiam *sermo ore prolatus.* Num. XXXIII, 2. διὰ ῥήματος κυρίου, per *mandatum* Domini. Vide et Deut. XXXIV, 5. Deut. I, 26. ἠπειθήσατε τῷ ῥήματι κυρίου, non obediebatis *mandato* Domini. Vide et Deut. IX, 23. et conf. Luc. V, 5. - פִּתְגָם: פִּתְגָמָא chald. *narratio.* Esdr. V, 7. 11. VI, 11. Dan. III, 16. - *רִיר, *saliva*, *albumen.* Iob. VI, 6. ἐν ῥήμασι. Legerunt בִּדְבָרַי loco בְּרִיר, aut potius interpretationem suam addiderunt: nam ῥήματα κενὰ bene comparari possunt cum albo ovi, in quo nullus est sapor. - שׁוּחָה, *fovea.* Ierem. XVIII, 20. Hic aperte legerunt שִׂיחָה: nam שׂוּחַ est *meditari* et *loqui.* Vide quoque ib. v. 22. - שִׂיחַ, *meditatio.* Iob. X, 1. - שִׂיחָה, idem. Iob. XV, 4. - שָׂפָה, *labium*, *sermo.* Prov. X, 20. - *תּוֹרָה, *lex.* *Aqu.* Ps. CXVIII, 55. τὰ ῥήματά σου. Praeterea legitur apud *Inc.* 1 Reg. XIV, 1. coll. v. 2. ubi ῥῆμα κυρίου μετά τινός ἐστι notat *oraculum divinum contigit alicui.* Dan. I, 27. ῥήματι delendum esse videtur, ortum ex ὁράματι incuria librariorum, Sirac. XII, 12. ἐπὶ τῶν ῥημάτων μου, quod haec *praecepta* et *monita* mea non attenderis et respexeris.

ἘΠΩ ΤΙ ῬΗ͂ΜΑ ΠΡΟ'Σ ΤΙΝΑ, dico verbum quoddam adversus aliquem, maledico. בָּרַךְ, *benedico*, etiam *maledico.* Iob. II, 9. ubi quod est εἰπεῖν τὶ ῥῆμα πρός τινα, alias est κακῶς εἰπεῖν vel κακῶς ἐρεῖν τινα.

ῬΗ͂ΜΑ ΠΟΝΗΡΟ'Ν, verbum malum, malus rumor. דִּבָּה, *fama mala.* Num. XIV, 36. ἐξενέγκαι ῥήματα πονηρὰ περὶ τῆς γῆς, ut *malum rumorem* efferrent de terra. *Latinus* vertit: *detrahentes terrae, quod esset mala.* - Vide quoque alibi κενός.

ῬΗ͂ΣΙΣ, dictio, dictum, sermo, sententia prolata, promissio, mandatum, praeceptum. אֹמֶר. Prov. II, 1. IV, 5. XV, 27. XIX, 27. μελετήσει ῥήσεις κακὰς, in *rerum* malarum meditatione et exercitatione defigetur. Legerunt בְּאִמְרֵי רָעָה. In notione *promissionis* legitur pro eadem voce apud *Symmachum* Ps. LXXVI, 9. Adde eundem Ps. XVIII, 4. - אֲמָנָה.

Symm. Ps. XVII, 33. - דָּבָר. Prov. I, 6. IV, 20. XV, 27. Praeterea legitur Prov. I, 23. ἰδοὺ προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, ubi huic voci κατὰ τὸ ῥητὸν nihil in textu hebr. respondet, et pro ῥῆσιν legere mallem ῥεῦσιν, quod melius convenit cum vocabulo προήσομαι, *emittam, effundam*, et exprimit vim vocis אַבִּיעָה, quae in l. chald. et arab. notat *more scaturiginis effundam*.

'ΡΗ'ΣΕΙΣ ΣΕΜΝΑΙ', *dictiones graves, honestae.* חֲלֵב עִזִּים, *lac caprarum.* Prov. XXVII, 27. Ita *Bielius.* 'Ρήσεις ad nullum aliam vocem commode transferri potest, quam ad דַּי, *satis*, ita ut legatur ῥεύσεις, a ῥέω, *fluo.* Caeterum post ῥεύσεις omissum est γάλακτος.

'ΡΗ'ΣΣΩ. Vide supra in ῥήγνυμι.

'ΡΗΤΙ'ΝΗ, *resina, humor liquidus et oleaginosus, ex planta sponte diffluens.* צֳרִי : צְרִי, *balsamum.* Gen. XXXVII, 24. XLIII, 11. Ierem. VIII, 22. Ezech. XXVII, 17.

'ΡΗΤΑ', *dicta.* דְּבָרִים. *Aqu.* Prov. XXXI, 1.

'ΡΗΤΟ'Ν, *dictum, aliquid.* דָּבָר. Exod. IX, 4. οὐ τελευτήσει ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν 'Ισραὴλ ῥητὸν, non morietur *aliquid* de omnibus iumentis filiorum Israel, vel, ut *Latinus* reddit: *nihil omnino morietur.* Exod. XXII, 8. κατὰ πᾶν ῥητὸν ἀδίκημα, de quacunque iniuria.

* 'ΡΗΧΑ'Β. Iud. I, 19. Credebant, רֶכֶב, *currus*, esse nomen proprium hominis, a quo orti sunt *Rechabitae*, רֵכָבִים, Ierem. XXXV, 2.

'ΡΙ͂ΓΟΣ, *rigor, frigus vehemens*, item *horror febrilis*, דַּלֶּקֶת, *febris ardens.* Deut. XXVIII, 22. καὶ πυρετῷ καὶ ῥίγει. Sc. putarunt, ita vertendum esse, ut דַּלֶּקֶת a קַדַּחַת distinguatur, quanquam utraque vox *febrem ardentem* significat. *Suidas:* ῥίγιον, νόσος, καὶ ῥῖγος, ἡ νόσος καὶ ὁ φόβος.

'ΡΙ'ΖΑ, *radix.* אֵב, *viror.* Iob. VIII, 12. ἔτι ὢν ἐπὶ ῥίζης, cum adhuc in sua radice consistat, h. e. sit in flore aut virore suo. Sensu eodem. - גֶּזַע, *truncus succisus.* Ies. XI, 1. XL, 24. - *כֵּן, *basis.* Dan. XI, 20. sec. cod. *Chis.* - מְכוּרָה, *commercium.* Ezech. XVI, 3. Legerunt aperte מְכוֹנָה. - נִצְבְּתָא chald. emph. *firmitas, durities talis, qualis esse solet ferri.* Dan. II, 41. ἀπὸ τῆς ῥίζης τῆς σιδηρᾶς, de *plantario*, h. e. *planta ferri.* Ex usu l. syr. coll. Matth. XXI, 33. et XV, 13. - שֹׁרֶשׁ, *radix.* Deut. XXIX, 18. Iob. XIII, 27. XIX, 28. et alibi saepius. Interdum notat *id quod primum s. summum est in aliqua re.* Sir. I, 25. ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, *summa* sapientia est sancte colere Deum, i. q. v. 22. στέφανος σοφίας. *Syrus* ܪܫܐ. Alii: radix, cui immissa est, et ex qua augmen et nutrimentum suum capit vera sapientia. - 'Ρίζαι, *posteri, posteritas.* Sir. XL, 15. (ubi cum ἔκγονα permutatur) XLVII, 26. (ubi est i. q. κατάλειμμα). 1 Macc. I, 11.

ῥίζα ἁμαρτωλός: ubi in Cod. Bessarionis VIII. reperitur ἀνὴρ ἁ. 3 Esdr. VIII, 89. ubi est i. q. σπέρμα. Ita et Christus Apoc. V, 5. XXII, 26. appellatur ἡ ῥίζα Δαβὶδ ad imitationem hebr. שֹׁרֶשׁ Ies. XI, 10. LIII, 2. Iudith. VI, 19. ῥίζα τοῦ ὄρους, *radices montis*. Sirac. I, 6. ῥίζα σοφίας, *origo sapientiae*, coll. 4. 8. 9. Sap. XV, 5. ῥίζα ἀθανασίας, *causa efficiens* immortalitatis. Tob. V, 14. ἐκ ῥίζης καλῆς εἶ, nobili *familia* oriundus es. Conf. v. 13. De *statu prospero* et *firma felicitate* legitur Sap. I, 15. Sir. XXIII, 25. nam arbor, quae multas et altas egit radices, est firmiter posita.

'ΕΚ 'ΡΙΖΩ~Ν 'ΑΠΟ'ΛΛΥΜΙ, *a radicibus s. radicitus perdo*. שֵׁרֵשׁ Pih. *eradico*. Iob. XXXI, 12.

'ΡΙ'ΖΑΝ ΒΑ'ΛΛΩ, *radicem iacio, radices ago*. הִשְׁרִישׁ Hiph. idem. Iob. V, 3.

'ΡΙΖΟ'Ω, *radices ago, radicor*. שֹׁרֵשׁ Pih. Ies. XL, 24. Ierem. XII, 2. *Symm.* Iob. XXXI, 8. ῥιζωθείη. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXVII, 6. Vide et Sir. III, 27. XXIV, 12. ἐῤῥίζωσα, *fixam sedem habui*.

'ΡΙ'ΖΩΜΑ, *radicamentum, radix, quod radices egit, fixis radicibus stabilitum*. שֵׁרֵשׁ Pih. *eradico*. Ps. LI, 5. Legerunt שָׁרְשְׁךָ, a שֹׁרֶשׁ, *radix*. - שֹׁרֶשׁ, *radix*. Iob. XXXVI, 30.

**'ΡΙ'ΖΩΣΙΣ*, *radicum emissio*. Ezech. XVII, 5. λαβεῖν ῥίζωσιν φυτὸν sec. *Compl.* ubi κατὰ τὸ ῥητὸν nihil in textu hebr. legitur.

'ΡΙ'Ν, *nasus, nares*. אַף. Iob. XXVII, 3. XL, 19. Ps. CXIII, 14. et alibi. - לָשׁוֹן, *lingua*. Iob. XL, 20. In mente fortasse habuerunt locum Ies. XXXVII, 29. 1 Macc. II, 24. ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὴν ῥῖνα. Vide s. v. κρίμα.

'ΡΙΝΟΚΕ'ΡΩΣ, *rhinoceros, animal cornu unum in naso gestans*. רִים, idem. *Aqu.* Iob. XXXIX, 9. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 27. p. 950.

'ΡΙΝΟΚΟΥ'ΡΑ plur., alias 'Ρινοκόρουρα (Scribitur etiam 'Ρινοκούρουρα apud *Steph. Byz.* p. 654. B.), it. 'Ρινοκόλουρα, *fluvius, qui Aegyptum a Palaestina disterminat*. Hebr. dictus שִׁחוֹר, Ios. XIII, 3. et נַחַל מִצְרַיִם, *torrens Aegypti*, Ies. XXVII, 12. Conf. *Michaelis Supplem.* p. 1627.

'ΡΙ'Ξ, *ligo*. אֵת, idem. *Inc.* 1 Sam. XIII, 21. ῥίξιν.

**'ΡΙΠΙ'ΖΩ*, *flabello ventum facio, ventilo*, et ex adiuncto *dispergo*. נְשָׂא chald. *fero, aufero*, it. *dispergo*. Dan. II, 35. ἐῤῥίπισεν αὐτὰ ὁ ἄνεμος. *Hesychius*: ῥιπίζει, φυσᾷ, πνεῖ, πνοὴν πέμπει, ἀνακαίει.

'ΡΙΠΙΣΤΟ'Σ, *qui ventilari potest, qui ventilatione refrigeratur, perflatilis, ventis pervius et expositus*. מְרֻוָּח part. Pyh. a רָוַח. *Al.* Ierem. XXII, 14. ὑπερῷα ῥιπιστά, coenacula *ventis pervia*, ubi alii εὐρύχωρα habent. *Apuleius Metam.* L. IV. p. 75. *domus tuae patulum ac* perflatilem *locum*: ubi vid. *Pricaeum* p. 207. *Hesych.* ῥιπιστά, διαπνεόμενα.

ῬΙ'ΠΤΩ et ῬΙΠΤΕ'Ω, *proiicio, abiicio, disiicio, prosterno.* *הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio. Theodot.* Ierem. XLII, 9. ubi quia de precibus sermo est, ῥίπτειν per *offerre* vertendum est, sed adiuncta notione *humiliationis.* – הִשְׁלִיךְ Hiph. a שָׁלַח. Ies. XXXIV, 3. οἱ δὲ τραυματίαι αὐτῶν ῥιφήσονται, vulnerati eorum *hinc inde disiecti iacebunt.* Ierem. XIV, 16. ἔσονται ἐῤῥιμμένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, *disiecti erunt* in viis. Ita 1 Macc. XI, 4. σώματα ἐῤῥιμμένα sunt cadavera *hinc inde disiecta.* Matth. IX, 36. ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα, lassi et *hinc inde disiecti* tanquam oves. *Inc.* Cohel. III, 5. – *הִתְרְמָא chald. Ithpeh. a רְמָא, *abiicior.* Dan. VI, 7. et 12. sec. cod. *Chis.* – זָרַק, *spargo.* 2 Par. XXXIV, 4. – יָרָה. Exod. XV, 4. τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, exercitum eius *proiecit* in mare. – יָרַט, *inclino.* Iob. XVI, 11. ubi tamen dubium est, an יִרְטֵנִי a יָרַט aut potius a רָטָה derivandum sit. Potest autem utrumque locum habere. Nam יָרַט notat *praecipitare*, et רָטָה est *proiicere, deiicere*, ac fere semper in malam partem adhibetur. – כָּסַח, *succido,* it. *converro.* Ies. XXXIII, 12. ἄκανθα ἐν ἀγρῷ ἐῤῥιμμένη, spina in agro *disiecta.* – נִדַּם Niph. a דָּמַם, *exscindor.* Ierem. L, 30. οἱ πολεμισταὶ αὐτῆς ῥιφθήσονται, bellatores eius prosternentur: ubi sine dubio loco *Daleth* legerunt *Resch.* Conf. supra s. הִתְרְמָא. – נָפַל : הִפִּיל, Kal et Hiph. Iud. IV, 22. ἐῤῥιμμένος νεκρός, *proiectus* mortuus. Ierem. XXXVIII, 26. ῥίπτω ἐγὼ τὸ ἔλεός μου κατ' ὀφθαλμοὺς τοῦ βασιλέως, *prosterno* ego *supplicationem* meam coram rege, h. e. *prostrato corpore misericordiam eius imploro.* Vide et Dan. IX, 18. 20. ac supra s. הִפִּיל. – צָנַף, *circumvolvo.* Ies. XXII, 18. – *קָסַם, *divino. Hebr. Int.* Ezech. XXI, 21. ῥίψαι, qua voce exprimere voluit certum divinationis genus, quod βελομαντεία dicitur: coll. arab. قسم, *sagittis sortibusque diremit.* Vide supra s. ῥάβδος. – רָמָה. Exod. XV, 1. 21. ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, equum et equitem *proiecit* in mare. – שָׁלַח, *mitto.* Ierem. XXXVIII, 12. ἔῤῥιψεν αὐτὰ (ῥάκη) πρὸς Ἱερεμίαν εἰς τὸν λάκκον, *proiecit* illos (panniculos) ad Ieremiam in foveam. – שָׁמַט, *deturbo. Al.* 1 Reg. IX, 33. 1 Macc. V, 43. ἔῤῥιψαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, *abiecerunt* arma sua. Vide et 1 Macc. VII, 44. XI, 51. Sir. X, 9. ὅτι ἐν ζωῇ ἔῤῥιψαν τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ, quia in vita *proiecerunt* intestina eius. Sic enim ex *Rom. et Ald. Ed.* legendum censet *Kühnius Quaest. Philol. Pent.* I. p. 10. ubi et ellipticam ibi orationem esse putat, nec nominari, quid intestina hominis proiiciant, quemadmodum alias Graeci ἀποδιδόναι, ἀποσκευάζεσθαι, ἀποβάλλειν de *excrementorum eiectione* usurpare soleant.

ῬΙ'Σ, *nasus.* אַף, idem. *Symm.* Iob. XL, 19.

'POA' et 'POIA', *malus punica*, item *malum punicum*, *malogranatum*. רמון. Num. XIII, 24. XX, 5. Deut. VIII, 8. et alibi saepius. Adde *Hebr. Int.* Cant. IV, 13.

"ANΘOΣ 'EN 'POAĩ, *flos in malogranato*. דָּם, *quies*, it. *similitudo*. Ezech. XIX, 10. ὡς ἄνθος ἐν ῥοᾷ. Apparet, eos legisse כְּרִמּוֹן, ex similitudine literarum ב et כ, item ד et ר. *Hieronymus sanguinem* hic intellegit de flore purpurei coloris, qui sanguini similis est, qualis ferme est flos malogranatorum. Caeterum vide ad h. l. *Dathium*.

*'PO'ΔIOΣ, *Rhodius*. דְּדָן, *Dedan*. Ezech. XXVII, 15. Legerunt רדן, *Rhodon*, unde *Rhodus* insula.

'PO'ΔON, *rosa*. *דַּר, *parium*. Esth. I, 6. Legerunt inversis literis רד, quae vox in l. chald. et arab. *rosas* notat. Arab. ورد est *rosa*. Conf. *Fulleri Miscell. SS.* lib. V. c. 6. Adde Sap. II, 8. Sir. XXIV, 15.

*'POΔOΦO'POΣ, ἡ, *rosifera*, *rosas ferens*. 3 Macc. VII, 17. εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ὀνομαζομένην διὰ τὴν τοῦ τόπου ἰδιότητα ῥοδοφόρον, Ptolemaida, quae ob loci proprietatem *rosiferae* nomen habet. *Grotius* ad h. l.: Haec est Ptolemais in Arsinoite Nomo memorata *Plinio* et *Ptolemaeo*, qui eam Ὅρμον cognominat. Aegyptus rosis celebrata apud *Martialem*.

*'POIA'. Vide sub ῥοά. Adde Num. XX, 5. sec. codd. ab *Holmesio* collatos. *Photius Lex.* Ῥοιάς. Ἴωνες δὲ ἄνευ τοῦ ι ῥοάς. οὕτως Ἐπίλυκος.

'POIZE'Ω, *strido*, *stridorem edo*, *cum stridore fluo*, *cum stridore iacio*, *iaculor*. הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *iaculor*. 2 Reg. XIII, 17. sec. cod. *Alex. Aqu.* 1 Sam. XXXI, 3. ῥοιζοῦντες, *iaculantes*. Idem Ps. LXIII, 8. ῥοιζήσει, *iaculabitur*. - נָזַל, *fluo*. Cant. IV, 15. ὕδατος ζῶντος καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ Λιβάνου, aquae viventis et *cum stridore fluentis* de Libano. *Hesych.* ῥοιζοῦντος, ἠχοῦντος.

'POI'ZHΣIΣ, *stridor*, *iaculatio*. יָרֹה infin. *iaculando*. *Aqu.* Exod. XIX, 13. ῥοιζήσει ῥοιζηθήσεται, cum *stridore iaculorum confodietur*, ubi vid. *Montf. Kreyssigius* cum *Drusio* ῥοιζήσει derivandum iudicat a ῥοιζέω.

'POI'ZOMAI, *strideo*. *נִוְרָה Niph. a יָרָה, *iaculis conficior*. *Aqu.* Exod. XIX, 13. - צִפְצֵף, Pih. *pipio more avium*. Ies. XXIX, 4. ῥοίσεται.

'POIˇZOΣ, *stridor*, *sibilus*, *sonus*, *strepitus*, *impetus cum stridore*. שָׂחוּ, *natatio*. Ezech. XLVII, 5. ἐξύβριζε τὸ ὕδωρ ὡς ῥοῖζος χειμάῤῥου, efferebat se aqua, ut *flumen vehemens* torrentis. Convenit hoc aquae, quae tanta erat altitudine, ut natanda esset. *Hesych.* Ῥοῖζος, ψόφος, ἦχος, ῥεῦμα σφοδρόν. Sap. V, 12. βίᾳ ῥοίζου, *vi rapidi volatus*. Drac. v. 43. ἐν τῷ ῥοίζῳ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, *impetu* venti sui. 2 Macc. IX,

7. πεσεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος φερομένου ῥοίζῳ, ut caderet ille de curru cum *impetu* eunte.

'ΡΟΙ'ΣΚΟΣ, diminut. ex ῥοά, *malum punicum parvum*, nempe *effigiatum*, h. e. *corymbus aureus*, *ornatus gratia summi sacerdotis stolis annexus*, *ob mali Punici similitudinem sic dictus*. רִמּוֹן. Exod. XXVIII, 29. 30. Legitur etiam Sirac. XLV, 9. ubi ῥοΐσκοι χρυσοῖ sunt mala aurea, quae de fimbria talaris pendebant. *Vulg. tintinnabula*. Vide *Iosephi A. I.* III. c. 7. p. 142. ed. *Haverc. Suid.* ῥοΐσκοι, κόμποι χρυσοῦφαντοι, ὅμοιοι ῥοιαῖς, εἰς κόσμον δὲ ὄντες τῆς τοῦ ἱερέως στολῆς.

'ΡΟΜΑ'ΣΤΡΑ, *hasta*. רֹמַח, *lancea*, *hasta*. *Al.* Ioel. III, 15. ῥομάστρας, tanquam etiam σειρόμαστρον dixerint. Sed, ut recte monuit *Kreyssigius* in *Symb.* I. p. 18., eiiciendum est hoc vocabuli monstrum. Nam lectio ῥομάστρας in margine ed. *Wechel.* notata nihil aliud est, quam σειρομάστας, quod in LXX legitur, librariorum manibus capite truncatum, atque deinde in ῥομάστρας mutatum.

'ΡΟΜΦΑΙ'Α, *gladius*, it. *iaculum oblongum*, *hasta*. הַחֲרֵב infin. Hoph. a חָרַב, *digladiando*, *devastando*. 2 Reg. III, 23. - חֲנִית, *hasta*. 1 Par. XI, 11. 20. Ps. XXXIV, 3. - חֶרֶב. Gen. III, 24. Exod. V, 21. XXXII, 26. et alibi saepissime. - *חֹרֶב, *siccitas*, *vastitas*. Ezech. XXIX, 10. εἰς ἔρημον καὶ ῥομφαίαν καὶ ἀπώλειαν. *Hieronymus*: *in solitudinem gladio dissipatam*. Admodum inepte. Hagg. I, 11. Utrobique legerunt חֶרֶב. - *חֳרָבָה, *vastitas*. Ps. IX, 6. Legerunt חֲרָבוֹת. - *עֶצֶן, *hasta*. 2 Sam. XXIII, 8. ubi vid. *Intt.* Praeterea legitur 1 Sam. II, 33. ubi illud ἐν ῥομφαίᾳ vel de suo addiderunt, vel legerunt בְּחֶרֶב אֲנָשִׁים. 1 Macc. IX, 73. κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ Ἰσραὴλ, cesserunt *bella* in Israel: ubi ῥομφαία de *bello* s. *dissidiis* synecdochice dicitur. Eodem modo Matth. X, 34. μάχαιρα opponitur τῇ εἰρήνῃ, et in loco parallelo Luc. XII, 51. per διαμερισμὸν explicatur. Quin ipsi LXX Levit. XXVI, 6. חֶרֶב per πόλεμον transtulerunt. *Hesych.* ῥομφαία, ἐράκιον, ἀμυντήριον (lege: Θράκιον ἀμυντήριον, et vide *Suiceri Thes. Eccl.* T. II. p. 908.), μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρόν. Apud *Suidam* etiam exponitur μακρὸν ἀκόντιον. Plura de hac voce vide apud *Zach. Boganum* in *Homero* ἑβραΐζοντι p. 324.

'ΕΝ 'ΡΟΜΦΑΙ'Αι ΠΙ'ΠΤΩ, *gladio cado*. מוּת, *morior*. 1 Sam. II, 33.

'ΡΟ'ΠΑΛΟΝ, *clava*, *baculus altero extremo crassior*, it. *fustis*, *scipio*. מֵפִיץ, *malleus*. Prov. XXV, 18. ῥόπαλον καὶ μάχαιρα καὶ τόξευμα, *clava* et gladius et sagitta. *Homero* (qui hac voce quoque usus est *Iliad.* λ', 558. et 560.) *Il.* η', v. 141. κορύνη vocatur, ubi *Scholiastes* κορύνην interpretatur ῥόπαλον, et ῥόπαλον exponit ἀμυντήριον ἑτεροῤῥεπὲς, ἐξ ἑνὸς

μέρους ῥοπὴν ἔχον καὶ βάρος. *Suidas*: 'Ρόπαλα, τὰ ξύλα, παρὰ τὸ ῥαπίζειν, ἢ τῇ ῥοπῇ ἀλοιᾷν. Conf. *Aristoph. Ran.* v. 47. et notas *Perizonii* in *Aeliani V. H.* lib. IV. c. 1.

'ΡΟΠΗ', *declinatio*, *devergentia*, *proclivitas*, item *momentum*, sc. *lancis staterae ad imum vergentis*, *inclinatio*, *nutus*, *declivitas*, *propensio*, etiam: *momentum*, *ira*, *quia ira parum durat.* *חֶרֶב, *gladius.* Ios. XIII, 22. ἐν τῇ ῥοπῇ, pro quo Cod. *Oxon.* habet προνομῇ. *Ald.* et *Compl.* τροπῇ exhibent. (Voces ῥοπὴ et τροπὴ haud raro permutantur. Sic apud *Iosephum A. I.* lib. XII. c. 3. §. 3. Tom. I. p. 597. loco τροπῆς reponendum est ῥοπῆς, quod longe elegantius est. Conf. *Dionys. Hal. Ant. Rom.* lib. V. p. 270. et lib. VII. p. 448.) Sed verba haec admodum incommodum sensum habet, et cum textu hebraico nullo modo conciliari possunt. Non vana itaque est suspicio, vel legendum esse ἐν τροπῇ, vel ῥοπῇ permutandum esse cum ἅρπῃ. Est autem ἅρπη vox Phoenicio-graeca, et in linguam latinam adeo translata, quae *gladium leviter curvatum*, *falci similem* significat, et de qua copiose exposuit *Bochartus Hieroz.* P. II. Lib. V. c. 15. p. 760. sequ. Caeterum confirmatur haec coniectura verbis ἐν ῥομφαίᾳ, quae in *Ald.* et *Compl.* ante ἐν τῇ τροπῇ inserta reperiuntur, et merum glossema sapiunt. – מֹאזְנַיִם. *Symm.* Ps. LXI, 10. ῥοπὴ ζυγοῦ. – פֶּלֶס, *statera.* Prov. XVI, 12. ῥοπὴ ζυγοῦ, *momentum lancis.* – רֶגַע, *momentum. Hebraeus Int.* sec. *Chrysost.* Iob. XX, 5. πρὸς ῥοπήν. – שַׁחַק, *pulvis tenuissimus.* Ies. XL, 15. ῥοπὴ ζυγοῦ, ubi ῥοπὴ *incrementum* notare, moneo contra *Gatakerum* ad *Antonin.* p. 244. *Gloss. vett. gr. lat. H. Steph.* ῥοπὴ ἐπὶ ζυγοῦ, *incrementum. Aqu.* Prov. VIII, 28. ῥοπὰς, ubi ῥοπὰς in τροπὰς mutandum esse coniicere aliquis posset. *Aqu.* sec. *Abulpharagii Comment. in Psalmos syriacum* (cuius excerpta dedit *Adlerus Repertor. Eichhorn.* P. XIII. p. 184.) Ps. XXXV, 6. Conf. Sap. XI, 23. *Suiceri Thes.* T. II. p. 910. et *Colomesii Obss. SS.* p. 665. Sir. I, 19. ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, *inclinatio* vel *impetus* irae eius. Sap. XVIII, 12. πρὸς μίαν ῥοπὴν, ad unum *momentum. Hesych.* ῥοπὴ, κλίσις, νεῦμα, ῥάβδος, δύναμις, βοήθεια.

'ΡΟΥ̃Σ, 'ΡΟΟ'Σ, *fluentum*, *cursus fluminis.* שִׁבֹּלֶת. *Aqu.* Ps. LXVIII, 3. Sir. IV, 29. μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ, ne violenter cohibeas *cursum* fluminis. *Hesych.* ῥοῦν, ῥεῦμα.

*'ΡΟΦΕ'Ω, *sorbeo*, *sorbillo*, *haurio.* עָלַע. *Symm.* Iob. XXXIX, 30. ἐῤῥοφῶσιν. Arab. علع notat *inserta in vas lingua sorbere.* Conf. *Etymol. M.* 705, 26.

'ΡΟΩ'Ν, Ω̃ΝΟΣ, *hortus* seu *ager malis punicis consitus.* Κοπετὸς ῥοῶνος, *planctus de horto malis punicis consito.* הֲדַדְרִמּוֹן, *Hadadrimmon*, *urbs iuxta Iezreelem secundum Hieronymum.* Zach. XII, 11. ὡς κοπετὸς ῥοῶνος. Sic enim

legendum, non autem ῥοῶν, ut habet *Compl.* Legerunt divisim. Sc. רִמּוֹן *malogranatum* significat, et arab. رأى notat *sonum graviorem* vel *vocem edidit.*

῾ΡΥ'ΑΞ, *rivulus*, *canalis*, *profluvium*, *eluvies.* מְחוּצָה, *extra*, *foris.* Ezech. XL, 41. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥύακες, ῥεύματα, ὑδρηγοί.

῾ΡΥ'ΔΗΝ, *affluenter*, *vehementer*, *confertim.* 2 Macc. III, 25. sec. *Vat.* ὁ ἵππος φερόμενος ῥύδην, equus citato cursu irruens. *Hesych.* ῥύδην, εὐκόλως, ἢ ἀθρόως ἐπιτρέχοντες, aut potius ἐπιτρέχων. Idem: ῥυδὸν, ἢ ῥύδην, χύδην, δαψιλῶς, ῥευστικῶς, σφοδρῶς. Conf. *Suidam* in v. ῥύδην. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥύδην, ὡς ἐπὶ ῥεύματος.

῾ΡΥΕ'Ω, *fluo*, *mano*, *effluo.* זוּב, idem. Ps. LXXVII, 23. ἐῤῥύησαν ὕδατα, *manabant* aquae. Ita et Ps. CIV, 40. *Hesych.* ἐῤῥύησαν, ἔβρυον. Ies. XLVIII, 20. - יָלַךְ, *eo.* Ioel. III, 18. ῥυήσονται γάλα, *fluent* lacte. - נָזַל. Psalm. CXLVII, 7. *Symm.* Iob. XXXVI, 28. *Aqu.* Cant. IV, 16. - נָמַק Niph. a מָקַק, *tabesco.* Zach. XIV, 12. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ῥυήσονται ἐκ τῶν ὀπῶν, oculi eorum *effluent* e foraminibus. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥυήσονται, φθαρήσονται (Ita quoque *Zonaras Lex.* 1623.), ἢ ἐκρεύσουσιν. Vide et Sap. XVI, 29.

῾ΡΥ'ΖΗΝ, *affluenter*, *vehementer*, *confertim*, *affatim.* 2 Macc. III, 25. ubi tamen alii rectius ῥύδην pro ῥύζην habere videntur.

῾ΡΥΘΜΙ'ΖΩ, *ad numeros aptos redigo*, *ad regulam compono*, *formo*, *apto*, *concinno.* יָצַר. *Theod.* Ies. XLIV, 12. ῥυθμιεῖ. - תָּאַר, *delineo.* Ies. XLIV, 13. ἐν τερέτρῳ ἐρύθμισεν αὐτὸ, terebra *iuxta regulam formavit illud. Hesych.* ἐρύθμισεν, ἐκανόνισεν: cui διετύπωσεν addit *Zonaras Lex.* 875. apud quem ἐῤῥύθμισεν scribitur. *Suidas:* ῥυθμίζει, αἰτιατικῇ, διατυποῖ, κανονίζει, εὐθύνει.

῾ΡΥΘΜΟ'Σ, *rhythmus*, *numerus seu modulus certa proportione constans*, *canon*, *aptitudo*, *apta proportio*, *modus*, *concinnitas*, *forma*, *concentus.* חַמּוּק, *ambitus.* Cant. VII, 1. ῥυθμοὶ μηρῶν σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις, *formae* femorum tuorum similes monilibus. - מַעֲשֶׂה, *opus.* Exod. XXVIII, 15. κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος, ad *formam* amiculi. Sic *Aelianus V. H.* lib. XIII. c. 33. τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν *formam calcei* appellat. - תַּבְנִית, *forma.* 2 Reg. XVI, 10. τὸ ὁμοίωμα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τὸν ῥυθμὸν αὐτοῦ, similitudinem altaris, et *formam* eius. Sap. XVII, 19. ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ, *sonitus*, *murmur aquae vi euntis.* Sap. XIX, 17. ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλλάσσουσι, sicut in psalterio soni *concentus* nomen permutant. *Hesych.* ῥυθμὸς, κανὼν, μέτρον, τρόπος, μέλος εὔφωνον, ἀκολουθία, τάξις, σύγκρισις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥυθμὸς, ἀκολουθία, ἁρμονία, μέλος εὔφωνον, καὶ τάξις, ἢ σύγκρισις.

'ΡΥΘΜΟ'Ω, *concinno, formo.* יָצַר, *formo, fingo. Symm.* Ies. XLIV, 12. ἐν τερέτρῳ ἐρύθμωσεν αὐτὸ, terebra *formavit* illud.

'ΡΥ'ΜΗ, *vicus, platea.* רְחֹב. Ies. XV, 3. ἐν ταῖς ῥύμαις, in *plateis.* Sirac. IX, 7. ἐν ῥύμαις πόλεως, h. e. in *secretis locis urbis, ubi nullus est hominum confluxus, et meretrices frequentare solent,* i. q. in sequ. ἐν τοῖς ἐρήμοις αὐτοῦ. Tob. XIII, 23. αἱ ῥύμαι, *qui sunt in plateis:* nam tribuitur ipsis sermo.

'ΡΥΜΝΟ'Σ, *munitus.* Ita legit Kircherus 2 Macc. XI, 5. ubi tamen alii rectius ἐρυμνῷ pro ῥυμνῷ habent.

'ΡΥ'ΟΜΑΙ, *libero, redimo, eripio, servo, custodio.* אִשֵּׁר Pih. *dirigo.* Ies. I, 17. אשר h. l. notat *rectificare,* h. e. *in pristinum felicem statum reducere.* – גָּאַל, *redimo.* Gen. XLVIII, 16. Ies. XLIV, 6. XLVII, 4. et alibi. – הִגְדִּיל Hiph. *magnifico.* Dan. VIII, 11. N. L. – הוֹשִׁיעַ Hiph. a יָשַׁע, *servo.* Exod. II, 17. XIV, 30. Ezech. XXVII, 23. – הִצִּיל Hiph. a נָצַל. 2 Sam. XIX, 9. Ps. XVII, 52. XXXVIII, 12. et alibi saepius. – הַצֵּל chald. Aphel a נְצַל. Dan. III, 30. VI, 27. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Iob. XXXIII, 30. – חָלַץ, *eruo, extraho.* Ps. VI, 4. XVII, 22. XXXIII, 7. – *יֶשַׁע, *salus. Inc.* Hab. III, 13. לְיֵשַׁע, *in salutem,* ῥύσασθαι. – כִּסָּה *Pih. tego.* Iob. XXXIII, 17. τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ πτώματος ἐῤῥύσατο, corpus autem eius a lapsu *custodivit.* – מִלֵּט Pih. *eripio.* Iob. XXII, 30. Ps. CXIV, 5. et alibi. – מַרְפֵּא, *medicina.* Prov. XIII, 17. ῥύσεται αὐτόν. Ex sententia *Iaegeri* ad h. l. מַרְפֵּא significatum h. l. communicat cum מַרְפֶּה, *vinculis solutum dimittit.* Mihi vero sensum secutus esse videtur. Vide infra s. v. רָפָא. – נֶחֱלַץ Niph. *liberor. Aqu.* Prov. XI, 9. ῥυσθήσονται. – נָצַר, *custodio.* Ps. CXXXIX, 1. ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με, ab homine iniusto *custodi* me. *Hesych.* ῥῦσαι, φυλάξαι. Sic 2 Tim. IV, 18. ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, *custodiet* me dominus ab omni opere malo. – עָזַר, *iuvo.* Dan. XI, 45. – פָּדָה, *redimo.* Iob. V, 20. VI, 23. Hos. XIII, 13. – פְּדוּת, *redemtio.* Ies. L, 2. – פִּלֵּט Pih. *eripio.* 2 Sam. XXII, 44. Ps. XVI, 14. XVII, 52. – פָּצָה, h. l. *aperiendo et disrumpendo libero.* Ps. CXLIII, 12. – קָבַע, *rapio.* Prov. XXII, 23. ubi *Grabius* quidem recte auctoritate Cod. *Laud.* σὴν in τὴν mutavit, male autem pro ῥύσῃ posuit ῥύσει. Caeterum voci קָבַע *defendendi* ac *sospitandi* notio suggesta est a LXX a קוֹבַע, *galea,* ut iam monuit *Iaegerus,* qui huc omnino conferendus est. – רוּץ, *curro, currendo aufugio.* Ps. XVII, 31. *Suid.* ῥυσθήσομαι, λυτρωθήσομαι. – רָפָא, *sano.* Hos. V, 13. Ita quoque *Inc.* Bene quoad sensum, ut series orationis docet. – שֵׁיזִב chald. Pah. Dan. III, 17. *Suidas:* ῥῦσαι, λυτρῶσαι. *Hesych.* ῥύσατο, ἠλευθέρωσεν, ἐλυτρώσατο,

'ΡΥΠΑΡΟ'Σ, *sordidus.* צֹאִים plur. *sordes, excrementa.* Zach. III, 3. 4.

'ΡΥ'ΠΟΣ, *sordes.* טָמֵא, *immundus.* Iob. XIV, 4. - צֵאָה, *excrementum.* Ies. IV, 4. - *צֵאָה, *in regim.* צֵאַת. *Inc.* (sine dubio *Aquila.* Vide ad h. l. *Montf.*). Prov. XXX, 12. ἀπὸ ῥύπου, a sordibus. *Symm. Theod.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. XXIII, 13. τὸν ῥύπον σου. Sic enim legendum loco τὴν ῥύπτον σου. Permutatum est צֵאָה cum צֵאָה. - שַׁחַת, *fovea.* Iob. IX, 31. *Vulg. sordibus.* - שִׁמְצָה, *infamia. Aquila* Exod. XXXII, 25. εἰς ὄνομα ῥύπου, in nomen *turpitudinis.* Legit divisim שֵׁם צֵאָה.

'ΡΥΠΟΝ'ΕΚΛΥ'Ω, *sordes exuo.* הָיָה מֻצָק, *sum validus.* Iob. XI, 15. Libere ita verterunt ob antecedentia, nec sine allusione ad morbum Iobi.

*'ΡΥΠΟ'ΟΜΑΙ, *sordeo.* בָּצֵק, *tumeo.* Deut. VIII, 4. οὐκ ἐρυπώθησαν sec. cod. XI. *Holm.* Est fortasse alius interpretis de sensu tantum solliciti, aut in ἐτυλώθησαν mutandum.

'ΡΥ'ΣΙΣ, *liberatio.* Sir. LI, 13.

'ΡΥ'ΣΙΣ, *fluxus,* a ῥύω, *fluo.* זָב part. *fluens.* Lev. XV, 2. - זוֹב. Lev. XV, 2. 3. 13. 15. - מָקוֹר, *scaturigo.* Lev. XX, 18. - מִקְרֶה, *accidens.* Deut. XXIII, 10. ἐκ ῥύσεως αὐτοῦ. Sic quoque vocem hebr. per *fluxum*, ex arab. قرى, *fluxit,* exponunt *Guisius* ad *Berachoth.* c. 3. §. 4. et *Clericus* in *Comment.* ad h. l. - תְּעָלָה, *aquaeductus.* Iob. XXXVIII, 25. *Suidas*: ῥύσις ὕδατος, ῥεῦσις.

'ΡΥ'ΣΤΗΣ, *liberator, redemtor, servator.* מְפַלֵּט part. Pih. Ps. XVII, 1. LXIX, 7. CXLIII, 2. *Hesych.* ῥύστης, σωτὴρ, λυτρωτής. Sine auctoritate prostat in Lexicis. Similis vox est ῥύτωρ, h. e. σωτὴρ, βοηθὸς, *Hesychio* interprete.

'ΡΥ'Ω, *fluo.* רָעַף, *stillo.* Prov. III, 20.

*'ΡΩΜΑΙ'ΟΙ, *Romani.* כִּתִּים, *Kittim, Italiae incolae,* et eximie *Romani* sec. *Venemam* ad Dan. XI, 30. ubi ῥωμαῖοι huic voci sec. cod. *Chis.* respondet. Vide ad h. l. *editor. Rom.* Diss. III. p. 394. 407.

'ΡΩΜΑΛΕ'ΟΣ, *fortis, robustus.* 2 Macc. XII, 27. *Hesych.* ῥωμαλέος, ἰσχυρὸς, ἀνδρεῖος, ὑγιὴς, γενναῖος, θρασὺς, ῥωώδης.

*'ΡΩ'ΜΗ, *fortitudo, generositas.* 2 Macc. III, 26. τῇ ῥώμῃ ἐκπρεπεῖς. *Vulg. virtute decori* s. *generosi. Syrus: specie formosi.* 3 Macc. II, 4. γίγαντες ῥώμῃ πεποιθότες, et ibid. cap. III, 14. *Hesych.* ῥώμη, δύναμις, ἰσχὺς, σαρκὸς ὑγεία, ἀνδρεία. *Suidas*: ῥώμη, ἰσχύς.

'ΡΩ'ΝΝΥΜΙ, *roboro.* 'Ρώννυμαι, *valeo, corroboror, confirmor animo.* *הִתְגָּרָה, *litem misceo. Inc. Int.* sec. Cod. 130. *Holm.* Deut. II, 5. Bar. V, 5. 2 Macc. IX, 20. XI, 21. 28. *Hesych.* ἔῤῥωμαι, ὑγιαίνω.

'ΡΩ'Ξ, *scissura, fissura,* it. *acinus, granum, bacca.* נֹקֶף, *olearum extrema decussio.* Ies. XVII, 6. ὡς ῥῶγες ἐλαίας. -

פֶּרֶט, *acinus deciduus.* Levit. XIX, 10. ubi Ald. habet ῥᾶγας, quam lectionem tuetur auctoritas *Eustathii* ad *Odyss.* ι', p. 1633, 44. Vide *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 192. — תִּירוֹשׁ, *mustum.* Ies. LXV, 7. *Suidas* et *Hesych.* ῥὼξ, κόκκος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥὼξ, κόκκος, ἐπὶ τῆς σταφυλῆς ῥάξ.

ῬΩΠΟΠΩ'ΛΗΣ, *venditor rerum minutarum* aut *mercium parvi pretii, scrutarius*, item: *aromatarius.* רֹכֵל, *aromatarius.* Nehem. III, 31. 32. 1 Reg. X, 15. ἐμπόρων τῶν ῥωποπωλῶν, ubi cod. *Alex.* vitiose habet ῥοποπωλῶν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Hesych.* Ῥωποπῶλαι, μυροπῶλαι. Rursus *Hesychius:* ῥωποπώλης, ὁ ῥῶπον πωλῶν. Ῥῶπον δὲ ἔλεγον τὸν λεπτὸν καὶ ποικίλον φόρτον. *Eustathius:* Ῥῶπος, λεπτὸς καὶ εὐτελὴς (Bene ita pro ἀτελὴς legendum censet *Bentleius Epist. ad Millium* p. 48. eiusque emendationem firmat *Phavorinus.*) φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποικίλος. γέλγην δὲ, φησὶν, αὐτὸν ἔλεγον οἱ παλαιοί. Conf. *Hesychium* in γέλγη. *Etymologicum MS.* ῥῶπος, μίγματα, χρώματα, ὅσα ζωγράφοις καὶ γραφεῦσι καὶ μυρεψοῖς χρησιμεύει. ὅθεν καὶ ῥωποπῶλαι. τινὲς δὲ τὸν παντοδαπὸν φόρτον ῥώπαλον (Lege ῥῶπον) λέγουσι. Ita etiam *Suidas*, nisi quod pro μίγματα χρώματα habeat: μίγματα χρωμάτων, et, ut *Bielio* videtur, male, et in fine pro φόρτον ῥώπαλον rectius φόρτον εἰρήκασι. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* pro μίγματα χρώματα unicam vocem σμήγματα habet (quae procul dubio ex μίγματα corrupta est) et in reliquis verbis *Suidae* convenit.

ῬΩ'Σ. Ipsa vox hebr. ראשׁ, *caput.* Ezech. XXXVIII, 2.

ῬΩ'Ψ, *vimen flexile, virgultum.* שֹׁרֶשׁ. *Aqu.* Ies. XXVII, 4. ῥῶπα. Ita *Bielius* et *Trommius.* Sed l. l. in textu hebr. שָׁמִיר legitur, nec in *Hexaplis Origenianis* a *Montfauconio* editis versio haec *Aquilae* prolata reperitur. LXX καλάμην posuerunt. *Suidas:* ῥὼψ τὸ φυτὸν, καὶ ῥὼψ (sic bene scribendum censet *Küsterus* pro ῥῶψα) βοτάνη ἁπαλή. *Hesych.* ῥῶπες, τὰ δασέα τῶν φυτῶν, καὶ θαμνώδης ὕλη, καὶ εἶδος λύγου. *Suidas:* ῥὼψ τὸ φυτὸν, καὶ ῥὼψ, βοτάνη ἁπαλή.

FINIS PARTIS QVARTAE.



